STEPHANORUM

HISTORIA;

Vitas ipſorum ac libros complectens.



BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

Βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ κρατερῷ τ' αἰχμητῇ.

LONDINI:

Typis Benj. Motte,

Impenſis Christoph. Bateman.

CIϽ IϽ CCIX.

Errata hæc, quæque alia occurrent, lector emendabit.

PAg. 1. l. 2. annos circiter viginti. 7. 16. ſæculum. Ibid. 20. anno ante Robertum filium genitum proximo 1502°. Ludovici 12ⁱ Galliarum Regis 5°. 8. 7. Johannem Rellicum epiſcopum Ibid 22. in Ariſtotelis Ethica Phyſica & Politica Annotationes 12. 3. deinde uſque ad annum 1545ᵐ 19. 12. Apertâ circa annum 1526 officinâ, 47. 2. ſparſa 48. 23. Clenard. 1549. 52. 9. quantumvis 59. 14. Bibliis 61. 27. Thuan. 71. 12. rei 87. 19. 70 Non. Quintil. *ſic in ipſis Thuani editionibus legitur.* 98. 24. informarier 151. 22. linguæ 169. 1. Patronos 174. 19. imprimés 199. 2. obſtaculum, 213. 10. verè Ciceronem 221. 2. ſuam denique 222. 19. anno 1594, 224. 17. Pontificis Ibid. 26. *περγμένταν* 258. 18. à judicio Ibid. 20. Hiſtoriam 260. 12. litem reliquiſſet 266. 9. miſi ad te 271. 9. *πλεονέκτημα*, 272. 5. quidem Ibid. 28. epigrammate 276. 29. *Capitolo* 281. 18. Medicea 282. 20. verſibus 285. 24. Beroaldum 288. 21. *μεταποσκευά*, 291. 14. *pila* 297. 21. *multa* 303. 2. rudis 324. 10. feci, 327. 29. paucis Ibid. 42. typographicam 331. 36. error in 350. 24. utriuſque linguæ 354. 14. annum 1543. 359. 13. 1579. 365. 18. Heſiodi 456. 25, poſteriorem 469. 27. *διαπλέω* 474. 3. moins 475. 31. Ciceronis, 481. 12. Accipite 497. 11. Ipſe etiam 498. 2. plures Ibid. 8. commendavit. 501. 7. nommée Deniſe. 508. 1. Thuanum 520. 6 *eis*——ipſe Ibid. 12. magis ac magis Ibid. 16. corpori 545. 30. pag 513. 546. 20. ſupra p. 513. 549. 8. invention 553. 24. vidi, 556. 28. p. 146. 557. 21. Archiepiſcopi 83. 3. *Viri Doctiſſimi monitu repono,* quoties apud ipſos ferri licentia fuerit,

TOM. II.

6. 15. SAnctimonia'ium 11. 28. Orus Apollo 27. 25. F R. Expoſition 28. 4 prodigioſos 29. 21. Francois tournés 34. 21. le plaider eſt 36. 2. per Johannem 44. 18. Italianizé 51. 23. avant 54. 12. irrogatum Ibid. 28. collata Ibid. 31. Iephthe 55. 1. du droit 57. 5. ſur l'un & l'autre 59. 3. Rufi 61. 5. vers Ibid. 11 Eædem. 2 Tom. 8. 63. 7. 1616. 69. 12. 1621. 98. 17. 1568. M. P. 1599. 112. 1. Hegendorphini Ibid. 3. Varennii ——luce Ibid. 6, ad Carol.

LECTORI
Michael Maittaire S.

TIBI, Lector, abhinc biennium Grammaticos in Græcæ Linguæ Dialectis protuli : Te nunc ſalutatum mitto Typographos ; Imò (ne à primâ meâ ſcribendi ratione longiùs receſſiſſe videar) illos, qui arte Grammaticâ non minùs quàm Typographicâ celebres extiterunt. Tractatum iſtum Weſtmonaſterienſi, ubi elucubratus fuerat, Scholæ dedicaveram; ut, quoniam gratiâ amicíſque minùs valens indè pulſus fueram, teſtatum palam relinquerem, quòd, licèt adversùs æmulum vires, neutiquam tamen ad benefaciendum aut animus aut facultas defuerit. Ex opuſ-

culo illo hoc natum eſt : Quum enim conſulenti optimas librorum editiones nullæ Stephanicis præſtare viderentur, lubuit eorum Typographorum vitam, indolem, ſtudia diligentiùs contemplari. Et quorum vitam noſſe magis intereſt, quàm illorum, per quos ſtetit, quominus tot elegantiſſimi Scriptores aut prorſus interirent, aut pro ſuâ dignitate non ornati prodirent ; quibus literæ ſuam lucem debent & incrementum ? Theodori Janſſonii *ab Almeloveen* Epiſtolica de Stephanorum vitis diſſertatio anno 1683 edita in pretio fuit apud Eruditos ; diúque eſt, quum ejus Exemplaria rara eſſe cœperunt. Eam, quâ potui curâ, perlegi : placuit Viri Clariſſimi erga illos Rei Typographicæ Principes ſtudium : gaudebam ipſum † promiſiſſe ſe *adjuncturum ea, quæcunque ſuum hoc opuſculum exornare augere*

† Pag. 124

vel

vel emendare potuerint. Ego interim quò majore Stephanorum admiratione captus, eò moræ impatientior, corraſi undecunque, quicquid ad eorum notitiam conduceret. Materiem, quæ ex variâ lectione creverat, redegi in ordinem, & ad meos uſus reduxi; neque enim id opus unquam publicare deliberatum habueram. Amicus autem meus & familiaris Chriſtophorus *Bateman*, vir in re literariâ juvandâ impiger, dignúſque Stephanis Typographis Bibliopola, ultro ſe mihi obtulit, ut ejus operâ prodiret, quod apud me premere ſtatueram. Accepi ſtatim conditionem, arbitratus meum laborem fruſtra non fore, ſi typis typographos mandarem; multis, quibuſcum ſuper eâ re egi, conſilium non diſplicuit; & fuere, qui cunctantem urgerent, rati nonnihil frugis ad librorum amatores exinde perventurum. His impulſus fœtum meum hactenus dubium & informem paulatim

ſigurare conatus ſum; & dum ſtudui omnia, quæ ad hoc propoſitum pertinerent, ſimul congerere, ſenſim adolevit; quémque libellum duntaxat inſtitueram, prelo vertente, liber exivit, eâ quidem mole, ut illi metuam ab Adagio, Magnus liber magnum malum. Ornamentis, quibus libri ſuperbiunt fœliciores, omnino deſtituitur: nec ſplendido, qui expectationem & moveat & nonnunquam decipiat, titulo; nullis, quibus muniatur, teſtimoniis; nullo patroni, quem nanciſci nec potuit nec meruit, nomine ambitioſus, ſe ſoli tuæ benevolentiæ commendat. Suis erratis multi ab operis aut difficultate aut longitudine cauſas quærunt: Mea, quæ & crebra & graviſſima ſunt, non aliunde, quàm ab ignorantiâ & incuriâ, profecta confiteor; & veniam potiùs deprecor, quàm audacter expoſtulo. Roberti Stephani primi effigies eadem, quæ in Gallicis Bezæ Iconibus, libro præfigitur; ei,
quam

quam Almeloveenius exhibuit, non multùm abſimilis, niſi quòd in vultu triſtior huic inſit ſeveritas, illi gravitas ſerenior; hujus caput apertum, illius pileatum. Typographica † ſymbola cum ſuis lemmatibus in initio libri diſponuntur. Multa paſſim ex ipſorum Stephanorum aliorúmque ſcriptis ad confirmandam illuſtrandámque hiſtoriam allegavi. Quid ipſe præſtiterim, quem ordinem ſecutus ſim, non tanti eſt, ut verbis ampliem: Malo hoc, quicquid eſt, tuo judicio permittere, quàm te pluribus fatigare. Vale, Lector, & opellam hanc parvam boni conſule; memineris autem tibi eos à me ſiſti viros, qui, quum Imperatorum Regum omniúmque & dignitate & literaturâ inſignium gratiam ſibi conciliaverint, tuum certè merentur & exigunt patrocinium. 1708. Prid. Cal. Jan.

† De quibus lege pag. 9. 10. 16. 17. 44. 160. 162. 167. 168. 222. 506. 521. 533. 544.

TOMUS PRIMUS

SIVE

Vitæ Stephanorum.



CIↃ IↃ CCIX.


PLVS OLEI
VINI


Plus olei quàm vini


Noli altum ſapere.


Noli altum ſapere,
ſed time.


NOLI ALTVM
SAPERE



SAPERE


NOLI ALTVM SAPERE


NOLI ALTVM
SAPERE.







VITÆ STEPHANORUM.

NIHIL eſſe credo, quod magìs perſpicuum ſit, conſtétque inter homines eruditos, quàm Literarum in Europam poſtliminio reditum Arti Typographicæ plurimùm deberi. Arti illi pulcherrimæ & in reliquarum ſubſidium incrementúmq; Dei beneficio natæ manum admoverunt Viri doctrinâ & judicio inſtructiſſimi; in quorum grege principem locum tenuit Stephanorum familia, maximâ cum laude per centum ſexaginta plus minus annos munere Typographico functa. De illis optimè meritus eſt Vir clariſſimus Theodorus Janſſonius *ab Almeloveen*; || quem Jacobus Tollius, Joh. Georgius Grævius, (illum enim ſtudiorum incœptorem, hunc directorem habuerat) & Nicolaus Heinſius ſæpiſſime monuerunt, ut nullorum Typographorum magìs quàm Aldinorum, Plantinianorum & maximè Stephanorum editionibus fideret. Is itaque eorum monitis excitatus omnia diligentiſſimè, quæ de

|| Janſſon. Differt. p. 2. 4. 6.

A Stephaneo

Stephaneo genere ſeſe obtulerunt, conquiſita & in Epiſtolarem diſſertationem redacta Grævio dicavit: miratus neminem antea fuiſſe, qui illorum illuſtrium Typographorum à primâ origine genealogiam deduxerit, & vitas ex profeſſo deſcripſerit; quanquam ex parte illud inter alios multos fecerint Pierius Valerianus *in Libello de Literatorum infœlicitate*, Paulus Colomeſius *in ſuâ Galliâ Orientali*, Scævola Sammarthanus *in Elogiis*, & Malincrotius *in diſſertatione de Arte Typographicâ*. * Janſſonius, auctore & adjutore Cornelio *à Beughem* Embricenſi ejúſque urbis Tribuno plebis ac Bibliopolâ, ſuæ diſſertationis calci ſubjecit Catalogum Librorum, qui ex Stephanorum officinis prodierunt, † Bibliothecarum præcipuè Bodleianæ, Barberinæ, Thuanæ, Heinſianæ, cùm Patris tum Filii, ope atque auxilio maximâ ex parte confectum. Hujus operis utilitatem nemo non cognoſcet, niſi qui ignorat, character characteri, liber libro, Typographus Typographo quid præſtet; deformi pulcher, emendatus corrupto, doctiſſimus ineptiſſimo quid interſit. Qui color, nitor, ornatus vetuſtis illis erat Athenarum Latiíque Scriptoribus: quum prodirent ex officinis; ubi elegantiſſimis ipſorum operibus typorum munditiam, obſcuris lucem, depravatis ſenſum, vagis locum, confuſis ordinem, dubiis veritatem, artifice manu, accuratâ lectione, fœlici conjecturâ, ſolerti

* Janſſon. Diſſert. p. 69. † Idem ad Lector.

ingenio,

ingenio, certâ methodo, ſagaci cenſurâ dabat idem Interpres & Typographus! At contrà, quàm inſignem accipiunt injuriam venerabilia Antiquitatis doctæ monumenta, quum in ea involent illotis manibus Typothetæ & Correctores, qui vix aliud niſi album & nigrum nôrunt; multúmque ſibi præ cæteris ſapere videntur, ſi Græca à Latinis, Hebraïca à Græcis poſſint diſcernere! Interea quicquid delirant Typographi, optimi plectuntur Auctores; in quibus tot eduntur monſtra, ut dubites, *Cenſoréne an Haruſpice opus ſit.* Artis autem Typographicæ uſus corrumpitur, non tantùm, ſi ſcripta bona excudantur malè; ſed etiam ſi bene mala, quæque à flammâ potiùs quàm prælo lucem accipere meruerunt. Viderint igitur bonarum literarum Vindices & Patroni, quibus datum eſt licentiæ fræna injicere; ne Typographiæ, quæ Artium Liberalium familiaris fuit ſemper ac neceſſaria, dignitas prorſus evileſcat; ne ea barbariem, quam olim introducta & culta fugaverat, reducat neglecta & violata: dum concitandæ ſeditioni patriæq; Religioni, quam legibus ſancivit Regum noſtrorum Authoritas, labefactandæ emancipatur. Sed ad Stephanos redeo; in quorum Typographêo idem ferè, quod Florus de Populo Romano ſcripſit, lubet obſervare. Hujus enim *ſi quis totam ætatem percenſeat, ut cæperit, ut adoleverit, ut ad juventæ florem pervenerit, ut poſtea velut conſenuerit, quatuor gradus proceſſúſq; inveniet.* Prima ætas &

quaſi infantia ſub Henrico Stephano primo fuit per annos circiter quindecim, quibus cum temporum ignorantiâ luctabatur. Philologia enim & Humaniores Literæ Authoréſque Veteres nondum apud Gallos è tenebris penitus emerſerant. Adoleſcentiæ ætatem egit ſub Roberto primo, quo adnitente robuſtam maturitatem tam citò aſſecutum eſt, ut inter incunabula & juventam pauxillulum ſpatii interceſſerit. Non tamen id paſſum eſt, quod ingeniorum ſolet præcox genus haud temere unquam ad frugem perveniens: ſed per octoginta annos firmitatem & robur tenuit inconcuſſum; Carolo, Henrico ſecundo, Franciſco utroque, Roberto ſecundo, eorúmque affini Mamerto Patiſſonio nova ſemper auxilia ſubminiſtrantibus: Nec de viribus aliquid viſum eſt remittere, donec illi vixerint. Poſt illorum obitum Paulus, Robertus tertius & Antonius valetudinem ejus inclinantem & vergentem in ſenium diu ſuſtentaverunt. Tandem ſub Antonio & Henrico ultimo ità conſenuit, ut nonnunquam lacertos moveret, & ex ipsâ viridi vegetâque adhuc ſenectute facilè conjiceres, quale in ætatis flore fuerit. Hæc breviter de Stephanis præfatus, ad ſingulorum vitas tranſeo.

VITA

TOMI PRIMI

PARS PRIOR;

SIVE

Henricus Stephanus Primus

AC

Ejus Filii.

Digitized by Google

Henricus Stephanus Primus.

Robertus Stephanus Primus.

Franciſcus Stephanus Primus.

Carolus Stephanus.

Digitized by Google

VITA
Henrici Stephani Primi.

DE Artis Typographicæ Epochâ inter Chronologos non convenit; nobiliſſimúmque illud Inventum ſua primordia non potuit ab injuriâ temporis aſſerere, & ex eâ expedire caligine, quâ artes & ſcientiæ diu merſæ latuerant, quámque ortum fuerat ut diſpelleret. Typographorum etiam noſtrorum initia latent adhuc ignota; nec meliore Artifices, quàm ipſa Ars fortunâ uſi ſunt. Nam de primi, à quo univerſa reliquorum proſapia deducitur, Henrici natalibus nil certi occurrit: Reliquum eſt igitur, ut aſſequamur conjecturâ, quod videatur veri-ſimillimum, quum illud ipſum verum in occulto lateat. Robertus Henrici filius anno 1503° natus eſt; Henricus pater ultra annum 1520^{m} vitam non produxit. Ea impræſentiarum (donec ſuo loco comprobentur) pro conceſſis & probatis ſumantur. Pone item (quod quidem non ægre fidem impetret) Henricum, quum liberos genuerit, annos vix pauciores viginti nec fortè plures triginta numerâſſe. Naſci itaque potuit inter annos 1470^{m} & 1480^{m} De-

nique quamlibet annoſus juveniſve deceſſerit, omnibus ad vulgò receptos naturæ limites legéſq; perpenſis, ejus certè natales non multùm ſupra annum 1450^{m} protendere, aut infra 1480^{m} deprimere fas erit. Henrici forſan Stephani & Typographiæ ortum non adeo longum temporis ſpatium diviſit: huic enim annum alii [1] 1440^{m} alii [2] 1452^{m} aſſignant. Sapientiſſimè nec abſq; nutu Numinis comparatum eſt, ut circiter tempus excogitatæ fœliciter Typographiæ ii naſcerentur, à quibus infirma adhuc & debilis vires aliquando foret acceptura. Illud itaq; ſæculum Viri illuſtrârunt renaſcentis in Europâ literaturæ reſtitutores; [3] Franciſcus Valeſius Rex poſtea Galliarum maximus Literatorum Patronus; [4] Aldus Manutius, [5] Johannes Frobenius, Jodocus Badius Aſcenſius, Henricus Stephanus, Simon Colinæus, Typographi; [6] Laurentius Valla, [7] Eraſmus, [8] Gulielmus Budæus, Latinæ illi, Græcæ hic linguæ cultor elegantiſſimus; [9] Beatus Rhenanus Seleſtadienſis, [10] Jacobus Faber Stapulenſis, [11] Lutherus, [12] Bucerus, [13] Melanchthon, Religioni Pontificiæ ille clam averſus, hi palam hoſtes acerrimi: quorum quia deinceps fiet mentio, nomina hìc viſum eſt annóſque natales inſerere. Alioqui nefas

[1] Calvis. Ricciol. [2] Platin. ſed Polyd. Vergil. 1443. [3] Natus 1494. [4] Denatus 1516. apud Janſſon. Almelov. [5] Denatus 1527. [6] Denatus 1465. [7] Natus 1467. [8] Natus 1468. [9] Natus 1490. [10] Floruit 1494. [11] Natus 1484. [12] Natus 1491. [13] Natus 1498.

crediditſem inter alios complures præteriiſſe [1] Cranmerum noſtrorum Præſulum Anteſignanum ac fortiſſimum Martyrem. Famoſus fuit hujus ſæculi finis ortu Ignatii Loiolæ eodem, quo Bucerus, anno in lucem [2] luce ſolis deficiente editi: quem patrem agnoſcit Secta iſta, ex quâ plurimi licèt in rerum publicarum conturbationem perniciémque nati ſint, multi tamen (nec enim æquum eſt hoſtibus juſtam laudem invidere) de bonis literis optimè meruerunt. Verùm hactenus evagari ſatìs fuerit; ne videar ad Stephanos non minùs æquè, quàm apud Martialem Poſthumus *ad Capellas*, revocandus. Sed quoniam incerta de Henrici Stephani natalibus omnia, nihílque de ejus educatione quod dicerem, occurreret; malui viros huic partim coætaneos partim etiam familiares memorare, quàm ſeculum, à quo hic & illi vivendi initium fecerunt, ſilentio tranſire.

Circa ſæculi ſequentis initia Henricus Stephanus videtur de re familiari conſtituendâ cogitâſſe, ac anno poſt Robertum filium genitum proximo 1504° Ludovici 12ⁱ Galliarum Regis 7° ex libris, quos excudit, primùm innotuiſſe. Ludovici erga literas ſtudium ſatìs ſpectatum eſt, quum viros earum peritiſſimos ad ampliſſimas dignitates & Rei-publicæ

[1] Natus 1489. [2] Calvis. N. B. In his deſcribendis, Calviſio, Ricciolio, & Bezâ in libro Iconum authoribus uſus ſum.

Magiſtratus eveheret, [1] Budæum Secretarium Regium, [2] Franciſcum Briconnetum ærarii Cameræ Præfectum, [3] Johannem Ganaium Franciæ Senatûs primarium Præſidem, [4] Germanum Ganaium Johannis fratrem Decanum Bellovacenſem & Conſiliarium Regium, [5] Johannem Bellæum Epiſcopum Andegavenſem & Regium Confeſſorem, [6] Gulielmum Briconnetum Cardinalem Narbonenſem Archiepiſcopum, [7] aliúmque cognominem Epiſcopum Lodovenſem, Franciſci Briconneti [8] patruum illum, hunc [8] patruelem : quos omnes Jacobo Fabro fautores fuiſſe ex variis ejus Epiſtolis apparet. [8] Amicitia quoque inter Franciſcum Briconnetum & Fabrum incœpta à parvis cum ætate ſimul accreverat ; nam fuerant in Philoſophiâ condiſcipuli poſt Pauli Æmylii ferulam, ſub quo tunc apprime Briconnetus tum in linguâ Latinâ tum in Hiſtoriâ profecerat. Plurimos tractatus à Fabro elucubratos aut recognitos aut Latinè verſos, multos etiam à Jodoco Clictoveo Neoportuenſi compoſitos evulgavit Henricus Stephanus ; & inter primos, quos emiſit, libros illius in Ariſtotelis Politica Annotationes, inter ultimos hujus Logicam typis mandavit ; ut Typographicis ipſius laboribus eadem, quæ dederat initium, finem imponeret Philoſophia. Pariſiis, è regione

[1] Fabri epiſt. ante Magn. Moral. Ariſtot. [2] Ejuſd. ante Euclid. [3] Ejuſd. ante Hecatonom. [4] Ibid. & ejuſd. ante Introduct. in Ethic. [5] Ejuſd. ante Moral. [6] Ejuſd. ante Pſalt. Quinc. [7] Fabri Epiſt. ante Polit. [8] Ejuſd. ante Euclid.

[6] Scholæ

[1] Scholæ aut [2] Scholarum Decretorum ſuam inſtituit officinam; ex quâ libri, quos hactenus mihi contigit videre vel in Catalogis legere, Latinè omnes, plerique de Theologicis, Philoſophicis, Mathematicis, Medicíſque rebus ſcripti aut verſi, de ſuperſtitioſis Papicolarum ritibus plurimi, Claſſici nulli aut perpauci prodierunt. Is ſibi in arte excuſoriâ ſocium aliquando adjunxit Johannem Parvum; Recognitores, Petrum Portam & Beatum Rhenanum, Johannem Solidum Cracovienſem & Volgacium Pratenſem: His in Triſmegiſto, illis in Ariſtotelis Politicis excudendis uſus eſt. Communem his fuiſſe hoſpitem Henricum Stephanum, præceptorem Jacobum Fabrum diſco ex Volgacii [3] epiſtolâ Pariſiis ad Solidum Romæ agentem anno 1508° prid. Id. Sept. miſſâ. Henrici Typi fuerunt plerumque, ut Typographi vocare ſolent, *Romani*, & pro eâ ætate ſatis elegantes; nonnunquam deteriores & [4] compendiarii figuram exhibentes Literarum, quæ in manuſcriptis uſurpantur. Fronti librorum ſæpius affixit Scutum Franciæ, manu librum inter lilia quaſi cœlitus demittente inſignitum, biníſque [5] Angelorum, aut [6] juvenum, aut [7] hominum imaginibus cinctum; & paulò inferiùs majuſculas ſui nominis literas initi-

[1] In fronte librorum plurimorum. [2] Pauciorum in calce, uti Introd. in Polit. ann. 1508. Pro Scholis Decretorum. Epithet. Text. ann. 1518. [3] Ante Introd. in Polit. ann. 1508. [4] Mor. Ariſtot. ann. 1510. & Logica ann. 1520. [5] Moral. ann. 1510. [6] Politic. ann. 1506. [7] Anatom. Alexand. Bened. ann. 1514.

ales

ales [1] H. S. vel nomen integrum [2] HENRICUS STEPHANUS. Dionyſii Areopagitæ operibus appoſuit Hieroglyphicum ſchema ad ſymbolicam myſticámque Scriptoris illius Theologiam aptiſſimum; binas arbores aquiláſq; ſibi invicem adverſas cum duobus circulis ſimul catenatis vacuóq; ſcuto interpoſito. Annum, menſem, diémque ad libri ſæpius calcem, aliquando [3] initium, nonnunquam [4] utrobique cum diverſo die ac menſe, apponere ſolitus eſt. [5] Symbolum non ſemper affixit Typographicum, [6] rariùs diem menſis omiſit, [7] annum rariſſimè. Henrici Stephani meminit Fredericus Sylburgius in ſuâ ad Lectorem præfatione Theodoriti *de Græcarum affectionum curatione* [8]Libris præmiſſâ; ubi fatetur ſe ſecutum fuiſſe verſionis editionem antiquiſſimam & optimam, quam Pariſiis anno 1519° curavit Henricus Stephanus ejus, quo magiſtro uſus eſt, avus.

'Anno ſæculi 15ⁱ decimo quinto, Cal. Jan. Ludovico 12° ſucceſſit Franciſcus Rex hujus nominis primus: [9]*ad cujus Regiam Majeſtatem ſpecies imperio digna, ingenium, literarum amor, comitas, rerum peritia*

[1] Moral. ann. 1510. [2] Euſeb. Chron. ann. 1518. [3] Politic. ann. 1506. [4] Politic. ann. 1511. Non. April. & in fine, 1511. ultim. Marc. [5] Triſmegiſtus. ann. 1505. [6] Dioſcorides. ann. 1516. [7] Euclid. ubi tamen Epiſtola præfixa anno 1516. poſtrid. Epiphan. data fuiſſe legitur. [8] apud Comelin. ann. 1592. [9] Thuan.

jam

jam in illâ ætate (nam vixdum 20^m annum compleverat, cum Ludovico ſuccederet) accedebant. Rei-publicæ intereſt quandam eſſe inter Auguſtos & Muſas neceſſitudinem, ut hæ ab illis præſidium, ab his illi ornamentum petant. Tacere itaque non potui eximium illum Artium omnium Mecœnatem, ſub cujus auſpiciis Typographica à fundamentis ad culmen perducta eſt. Hujus fundamenta Pariſiis poſuiſſe maximæ laudi Henrico Stephano fuerit, etſi id ſolum eſſet, quod de eo memoriæ proderetur. Neſcio, an quâ cognatione attigerit Johannem Stephanum, quem deſignatum Verſellarum Præſulem anno 1510° Faber narrat in [1] Epiſtolâ ad Gul. Budæum. Facilior eſt conjectura, quo tempore reliquerit vitam, quàm quo acceperit. Annum enim 1520^m attigiſſe eum teſtantur excuſi ab ipſo libri quidam, exceſſiſſe (quantum in meam notitiam adhuc pervenerit) nulli. Præterea [2] anno 1521° Boethii Arithmeticam in folio excudit è regione Scholæ Decretorum (quod Janſſon. *ab Almeloveen* explicat, in domo Henrici Stephani) Simon Colinæus. [3] Anno 1522° Robertus Henrici filius in Typographiâ fuit ſui vitrici Simonis Colinæi adjutor. Credibile eſt igitur anno 1520° exeunte (nam eo anno, 24. Jul. Logi-

[1] Ante Magn. Moral. [2] Almelov. p. 13. [3] Lege poſtea in vitâ Roberti. Habetur in Biblioth. Templi Medii, Alcabiti ad magiſterium judiciorum aſtrorum Iſagoge commentario Joan. Saxonis declarato. Pariſiis. venundatur à Simone Colinæo, apud Scholas Decretorum. 1521. 4°.

çam

cam excudit) illum deceſſiſſe; cujus vidua non multò pòſt nupſit Simoni Colinæo, celeberrimo tunc temporis ac deinde ultra annum ferè 1550^{m} apud Pariſienſes Typographo, || qui in calce Elucidarii Eccleſiaſtici Clictoveani ſe vocat Henrici Stephani ſucceſſorem.

Henrici defuncti deſiderium minuerunt, noménq; hactenus non magnum auxerunt tres, qui ſupererant, filii; Robertus, Franciſcus, & Carolus. Habet facti dimidium, qui cepit bene; neque minori laude dignus eſt, qui jecit fundamentum, quàm qui perfecit. Æquè Naturam miramur, imò majore lætitiâ perfuſi, quum hyemem vere, quàm quum ver æſtate, æſtatem autumno mutet. Henricus Stephanus Typographiam quaſi ab ignorantiæ hyeme ad ver fœliciſſimum ità adduxerat, ut uberrimi autumni ſpem poſt ſe relinqueret. Spem illam non fefellerunt filii, ſed adeo aluerunt auxerúntque, ut ubertas autumni veris florem vinceret. Denique paternam induſtriam ità ſuperârunt, ut meritò ambigatur, utrùm filii patri, an filiis pater, ob acceptam ab hôc illi vitam, ab illis hic famam vitâ eò præſtantiorem quò diuturniorem, plus debuerit.

|| Janſſon. Almelov. p. 12. ex Malincrot. de Arte Typogr, cap. 14. p. 96.

VITA

VITA
Roberti Stephani Primi.

ROBERTUS Stephanus in lucem editus eſt [1]anno 1503° Ludovici 12^{i} 6°. cujus adoleſcentiam Literis Hebraïcis Græcis Latiníſq; diligenter inſtitutam fuiſſe ex ipſius operibus plus ſatis patet, quamvis incertum ſit, ſub quo præceptore, per quos gradus, an ſuo potiùs Marte quàm alienis adminiculis ad id culmen pervolaverit. In ea quidem incidit tempora, quibus omnia ad augendam rem Literariam conſpirare videbantur. Tunc Academiæ [2]Witebergenſis & [3]Francofurtenſis ad Viadrum fundatæ Literatis hoſpitium, Franciſcus regnum auſpicatus patrocinium indulgebat. Huc acceſſit, [4]quòd in dubium vocari cœperit Pontificiæ Tyrannidis poteſtas, quæ Religioni & Literis ſuperſtitionis & ignorantiæ tenebras offuderat. Intrà primum hujus ſæculi vicennium exorti ſunt, qui Literarum armis freti Romanæ Eccleſiæ vires enervare tentaverunt

[1] Id conſtat ex anno, quo mortuus eſt. [2] Anno 1502. [3] 1506. Helvic. [4] Anno 1517. Lutherus contra indulgentias debacchari cœpit. Ricciol.

yerunt

verunt, [1] Auguſtinus Marloratus, [2] Johannes Calvinus, [3] Petrus Viretus, & [4] Theodorus Beza: Nec indictum præterire poſſum Henricum VIII. [5] magni animi principem; qui initium regnandi ſumpſit 1509° vivendi 1491° eodem, quo Loiola, anno: Magnum ſcilicet Romanæ Eccleſiæ propugnaculnm dedit idem annus ac flagellum. Eo enim regnante Eccleſia Anglicana, Romanæ erroribus, qui irrepſerant, expurgatis, in integrum reſtituta eſt; Apoſtolico Epiſcopatûs fundamento, quod alii imprudentiori zelo rapti ſuccuſſerunt, nixa.

Robertus Stephanus ſe non ſibi ſoli natum intelligens, & illas, quas congeſſerat, eruditionis opes cum aliis communicandi avidus, anno [6] 1522° ſuæ vitæ 19° Simonis Colinæi vitrici ſui Typographiæ præfuit. [6] *Ob quam cauſam, quum eo anno à Colinæo impreſſum fuiſſet minore formâ Novum Teſtamentum* [7] *emendatum ſanè elegantique charactere excuſum (res nova prorſus temporum malignitate libros ſacros tunc poſſe correctos reperiri) Sorbonæ Theologi ad ignem rapiendum eſſe vociferabantur; in publicis lectionibus illum adoleſcentem, à quo prodierat talis emendatio, increpabant; aperto autem*

[1] Natus ann. 1507. [2] 1511. [3] 1512. Beza in lib. Icon. [4] 1519. Ricciol. [5] Thuan. [6] Rob. Steph. reſponſ. ad cenſur. Theolog. p. 8. [7] Simon de Colines avoit imprimé un Nouveau Teſtament, ſelon l'Edition vulgaire, aſſez correct, en 1522. ce qui étoit aſſez rare en ce têms-la. Hiſt. du Vieux Teſtament, par P. Simon. 1680. pag. 589.

Marte

Marte non auſi ſunt aggredi. Illius certè erga ſacros codices in teneris adhuc annis ſtudium, animíque excellentia & magnitudo in invidiâ, quam ſibi fecerat, ſuperandâ eluxit. Ex quo tempore, quamvis apud Papicolas incœperit hæreſeos eſſe ſuſpectus, incœpto minimè deſtitit, nequaquam abſterritus clamoribus, quibus iſti Theologici fuci, pecus ignavum & ignarum, ſemper ei obſtrepere non ceſſaverunt. Eorum vix ſatìs mirari poſſis ignorantiam, ſi audiveris, quid de quodam ex illis reverendo ſene tradat Robertus: [1] *Ante paucos annos quendam ejus collegii ſic loqui ſolitum memini; Miror, quòd iſti juvenes allegant nobis Novum Teſtamentum; Per diem habebam pluſquam 50 annos, quod neſciebam, quid eſſet Novum Teſtamentum.*

Robertus in alieno negotio ſe diu detineri non paſſus eſt; ſed officinam, in quâ ſe exerceret, inſtruere meditatur. Vir autem pius & [2] *juvandæ Eccleſiæ natus,* (quo proſperiùs reliqua omnia procederent) ſuorum laborum primitias Deo conſecrare, & in Bibliorum editionem animum intendere ſtatuit. Ne inconſultè ac temere rem ſacram aggrederetur, omnia undique, quæ ipſi opus eſſent, auxilia mutuatur; [3] *perluſtrat Bibliothecas urbis Pariſienſis pervetuſtas, alteram apud D. Germanum à pratis, alteram S. Dionyſii:*

[1] Reſponſ. pag. 9. & Henr. Steph. Apologie. cap. 30. [2] Beza in præf. N. T. 1565. [3] Præf. Bibl. 1528.

deinde novam conficit verſionem, & cum aliis Manuſcriptis confert: ex Hiſpaniâ ſuis ſumptibus ſibi afferri curat Biblia illa Hiſpanenſia à Leone X. *tantopere laudata, quibuſcum ſuam compararet tranſlationem: tum corrogatis undecunq; impreſſis Bibliis variantes omnes lectiones collectas in duos quaterniones conjicit: quod anno* 1524° *peractum eſt.* Commoratus eſt (ubi & Pater) *E regione Scholæ Decretorum,* uſq; ad annum [1] 1538^m, utì ex libris, in quorum fronte ſuæ officinæ ſitum indicavit, manifeſtum habeo. Symbolum Typographicum elegit, olivam in ramos porrectam, cum [2] uno ramo aut [3] pluribus defractis, & inſcriptione ex Epiſtolæ ad Romanos Capite 11°, Comm. 20° deſumptâ, [4] *Noli altum ſapere,* vel [5] *Noli altum ſapere, ſed time.* Eâ erat humilitate ac modeſtiâ, ut facilè hominem cùm apprime doctum tum maximè Chriſtianum cerneres. Poſteriorem Inſcriptionem rariùs adhibuit, nec (quantum ex editionibus, quas conſului, conjecturam facio) ultra annum [6] 1532^m. Inſcriptio multifariè arbori applicatur, lineâ vel ſurſum ad [7] perpendiculum aut in [8] obliquum tendente, vel [9] directâ, vel [10] quaſi per funiculum pendulâ, vel ſæpius [11] per lemniſcum ramis innexâ; aut dextrorſum: aut [12] ſiniſtrorſum,

[1] Hebr. Gr. Lat. Nom. 1538. [2] Perſius, 1527. Terent. 1540. [3] Pier. Valer. in Virg. 1529. Calvin. Inſtit. 1559. [4] Perſius, 1527. Calvin. Inſtit. 1559. [5] Bibl. 1528. [6] Index Bibl. 1532. [7] Perſius, 1527. [8] Bibl. 1540. [9] Pſalt. 1528. Virgil 1532. [10] Paraphr. in Vallam, 1531. Terent. 1540. [11] Sueton. 1543. Inſtit. Calvin. 1559. [12] Bibl. 1528. Inſtit. Calvin. 1559.

idque ſemper cum imagine viri ad arboris ſiniſtram manu dextrâ ramos & inſcriptionem indigitantis. [1] Raró frons libri ſymbolo deſtituitur. Aliquando idem liber eodem anno annı́que tempore binam habere videtur editionem cum diverſâ inſcriptionis emblematicæ in fronte libri diſpoſitione. Quod obſervavi in libro Hebr. Chald. Gr. & Lat. Nom. 1537. 4. Cal. Octob. Inſcriptio Olivæ applicatur in editione unâ per funiculum à ramis pendulum, in alterâ per lemniſcum ramis innexum cum viri imagine: varius in paginis ſedecim prioribus Character, illius minor, hujus major; in reliquis utriuſq; ſimilis eſt.

Id Roberto curæ fuit potiſſimùm, ut non niſi cum eruditis affinitate ſe devinciret. Duxit itaque in matrimonium filiam [2] Jodoci Badii, [3] qui publicè artes anno 1492° docuerat, celebríſque extitit Typographus, ſcriptor etiam commentariorum in Oratorias Quintiliani Inſtitutiones: [4] quem optimum ſocerum déque optimis ſtudiis in omni vitâ bene meritum appellat. Uxorem ſanè habuit tam doctis patre & marito dignam; [5] *cui eorum, quæ Latinè dicebantur, (niſi rarius aliquod intermiſceretur vocabulum)*

[1] Victor. in Ruſt. Auth. 1543. [2] Henricus Stephanus meminit ſuæ matris Iodoci Badii filiæ ante ann. 1566m defunctæ. Apologie. cap. 15. & ejus mortem epigrammate Græco deflevit. Bezæ Poem. 1569. [3] Lege ejus epiſtol. præfix. Comment. in Quintil. 1492. [4] Præf. Terent. 1528. [5] Epiſtol. Henr. Steph. præfix. Aul. Gell. pag. 12.

haud multò difficilior erat intellectus, quàm ſi dicta ſermone Gallico fuiſſent. Eandem ſcilicet videtur & thalami & ſtudiorum conſortem voluiſſe. [1] *Fuit tempus, quum decemviratum quendam literarium domi haberet, eúmque ut παντοεθνῆ, ſic etiam πάγγλωσσον. Decem hi partim literati, partim literatiſſimi viri, quorum quidam correctorio munere fungebantur, (iíque [2] præſertim, qui epigrammata poſtremæ Latini Theſauri editioni præfixerunt) quum, ſicut ex diverſis oriundi erant gentibus, ſic etiam diverſum ſermonem vernaculum haberent, linguâ Latinâ tanquam communi interprete inter ſe utebantur. Ac quum ex his decem modò hos modò illos famuli pariter & famulæ de rebus, quas ipſi ipſæque vel noverant vel ſaltem conjectare poterant, colloquentes, quinetiam in menſâ quotidie cùm de aliis tum verò de iis, quorum illa ſolet argumentum ſuggerere, ſermonem habentes audirent, itâ ſuas paulatim aures verbis illorum aſſuefaciebant, ut non ſolùm pleraque eorum, quæ dicebant, intelligere, ſed quædam etiam eloqui valerent.* In eam profectò familiam, ubi illiteratis eſſe ne ſervis quidem licebat, Romanus Sermo Romæ jam diu ſedibus ſuis exul videbatur commigrâſſe.

Ex quo primùm animum ad rem Typographicam appulit, nullum tempus ſibi dedit laboris vacuum; nullo non anno, donec vixit, Author aliquis, qui vel ad Chriſtianæ Religionis vel ad bonarum Artium

[1] Epiſtol. Henr. Steph. præfix. Aul. Gell. pag. 13. [2] Andreas Gruntlerus, Gerardus Clericus, Adamus Modius.

incre-

incrementum conduceret, ex ejus Officinâ prodiit. Præterea adeo ſeverus erat ſtudiorum ſuorum exactor, ut librorum [1] fini aut (ſi Hebraïci fuerint) [2] fronti diem menſis aut (in Hebraïcis) [3] menſem ſolum addere [3] rarò omiſerit; qui & ipſius patri & [4] pleriſq; notioribus Typographis mos erat. [5]Nonnunquàm annus, menſis, dies, & Typographi nomen in libri initio omiſſa calci adjiciuntur. [6] Quidam narrant ipſum ſolitum fuiſſe ſingula folia perlegenda, hìc illic per plateas, locis certis affigere, adjuncto pretio illi, qui vitia quædam detexiſſet.

Apertâ Officinâ, toto animo & ſtudio omni in eam operis, quod inſtituerat, rationem incubuit; nec committere voluit, ut tantam, quam ſui dederat, ſpem, & opinionem, quam primam ſciebat eſſe maximi momenti, falleret. Prima ei cura atque opera in ſacris Codicibus poſita eſt, proxima in Scriptoribus Latinis: Latini enim ſermonis peritior aut ſaltem ſtudioſior fuit, ſi tanta & tot tanti viri ſtudia inter ſe componere, & ex libris pluribus in illo quàm in ullo alio ſermone excuſis æſtimare liceat. Claſſicos Authores optimorum Grammaticorum ſcholiis illuſtratos vulgavit in gratiam puerorum,

[1] Perſius. 1527. 5. Non. Maii. Inſtitut. Calvin. 1559. 17. Cal. Sept. [2] Bibl. Hebr. [3] Comment. Cæſar. 1544. Beza de hæret. puniend. 1554. [4] Sim. Colin. Adr. Turneb. Gul. Morel. Vaſcoſan. Aud. Parv. Bene-nat. Fed. Morel. [5] Seminarium. 1536. [6] Janſſon. Diſſert. p. 41.

quorum

quorum teneram ætatem politioribus literis initiari multùm intererat, illo præſertim tempore, quum inculta barbaries & ignorantia nondum ſuis, quas pertinaciter multos retro annos tenuerant, ſedibus penitus pulſæ fuerant.

[1] Anno 1527° Johannes Frobenius Baſileæ deceſſit inſignis Typographus; quo avulſo alter aureus florere incepit Robertus Stephanus. A Satyris Perſii optimi quidem ([2] ut ipſe ait) ſed difficillimi Poetæ exordium duxit 1527. 5. Non. Maii. quibus addidit 5. Cal. Jun. Ælii Antonii Nebriſſenſis Grammatici Commentaria, ſeorſim edita: nam [2] *morem illum, quo ferè utebantur Typographi, longos ac plerumque ineptos commentarios mediis Authorum operibus intercalandi & intexendi, tantum aberat, ut probaret, ut vehementer etiam obeſſe omnibus arbitraretur.* Quoniam autem ſuum claſſicos edendi conſilium fruſtra fore noverat, niſi ad eorum intelligentiam aditum tyronibus patefaceret, varia Grammaticorum opera excudit; ea primùm, quibus rudimenta tantùm facilia traderentur, qualia Melanchthonis, anno 1527°; deinde illa, quibus ad reconditiora artis adyta via muniretur, quales ſunt libri Thomæ Linacri de emendatâ Latini Sermonis Structurâ, anno 1528°.

[1] Beza in lib. Icon. [2] Præf. in Perſ.

Anno

Anno 1528° Cal. Mart. Biblia Latina, quorum editionem ut abſolveret, nec operæ nec oleo plures jam annos pepercerat, quibus privilegium anno 1527° Franciſci 14° obtinuerat, vulgavit; nec multò poſt, Pſalterium & Solomonis Libros cum brevibus ex Hebræo annotationibus, [1] quòd ſæpius Chriſtianorum manibus teri debeant, legi, & ediſci. Quò autem non minorem à Juriſ-conſultis quàm Theologis gratiam iniret, jure *Divino* his dato, *Civilis* Pandectas quinque voluminibus in uſum illorum emiſit. Sibi etiam devincire voluit Matheſeos & Hiſtoriæ ſtudioſos homo omnium literarum; & illos Cuthberti Tonſtalli de arte ſupputandi, hos Polydori Virgilii de inventoribus rerum libris donavit. [2] Id circiter tempus *eum complures efflagitabant, ut Calepini Dictionarium juxta poſteriorem Authoris recognitionem ſuæ integritati reſtitutum excuderet. Ipſe re ter quater tentatâ reperiebat opus arduum, invidiæ plenum, & parum Rei-publicæ profuturum. Inſtabant quotidie ſtudioſi, ut, ſi non Calepinum, exquiſitius aliquod dictionarium ex optimis Authoribus & Commentariis aut colligendum curaret, aut ipſe ſuo labore colligeret. Quum autem omnes, quibuſcum ſæpius egit, precibus & præmiis non mediocribus fruſtra ſollicitati grave negotium detrectarent, ſe accinxit operi, ex Plauto ac Terentio diligenter perlectis annotationes dictionéſque collegit, exſcribendas & in ordinem alphabeticum*

[1] Præf. Pſalm. 1528. [2] Lege Præf. & Privileg. Diction. 1531.

redigendas curavit, ut futuri Dictionarii quaſi ſylva & materies eſſent. Hortatu demum virorum eruditorum, quibus duos aut tres incœpti operis quaterniones oſtenderat, binos annos in hôc opere dies noctéſque, rei domeſticæ & corporis ferè negligens, ita deſudavit, ut quotidie duobus prelis materiam ſufficeret, & abſque ope Divinâ oneri ſuccumbendum fuerit.

Anno 1529° 9. Cal. Jul. Terentium, quo non alter meliùs Romani idiomatis munditiem exhibet, publicavit accuratiſſimè cum Donati commentariis, [1] in quibus *Græca propè omnia (nam pro eis antebac excuſi codices lacunis ſcatebant) repoſuit, & ſententias Authorum, quos Donatus citare ſolet, integras reddidit; ad illa vetuſti ex Iodoci Badii dono manuſcripti exemplaris, & cujuſdam Anonymi acerrimo judicio præditi Latinéque ac Græcè doctiſſimi, ad has Petri Roſſeti Laureati Poetæ verſus Virgilianos ad unguem tenentis auxilium mutuatus.* Intra ſpatium quadrimeſtre Terentio ſucceſſerunt, quaſi Virgilio honoris cauſâ præviæ, Virgilianæ lectionis per Io. Pierium Valerianum caſtigationes; & ipſe prodiiſſet Poetarum Princeps, [2] niſi luculentis Tiberii Donati in univerſam Æneida commentariis potiundi ſpes conſilium in aliud tempus diſtuliſſet. Interim quum clam eum non foret, quàm jucundum ac utile ſit pueros à teneris epiſtolarum ſcriptioni aſſueſcere, Plinianas emiſit, adjuncto

[1] Præf. Terent. [2] Præf. Virg. 1532.

Panegyrico

Panegyrico & libro Plinii de Viris Illuſtribus, Suetonii de Grammaticis & Rhetoribus, Julii Obſequentis de prodigiis, ex quorum lectione Epiſtolare, Rhetoricum, & Hiſtoricum ſcribendi genus primoribus tantiſper prægustent labris, dum in profundas eloquentiæ Ciceronianæ copias, quum ætas & ingenium maturius accreverit, ſeſe ingurgitent.

Anno 1530° 6. Cal. Feb. Plauti comœdias in lucem protulit, quem tempore licèt priorem, Terentio tamen poſtponendum cenſuit, piſtoris famulum moláſque truſatiles verſantem ſenatoris ſervo maturè manumiſſo & in Lælii Scipioníſq; familiaritatem recepto, huic terſo & caſtigatiſſimi ſermonis arbitro illum nimis exoletum necnon aliquid antiquæ rubiginis ſecum trahentem. [1] *Ei tamen, antequam ad ingraveſcentem ætatem perveniſſet, Plautus omnium Latinarum ſcriptorum poſt Ciceronem & chariſſimus fuit & (quantùm licebat per ea, quæ tum temporis ſuppetebant, exemplaria) notiſſimus.*

Anno 1531° prelo committere incepit Dictionarium à biennio elaboratum, cujus Privilegium die Martis 22° anno præcedente & Franciſci Regis 17° obſignatum fuerat: Dúmq; hujus & Virgilii (quem Tiberii Donati commentariis à poſſeſſore hujus theſauri nimiùm parco fruſtra hactenus expectatis ulte-

[1] Henr. Steph. de Latinit. falsò ſuſpect. pag. 366.

riùs procraſtinare noluit) editionem molitur, Maturini Corderii in Regio Navarræ collegio Grammaticam & Rhetoricam multos jam annos profeſſi libellum de corrupti ſermonis emendatione, & epitomen Eraſmi in Vallæ Elegantias, annexâ ob operis ſimilitudinem verborum ſordidorum per Grocum farragine, protulit. [1] Hanc Eraſmus quum annos plus minus octodecim natus ſcripſiſſet de edendâ minimè cogitans, & ſuo injuſſu bis prodiiſſe exemplaribus innumeris propagatam aliáſq; peſſimè depravatam animadverteret, tertiam editionem recognovit, & fecit, ut aliquantò purgatior in puerorum manibus verſaretur. Non poſſum hìc tacere de Corderii ad ſtudioſam juventutem epiſtolâ, quam didaſcalis omnibus commendatam velim, ut ex eâ diſcant, quo pacto diſcipulorum inſtitutioni & (quod præcipuum eſt) Chriſtianis moribus conſulatur. Robertus, quum Terentium jam [2] bis emiſiſſet, [3] ultro pollicitus eſt ſe, ubi primùm poſſet, rationem comicorum verſuum planam expeditámque aliquo ejus argumenti commentario facturum. Ad eam itaque rem auxilia undique omnia contrahebat, ut brevì ſuis creditoribus ſatisfaceret.

Anno 1532°. 17. Cal. Aug. dedit Virgilium Servii Honorati interpretatione ornatum vetuſto inter alios codice Franciſci Sylvii adjutus; nec multò pòſt 4.

[1] Præf. Eraſm. [2] 1529. & 1531. [3] Præf. Terent. 1534.

Cal.

Cal. Oct. Dictionarium ſeu Latinæ Linguæ Theſaurum, cujus partus tot vigiliis & laboribus conſtiterat, enixus eſt. [1] Propria Nomina, *quæ nulla ferè in eo opere inveniuntur, reliquit petenda partim ex Antonii Nebriſſenſis de locorum nominibus opuſculo alibi venali, partim ex Poetico illo dictionario ab eo fideliter emendato, quod Elucidarium Carminum vocant.* [2] Quum autem Elucidarium emendaverit tantùm, haud compoſuerit, non eſt, cur plagii eum accuſet [3] Jacob. Thomaſius, quaſi Volaterrani Anthropologiam compilâſſet, & alicubi ejus errores feciſſet ſuos, alibi novos à ſe addidiſſet. Colonienſem, quâ uſus eſt Thomaſius, editionem nondum vidi; at in eâ, quæ ſub Caroli Stephani nomine exiit, illa, quæ Thomaſius citat, nomina non leguntur; & Hermannus Torrentinus ſe hujus Elucidarii collectorem in ſuâ ad lectorem præfatione agnoſcit. Anni hujus finem nobilitaverunt Biblia Latina 8. Id. Nov. abſoluta. Erat ſcilicet pii propoſiti adeo tenax, ut multorum quamlibet librorum editionibus diſtractus neutiquam tamen ſacros negligeret. [4] Confitetur ingenuè *nonnihil in priore Bibliorum emiſſione fuiſſe dormitatum; in hâc verò dari tralationem propè integram & illibatam, denuo cum veteribus Manuſcriptis, quæ annis ſuperioribus Monachi S. Dionyſii, itémque S. Germani, & graviſſimum illud Theologorum Pariſienſium collegium ei communicârunt,*

[1] Lege in initio Dictionar. 1531. [2] Janſſon. Diſſertat. pag. 42. [3] In libro de plagio literario. [4] Præf. Bibl. 1532.

collatam

collatam, adjectis ad interiorem marginem diverſis interpretationibus cum obeliſcis & aſtericis, quibus Origenes & Hieronymus uſi fuerant. [1] Ad calcem rejecit Nominum Propriorum Catalogum cum interpretatione Complutenſi, & Indicem rerum & ſententiarum, [2] ex duobus, quos aliquando alterum in Vetus, alterum in Novum Teſtamentum compoſuerat, conflatum. Hæc omnia charactere magnificentiſſimo curavit imprimenda; nam eum novas literarum formas ſibi nuperrimè comparâſſe conjecto, quòd typis majoribus ac nitidioribus Biblia & Opera Virgilii, quàm quibus libri priores, excuſa fuerint. [3] At verò *Theologi Pariſienſes eum ad ignes uſque perſequuntur, quòd Biblia imprimere auſus ſit, quamvis tum permiſſu tum conſilio ſeniorum Collegii ipſorum, cujus rei locuples teſtimonium Regis privilegium reddebat. Eum nihilominus ad capitale ſupplicium poſtulabant, tanquam ſi Biblia corrupiſſet; & de eo actum eſſet, niſi quorum authoritate factum ſit, in tempore monſtrâſſet. Tale annos circiter viginti bellum Roberto cum Sorbonâ fuit; & oportuit deſpondiſſe animum abſque Rege, qui illum contra invidos & malevolos texit, nec ceſſavit omnibus modis benignè juvare. Quia autem paci & tranquillitati ſemper ſtudebat, pollicitus eſt ſe nihil poſtea niſi cum bonâ eorum gratiâ facturum.*

Annus 1533[us] Virgilio in minori volumine, Artique Poeticæ Horatii cum Jani Parrhaſii, Acronis,

[1] Lege. quid lectorem moneat in initio Proprior. Nomin.
[2] Et Indic. Rer. ac Sent. [3] Reſponſ. ad Theol. pag. 3. 4. 7. 8. 9.

Porphyrionis

Porphyrionis & Glareani commentariis datus eſt, forſan etiam tertiæ Terentii editioni, nam quæ anno 1534° lucem vidit, quarta nominatur. Eam ſecundam puto, quam Janſſonius *ab Almeloveen* anno 1531° affert. Quartæ inſeruit Eraſmi de verſuum generibus commentarium, qualem antea ipſe promiſerat, [1] quíque ad ipſum ab Eraſmo commodùm allatus eſt, dum de hujuſmodi opuſculo meditaretur. An is commentarius tertiæ inſertus fuerit, neſcio. Conjicio autem tertiam anno 1533° prodiiſſe, meæq; conjecturæ fidem facit tempus Eraſmianæ Epiſtolæ ad Johannem & Staniſlaum Boneros Polonos fratres Friburgi Briſgaviæ Prid. Id. Dec. 1532° datæ. Id verò citra controverſiam eſt, Terentium ei, ſicut & doctis omnibus, adeo placuiſſe, ut variis omnibus voluminum formis & ſæpius quàm ullum è Claſſicis alium excuderit.

Anno 1534° iteravit eandem Bibliorum, quæ 1532°, editionem, ſed minuto nitidiſſimóque charactere meliùs ad gerendum accomodatam; Divi Auguſtini de literâ & ſpiritu libello auctam, cum indice Epiſtolarum & Evangeliorum, quæ in dominicis & feſtis diebus juxta conſuetudinem Eccleſiæ Pariſienſis & Romanæ leguntur. Plerumque enim id cavit, ut lector cum novâ quâvis editione fœneratum acciperet beneficium. [2] Hoc circiter tempus ſe-

[1] Præf. Terent. 1534. [2] Præf. Comment. in Evang. 1553.

cum

çum *conſiderare cœpit eas expoſitiones, quæ ſunt in libro, qui vulgò* Gloſſa Ordinaria *nominatur, atq; permagni à Theologis æſtimabatur. Rogatus, ut eum librum imprimeret, cogitavit diligenter de omnibus rationibus, quibus eum meliorem cùm mendoſa tollendo tum optima quæque fragmenta reponendo ac reſtituendo faceret. Fruſtra, qui eum juvaret, quæſivit inter ipſos Theologos atque eorum religioſos, tam eos, qui Mendici appellantur, quàm illos, qui uberes proventus habent. Omnes ejus conſilium laudabant; verùm ſe non ſatìs habere temporis ſignificabant. Ipſe tamen non depoſuit conſilium; ſed tanti operis initium fore non incommodum duxit, ſi veteri tranſlationi emendatè impreſſæ adjungeretur nova ex Hebræo verè reddita:* quod opus anno 1545. abſolvit. Ex quo Dictionarium ſuum ediderat, [1] *multâ lectione magnóque uſu plurima deeſſe cognovit, tum multos audivit (quum ſæpe de induſtriâ in ſuâ librariâ tabernâ ſedens doctorum pariter & indoctorum de ſuo labore ſententias exciperet) plura requiri, nonnulla corruptè citari, accentuum rationem & Propria Nomina omitti querentes. Ipſe ergo, quantum quotidianæ editiones relinquebant otii, id omne in legendis Latinæ linguæ principibus conſumpſit. A doctiſſimo quoque, quicquid in hôc commentandi genere annotâſſet, nominatim Gulielmo Budæo, Lazaro Bayſio, Jacobo Tuſano Græcarum literarum Regio Profeſſore accepit, nihil veritus eorum judicium, qui, quæ à Tullio non ſunt poſita, protinus rejiciunt, ſi modò Ælium Gallum vetuſtiſſimum legum Xvi-*

[1] Præf. Diction. 1536.

ralium

ralium interpretem à Cicerone non ſemel laudatum, Varronem, Feſtum item Pompeium, & Nonium Marcellum, Donatum, Servium, Vallam, & permultos alios authores habeat.

Interea dum in his præparandis occupatur, ne vacare videatur prelum, & ut Budæi Bayfiiq; operæ, quâ ad ſuum Dictionarium ornandum uſus fuerat, gratiam præſentem rependeret; illius de Helleniſmi ad Chriſtianiſmum tranſitu tres libros anno 1535; hujus de re navali, veſtiariâ, & vaſculis tractatus anno 1536 (cum aliis non paucis, quæ ex Catalogo petenda ſunt) ad publicum uſum expoſuit. Quoniam autem de Bayfio incidit mentio, aliqua ex ejus operibus excerpta breviter ſcribere non gravabor. [1] Hic, quum meliores ætatis annos in ediſcendis Accurſianorum ineptiis potiùs quàm Ulpiani aut Pauli reſponſis de non ſatìs eruditorum amicorum conſilio conſumpſiſſet, ſerò & curſim literas Græcas arripuit, eo tamen ſucceſſu, ut in illius ſcriptis variam ac politam eruditionem minimè deſideres. [2] Chriſtophori Longolii, qui cum eo iiſdem Græcis ſtudiis initiatus & ei amiciſſimus eo nomine fuerat, hortatu & comitatu, poſthabitis rabularum in ſupremâ Pariſiorum curiâ altercationibus, Romam ad capiendum ingenii cultum conceſſit; ubi Longolii, quem non petentem civitate Romani donârunt, quique Latinè

[1] Epiſtol. præfix. Veſtiar. [2] In fine Veſtiar.

loquendo

loquendo an parem habuerit dubium eſt, immaturo interitu Latinæ Græcæque literæ damnum non mediocre fecerunt. [1] Annos triginta vixdum natus Johanni à Lotharingiâ Cardinali de re veſtiariâ librum anno [2] 1526° dicavit. [3] Quum à Rege Franciſco Venetiis eſſet legatus, ſuas de vaſculis vigilias in conſpectum produxit; poſtea anno 1536° Cal. Aug. obtulit Antonio à Burgo Galliarum Cancellario, & 8. Cal. Sept. [4] Regi ea, quæ, dum Venetiis erat, à loci celebritate admonitus, è Græcorum Latinorúmque monimentis de re navali collegerat; ne Regiæ liberalitati ingratus haberetur, quâ & Sacerdotio auctus & Magiſtratu ornatus fuerat. A propoſito me multùm aberrâſſe non puto, ſi hæc de Bayſio inſeruerim, ut palam fiat, qualium virorum judicio ſuorum laborum cenſuram Robertus permiſerit. Ille, quum annum 1536° à quibuſdam Caroli fratris opuſculis ad rem præcipuè ruſticam pertinentibus inchoâſſet, eundem ſuo Dictionario clauſit, quod opus ob incredibilem copiam LINGUÆ LATINÆ THESAURUM [5] vocare doctiſſimis nonnullis viſum eſt. Huic editioni magnâ vocum, formularum, & Nominum Propriorum adjectione locupletatæ ſummam manum 14. Cal. Dec. impoſuit.

[1] Epiſtol. præfix. Veſtiar. [2] Edit. Baſil. [3] Epiſtol. præfix. Vaſcul. [4] Epiſtol. præfix. Naval. [5] Lege in initio Diction. 1536.

Hôc

[a] Hôc anno 4. Id. Jul. Baſileæ obiit vitæ 70[m] agens Deſiderius Eraſmus Roterodamus, qui [1] ubertate ingenii inexhauſtâ paríque dicendi facultate [2] aurem Batavam Batavúmque ingenium à nonnullis immeritò carpi comprobavit.

Anno 1537° inter alia, Hebræorum in Bibliis Propriorum Nominum Catalogum & rerum Indicem in unum conjecit libellum, qui minutâ characteris & voluminis formâ Bibliis proximè excuſis reſponderet. Lectorem, ſi de reliquis interroget, ad Librorum Indicem velim remitti: non enim ſtatui omnes, quos excudit, minutatim enumerare, ne, quum ad Indicem contexendum pervenero, actum agam, lectoríque ex abſurdâ repetitione creem faſtidium magìs quàm voluptatem. Satìs eſt, ſi præcipuos ſacróſque imprimis attigerim, æquum ratus, ea apud me in deſcribendo, quæ apud illum in edendo, plus momenti habere. Quàm fixum in animo tenuerit Divinarum literarum ſtudioſos adjuvare, percipiet, quicumque ſecum reputaverit, quàm pertinax ſtudium indicibus librorum conficiendis ſit adhibendum, quàm improbus labor perferendus, quæ tædia ſubeunda, quot moleſtiæ devorandæ. Omnia hæc impedimenta noſter diligentiâ & induſtriâ ſuperat.

[1] Bez. Icon. [2] Lege Martial. lib. 6. Epig. 86. & Comment. Domit. Calderin. & Adag. Eraſm. Chil. 4. cent. 6. 35.

[a] *Quum enim inter nonnullos ſermone de Bibliorum Concordantiis habito laudaretur ignotus Concordantiarum Scriptor, in quibus tot tamen fuerant omiſſa, ut decimum quodque vocabulum reperiri vix poſſet; cohortarentur omnes, ut mutilum abſolveretur opus, onus autem graviſſimum à ſe removerent; id in ſe libens recepit, ut novas concordantias ederet, ſtatim atque Dominus ei requiem ullam præſtaret. Nihili faciebat difficultatem rei, quam videbat neceſſariam non modò omnibus, ſed & ſibi privatim, cui in horas quærenda eſſent, quæ memoriâ exciderant, nec quibant in illis Concordantiis vetuſtis reperiri.*

Anno 1538° occupatiſſimum eum habuerunt (præter Dictionarium Latino-Gallicum, [2] quod ad ſtudia ſuorum Civium excitanda, tum ad quædam in ſuo Theſauro illuſtranda emiſit) Editiones Bibliorum & Ciceronis. Tyrones jamdudum Tullianæ lectioni paulatim aſſuefecerat, non neſcius, eum multùm profeciſſe, cui Cicero placuerit, nec tamen niſi gradatim ad id culmen aſcendi poſſe. [3] Ejus igitur opera Rhetorica, Commentarios Marii Victorini in libros de Inventione, Boetii in Topica, Georgii Vallæ in Partitiones, Eraſmi in Quæſtiones Tuſculanas præmiſerat, ut quaſi Leo ex ungue æſtimaretur. Quem verò hactenus ex parte tantùm, & vix dimidium oſtenderat, nunc totum ipſum, quantuſcunque ſit eloquentiæ patrem coram ante oculos

[1] Præf. Concord. 1555. [2] Præf. Diction. 1538. [3] Conſule indicem.

omnium præſentem ſiſtere aggreditur. At opus adhuc nobilius movet, ut ſcias ejus pectus capaciſſimum (quod paucis datur) plures unâ curas admittere. Cum anno 1532° ex Typographicâ illius Officinâ prodiiſſent Biblia, Virorum doctiſſimorum conſilium fuit, ut Antiquorum Exemplarium lectio, modò cum Hebraïcis Veteris & Græcis Novi Teſtamenti Codicibus conſentiret, excuderetur. Id non caruit invidiâ: ne qua igitur etiam levis offenſio cuiquam afferretur, haud ſinè opinione Theologorum, in novâ, quæ ſub prælo jam madere incipiebat, Bibliorum Editione decrevit, ut ea ipſa, quæ Eccleſiæ in vulgato uſu eſt, tralatio Typis exprimatur; Varias Lectiones, quæ cum Hebraïco & Græco conſentiebant, interior margo ſibi vendicaret. In his ad Rei-publicæ bonum ſtudiis deſudantem animadvertit Rex Galliarum Franciſcus, magnus ille literatorum Patronus, [2] *qui magiſtros optimarum artium ac literarum homines doctiſſimos, magnis propoſitis præmiis, in ampliſſimo orbis terrarum Gymnaſio, quò omnes undique ſtudiorum cauſâ conveniunt, conſtituit. Deinde omnes ſemper ad bene & naviter agendum excitavit, cum, quos multùm proficiſſe in literis cognoſceret, iis munera atque honores mandaret; reliquiſque ità praſcriberet, quid ſperare à ſe & expectare deberent, cum ad aliquam ſcientiæ ac literarum commendationem perveniſſent.*

[1] Præf. ad Bibl. 1540. [2] Almeloov. p. 20. ex Ciceron. Admon. Epiſt.

Quâ ratione perfectum eſt, ut omnis ferè Galliæ Nobilitas, quæ antea Doctrinæ opinionem ſibi indecoram falſâ perſuaſione ducebat, ea nunc cum armorum & bellicæ rei exercitatione literarum etiam ſtudia conjunxerit. Poſtremò ampliſſimam omnis generis librorum Bibliothecam Hebraicorum Græcorum ac Latinorum maximis ſumptibus inſtruxit, ac quotidie inſtruit: ut in eo Ptolomæi etiam atque Eumenis Regum ſtudia longè ſuperet. Illi enim vanâ quâdam opum oſtentatione, quos uno tantùm loco Pergami aut Alexandriæ concluſos & quaſi captivos haberent, libros undique conquirebant, cum alter etiam alteri invideret, eóque Ptolomæus, ne numero ſcilicet vinceretur, chartas, quas ſola tunc Ægyptus ſuppeditabat, ſupprimeret. Ipſe autem tantùm abeſt, ut quæ ex Italiâ & Græciâ maximis & planè Regiis ſumptibus comparavit veterum ſcriptorum monumenta, ea cuiquam invideat, ut ultro etiam illa omnibus impertire atque offerre in animo habeat.

Regem hunc optimum meritis laudibus cumulaverunt Robertus Stephanus, ejúſque Filius Henricus, quem de eo ſic ſcribentem legimus. [1] *Franciſcus omni laude major omnium ſcientiarum ludos in ſuo regno aperuit.* [2] *Literas enim & literatos omnes magno amore proſequebatur, ac peculiari etiam quodam patrem meum complectebatur (ut paucis ante obitum ſuum diebus apertiſſimè declaravit). Patri facile erat, quæcunque ſubſidia* μεγαλουργία *typographica poſtulabat, à Rege qui* μεγαλόδωρος

[1] Bunell. Epiſtol. Dedicat. [2] Appian. 1592. Dedicat.

erga

erga literas & literatos erat, impetrare. Inter hæc autem præſidia præcipuum erant ii ſumptus, qui in conquiſitionem cùm aliorum librorum (potiſſimùm Græcorum) tùm verò Hiſtoricorum; & qui in ſculpturam tam pulchrorum Characterum ſeu typorum, quibus libri illi excuderentur, faciendi erant. In quorum utroque tantum abeſt, ut ille Rex à ſuâ liberalitate quidquam paſſus ſit deſiderari, ut etiam expectationem omnium & ipſa propemodum deſideria ſuperaverit. Quum autem Romanæ præſertim hiſtoriæ rex hic amator eſſet, à Dionyſio Halicarnaſſeo (Petro Caſtellano ejus anognoſte hoc dante) initium ſumi voluit. [1] Nec tamen neglexit Græcam; Thucydidem enim ei prælegit Caſtellanus; Quem (ut conſtet Virum Nobilem ſæpe bonarum literarum inſcitiâ ridiculum fieri) Gallus quidam inter Nobiles non infimus cum Rege de Athenienſibus & Lacedæmoniis differentem poſtquam bis térve audiviſſet, ſtatímque de vocum barbararum ſignificatione percontatus facilè perſuaſum habuiſſet ea nova nomina tritis vulgatíſque Medicorum Chirurgorúmque nominibus ſuccedere, Regi ſuâ ignorantiâ riſum & jocum movit.

Anno 1539° Jun. 24. [2] ne labor mercede juſtâ deſtitueretur, Rex, ſui regni [3] viceſimo quinto, Roberto Stephano ætatis 36^m agenti Regii in Hebraïcis & Latinis Literis Typographi munus injunxit.

[1] Conformité. Pref. p. 11. & Dialogues du nouveau Langage, p. 34. [2] Lege Privileg. Diction. Puer. 1542. [3] Initio Prophet. Min. Hebr.

Ex quo an officinam, quam è regione Scholæ Decretorum habuerat, moverit, neſcio; non enim mihi adhuc compertum eſt eum ulli libro poſt annum 1538[m] affixiſſe hæc verba, E regione Scholæ Decretorum. Ab anni 1539[i] [1] menſe Junio, in Librorum [2] fronte & [3] calce etiam ſæpiſſime ſe [3] Regium Typographum, aut (quod in calce ſæpius & [4] præfationibus) [5] Librarium, aut ſpecialiùs [6] Hebraïcarum & Græcarum Literarum Typographum nuncupavit, [7] raróque eum omiſit Titulum, uti in Bibliis 1540[o]. ac Cicerone 1539[o]. abſolutis, quæ ante munus collatum excudi cœperant. Novo nunc honore auctus & Regiæ gratiæ ſtimulis accenſus ad majora adhuc ſtudia animum erigit, omnibus contendit nervis, ut dignitati labor accreſcat, nec Regis optimi favore inferius meritum ſuum videatur. Primum jam in Hebraïcis dedit ſuæ diligentiæ ſpecimen, & ut piam conſuetudinem, quam ſemper in negotiis Typographicis habuit, teneret, à Sacris omen accepit. [2] Duodecim Prophetas incepit edere, *cum commentariis R. David Kimhi à Franciſco Vatablo Hebraïcarum Literarum profeſſore regio accuratiſſimè emendatis, & locorum Scripturæ paſſim citatæ adnotatione illuſtratis, favore & auſpiciis Franciſci primi, qui in linguarum & ſtudioſæ juventutis gratiam amplis ſtipendiis Profeſſorum operas redimebat.* Ab illo inchoato opere manum non abſti-

[1] Sophonias Hebr. [2] Initio Prophet. Min. Hebr. [3] Pentateuch. 1541. [4] Bibl. 1545. [5] Inſtitut. Hebr. 1546. [6] Richer. de Turc. 1540. [7] Terent. 1541.

nuit,

nuit, donec huic intra quadriennium coronidem imponeret. Hôc anno, cum in Hebraïcis ſui periculum feciſſet, in Latinis ſuo, quod duplex ei delegatum erat, officio non defuit: Idib. enim Aug. Cicero Typis Elegantiſſimis & Victorii Notis ornatus propalam egreſſus eſt.

Anno 1540° Biblia Latina, quæ biennium ferè ſub operis Typographicis ſudaverant, prodierunt, in [1] quibus emendandis & locis cognatis annotandis à Gulielmo Fabricio Canonico Pictavenſi viro Hebraïcè Græcè & Latinè eruditiſſimo ſe plurimùm adjutum fuiſſe confitetur. Dedit etiam operam, ut Fr. Vatablus in Architectonice non vulgariter exercitatus ob oculos poneret Tabernaculi Moſaïci, Templíq; Solomonis difficillimam & obſcuriſſimam conſtructionem. Ex hâc Bibliorum Editione [2] *novæ accenduntur flammæ, & contra eum Theologici iſti cenſores impotenter bacchantur. Decem nihilominus præcepta jam antea impreſſa denuo imprimit, &, quam vocant, ſcripturæ ſummam, utraque ſingulis foliis, majori charactere ſatis venuſto, quæ parietibus poſſent affigi. Quas verò moleſtias exhibuerunt! abeſſe domo hunc oportuit, & aulam Regis ſequi, à quo diploma ad cohibendam eorum intemperiem obtinuit, quo jubebatur illa Gallicè & Latinè imprimere. Quin etiam plus quindecim non poſtremi Collegii Magiſtri Sigillis comprobaverunt, quæ tota caterva improbaverat.*

[1] Præf. Bibl. [2] Reſp. ad Theol. p. 9, 10, 11, 12.

probaverat. Eadem illa impreſſa tunc fuerunt à Johanne Andreâ homine imperito & impio, ([1] qui poſtea furore correptus obiit) *ſed cum præceptis Eccleſiæ & fœdata corruptáque ab Odoardo, qui ex duobus primis Domini præceptis unum fecit, auferendo eam, quæ habetur de imaginibus fingendis & colendis, prohibitionem, & poſtremum in duo laceravit, ut numerum denarium ſuppleret. Robertus, cui hæc non placebant, illis de hæreſi ſuſpectus erat; & ipſorum impulſu domum ejus ſcrutati ſunt Judices, ſi qui fortè libri ſuſpecti reperirentur.* Nullo tamen caſu conſtanti homini contigit, ut ulla officii fieret intermiſſio. [2] Cum eo animo præditus eſſet, qui haud facilè poſſet intervertere, quæ ad communem omnium utilitatem pertinere ſentiebat, [3] hoc præſtitit, ut nonnulla ex iis, quæ Profeſſorum Regiorum Auditores exceperant, ad eos, quibus per locorum intervalla atque alia impedimenta illos audire non licuit, Typographicæ Artis beneficio fideliſſimè permanarent.

Anno itaque 1541. excerpta hujuſmodi in Pentateuchum dedit; nec non [4] Evangelia cum breviſſimis ad marginem annotationibus: quæ turbas haud minimas conciverunt. *Theologi pro ſuggeſtu clamant annotationes hunc edidiſſe valde periculoſas, quòd locos de Purgatorio & Confeſſione aliter, quàm ſolerent, interpretaretur; aſtutum eſſe, qui prætextu utilitatis publicæ diſſe-*

[1] Apologie pour Herodote. cap. 26. [2] Præf ad N. T. 1545.
[3] Præf. ad Pent. 1541. [4] Reſp. ad Theol. p. 13.

minaret

minaret hæretica. Vice tertiâ aliquandiu latere coactus eſt; ſed tempeſtate ſedatâ denuo eas[1] *poſtea excudit mutatis pauculis & multis additis, quorundam ſectæ eorum conſilio, obſtrepentibus interea Gagneio, Picarto, & Guiancurtio ſacri ordinis primoribus.*

Profana verò ſtudia, licèt ſacris poſthabita, non omnino neglexit. Ciceroni Oratorum coryphæo nuper edito, aſſeclam adjecit anno 1542° Quintilianum Rhetorem, ut Oratoriæ Artis Tyrones hujus præceptis ad imitandum illius exemplar uterentur. [2] Inter hujus anni initia Michael Vaſcoſanus Celeberrimus apud Pariſienſes Typographus ſibi, Roberto Stephano, & Johanni Roigny ſuis affinibus Gulielmi Budæi de aſſe libros multâ eruditione refertos excudit, quorum pulcherrimæ editionis videndæ voluptatem Authori [3] anno 1540° 13. Cal. Sept. denato mors inviderat. In hâc editione abeſt vindicatio Authoris à Leonardi [4] Portii Vicentini plagio, de quo pluribus conqueſtus eſt in Editione Colonienſi 1528. à pag. 555. ad pag. 585.

Anni 1543[1] unumquodque trimeſtre ſpatium variis & magnis laboribus illuſtravit Stephanus. Ver-

[1] Ann. 1543. [2] Januario. [3] Bez. Icon. [4] Is de ſeſtertio, talentis, pecuniis &c. librum edidit, qui nec loci nec temporis indicem habuit præter Johannis Frobenii inſigne.

no, [1] Editionem novam Ciceronis in minori volumine orditur, in quâ primum (niſi fallor) Italici characteris exemplar exhibuit. Noluit Ciceronem ſibi minus debere quàm Terentium; noluít infenſâ æmulatione tantos Sermonis Magiſtros inter ſe committere. Hic ſtylo familiari, ille elaborato, uterque nativâ elegantiâ admirabilis & in ſuo ſcribendi genere princeps parem poſtulabat curam. Æſtate jam adultâ, opus illud adultum, in cujus maturitatem multas æſtates impenderat, prodiit abſolutus Linguæ Latinæ Theſaurus; qui, quamvis integri ſæculi totiúſque cujuſdam Academiæ Labor videri poſſet, ab uno Roberto aliis interim nec levibus Typographicis negotiis invigilante poſt 12^{m} à primo ſpecimine annum emiſſus eſt, quem fide penè & verbis majorem ſilentio admirari quàm aut minùs aut ineptè laudare malo. Huic tertiæ editioni acceſſerunt quàm plurima ex Authoribus & Grammaticis in ſecundâ præter-miſſis & in hâc plus dimidiâ parte auctis teſtimonia. Omittitur Gallica Vocum interpretatio, [2] quam inſerere antea noluiſſet, niſi certorum hominum voluntati fuiſſet parendum, & quæ fuſiùs in Dictionario Latino-Gallico

[1] De quâ Hotomanus hoc dedit teſtimonium in ſuâ commentariis in Cicer. Orat. præfixâ Epiſtolâ. Librum Roberti Stephani Typographorum omnium facilè principis, quem ipſe anno MDXLIII. edidit, & omnium optimum atque incorruptiſſimum eſſe conſtabat, delegi; ad cujus ſcripturam ac lectionem notas illas meas caſtigationum adhiberem. [2] Præf. Theſ. 1536.

explicatur.

explicatur. [1] Noſtro Atlanti quaſi Hercules quidam in partem laboris ſucceſſit Theodoricus Bellovacus *vir in optimis quibuſque Authoribus valde exercitatus acrique judicio præditus ; qui indè ab initio inſtituti laboris ità ei operam dedit, ut omnia ipſe relegeret, eáq; tanquam ſupremus artifex incboata & adhuc rudia perpoliret ;* cujus auxilio debere ſe fatetur, quòd tantæ operis moli non ſuccubuerit. Ex Budæo tam multa ad verbum tranſcripſit, ut ei acceptum referat, quicquid rarum & exquiſitum occurrit. Deniq; abſoluti operis calci adjecit quædam hujus argumenti, quæ ex ſuis adverſariis exſcribendi poteſtatem ultro fecerunt Andreas Tiraquellus in ſenatu Pariſienſi conſiliarius, Ægidius Perrinus officialis Ioſatius, & Jacobus Goupylius medicus : quos ſingulos nominatim appellavit, ut omnes intelligere poſſent, nec alienæ laudis cupidum eſſe, nec ſuum cuiquam debitúmq; honorem præripere eum ſolerè. Tanto cum fœnore præconiorum viris eruditis, qui ipſi onus literarium aliquâ ex parte allevâſſent, rependebat gratias, ut ſuæ magìs famæ quàm ejus commodis conſuluiſſe viderentur. Achilli Therſites, Homero Zoilus, Virgilio Bavius non defuit ; [2] nec Stephano defuerunt ſtupidiſſimi & invidioſiſſimi homines, qui dicerent eum januam barbariei aperuiſſe. Ejus Theſauro præterea id accidit infortunii, ut, quum hìc illìc ſæpius recuderetur, imperitus mendorum corrector

[1] Præf. Theſ. 1543. [2] Almeloov. p. 41.

vel

vel alius quiſpiam, cui officinæ cura demandata erat, quædam abjiceret, quæ ab ipſo authore de induſtriâ prætermiſſa erant. [1] *Robertus enim Stephanus aliquando* [2] *Venetiis agens Officinam ingreſſus eſt, in quâ excudebatur ejus Theſaurus. Oculos ſtatim in quoddam vocabulum conjecit, quod ſe olim rejeciſſe recordabatur. Illud autem ſui exemplaris, quod ad ſe afferri juſſerat, margini aſcriptum, ut insereretur, vidit. Eum, cujus manu aſcriptum erat, interrogavit, quo id conſilio feciſſet: Iſte reſpondit ſe & alia multa addidiſſe; quæ quum Stephanus percurriſſet, comperit itidem à ſe olim rejecta. Quâ ex re tanto dolore exarſit, ut illam aliôſque illius ſimiles aſinos Arcadicos vocaret.* Sed eò, unde digreſſus ſum, redeundum eſt. Circa hujus anni autumnum antiquos Rei Ruſticæ Scriptores cum Victorii & Beroaldi notis [3] publicos fecit: non enim voluit eos prætcrire, cum multa de hâc re Caroli Fratris opuſcula vulgaviſſet.

Hactenus Latinis Grammaticis, Poetis, Oratoribus, Ruſticis operam multam nec inutilem præbuerat. Hiſtoria ſupererat intacta; quâ non alia diſciplina potiori jure uſuram repoſcat illius temporis, quod, ne nobis omne pereat, in ærario ſuo repoſuit. Hiſtoricis igitur Suetonio & Juſtino hanc

[1] Epiſt. H. Steph. ad quoſd. [2] Hinc conjicio Robertum Venetiis egiſſe anno circiter 1551. quo ejus Theſaurus ibi recuſus eſt.

hyemem

hyemem, reliquis magnam ſubſequentis anni 1544[1] partem aſſignavit. Anno ineunte Ciceroni emendationibus Ferrarii in Philippicas Scholiiſque P. Manutii in Philoſophiam & Epiſtolas illuſtrato; ac Bibliorum Hebraïcorum Editioni (29° Franciſci Regis, cujus annos ſingulis hujus editionis voluminibus præfixit) vix addiderat Colophonem, cum ſtatim aliam minori nec minùs pulchro charactere inchoavit, ne per ampliorem prioris formam ſtaret, quominus liber omnibus Chriſtianis unicè neceſſarius in oculis, manibus, ſinu ſemper geſtaretur. Dum Ethnicas Romanorum hiſtorias eruit, pro conſueto ſuo Eccleſiæ ſtudio, Eccleſiaſticis etiam Hiſtoricis manum admovet, Euſebio, Socrati, Theodorito, Sozomeno, & Evagrio; ex quorum operibus primùm ſpectata eſt ejus in libris Græcis excudendis induſtria; Epiſtolâque iiſdem præfixâ non minor Græci quàm Latini Sermonis peritia. Ibi Regis Franciſci laudes Attico lepore, quas [2] antea Romanâ gravitate, celebravit, omnes hortatus Regiæ munificentiæ fructum totum acceptum referre, quem ex officio ipſius Typographico perciperent. In his ſcriptoribus & Euſebii Præparatione Evangelicâ excudendis Typis Regiis, [3] quos ab eximiis artificibus conflari juſſerat Rex eruditionis promovendæ ſtudioſiſſimus, primùm uſus eſt, pollicitus iiſdem, Deo juvante, ſe omnes optimos illius Linguæ libros ex-

[1] Lege priùs p. 33. [3] Epiſtol. ante Eccleſ. Hiſt.

cuſurum,

cuſurum. Tunc incepit libris [1] ferè omnibus, quos ex Bibliothecâ Regiâ depromptos vulgabat, in Regis laudem, affigere Symbolum [2] aliis Typographis Regiis cum eo commune, Thyrſum cum lauri ramo ac ſerpente circumflexis, & ſubjecto [3] Homeri hemiſtichio, βασιλῆϊ τ' ἀγαθῷ, κρατερῷ τ' αἰχμητῇ. [4] Suum quoque non rarò fini annectebat. Mihi etiam videtur Græci nunc Typographeii, utì priùs Hebraïci & Latini, cura à Rege ei fuiſſe demandata, tum ex Epiſtolæ ſuprà laudatæ [5] verbis, tum ex eo, quòd nondum ſciam eum ulterius Hebraïcarum & Latinarum Literarum, ſed generali titulo Regium Typographum ſe nomináſſe. [6] Regii iſtius Symboli authorem eum fuiſſe nullus dubito, quia nullus mihi occurrit Typographus, qui antea eo Symbolo uſus ſit; non [7] Conradus Neobarius, quem [8] anno 1540°. Typographum Regium fuiſſe conſtat: nec Adrianus Turnebus Typographus etiam Regius, ante annum [9] 1552^{m}. nec Gulielmus Morelius in Græcis Typographus Regius, ante annum [10] 1555^{m}.

Robertus ſuſceptâ in ſe Græcarum etiam literarum provinciâ nil miſſum fecit, ut eam pro virili adminiſtraret: Id enim huic fuit proprium, ut nul-

[1] Non Æſopo. 1546. [2] Turnebo, G. & F. Morel. ac Benenato, licèt non Regio. [3] Ιλ. γ. 179. [4] Euſeb. Hiſt. & Dem. [5] ὑπηρεσίαν, ἣν ὑπ' αὐτοῦ Βασιλέως ἐπιτετράμμεθα. [6] Lege Henr. Steph. Centon. in Parod. Moral. p. 53. [7] Almeloveen. p. 20. putat Conrado Neobario Robertum Stephanum ſucceſſiſſe. [8] Canones. [9] Philo. [10] Canin. Hellen.

lam

Iam nactus ſit Spartam, quam non ornaverit. Eo deinceps animo ad Græcas Literas convertit ſtudium, ut non Hebraïcarum & Latinarum, in quarum quaſi fœturâ & educatione tantum laboris cœperat, quáſque ad ætatis maturitatem perduxerat, curam abjiceret; ſed tres illas, quas ex æquo diligebat, ità fovit, ut vicibus alternis reviſeret; & dubitationem relinqueret, cujus ſtudiis plus indulſerit, quámve meliùs caluerit. Sed præ Sacris ſemper omnes ſibi pòſt putavit eſſe, & contendit, quàm maximè poterat, ut hæ ad illas quaſi ad ſuum finem referrentur.

Anno 1545° emiſit Oſiandri Evangelicam Harmoniam, ac annotationes; & [1] Novum Teſtamentum Latinum, cujus editionem collatis ante annos quinque manuſcriptis & antiquiſſimis codicibus amicorum in Hebraïcâ & Græcâ Linguâ exercitatiſſimorum conſilio adductus tantiſper diſtulerat, donec illi Hebraïſmos, qui in Novo Teſtamento plurimi ſunt, explicaſſent, quos margini inſeruit. [2] Poſtea rediit ad intermiſſas Pſalmorum annotationes, quas dum palam facere cogitaret, [3] ſatius duxit in cætera Bibliorum volumina notas excudere, unà cum veteri & novâ tralatione. [4] Igitur ut Lectionum Hebraïcarum, quas Rex Franciſcus inſtituerat,

[1] Præf. N. T. 1545. [2] Ibid. [3] Præf. Pſalc. 1546. [4] Reſp. Steph. p. 14.

fructus

fructus ad plures redundaret, [1] de Franciſco Vatablo (quo nemo majori eruditione vel fide magíſque perſpicuâ expoſitione Vetus Teſtamentum interpretatus eſt) per diligentiſſimum quemque ex illius auditoribus excerptas collegit, & Bibliorum margini adjecit annotationes, quas Vatablus, quominus ipſe, ſicut cupiebat, ederet, publicæ profeſſionis occupationibus prohibitus eſt. [2] Hanc editionem Robertus [3] *doctiſſimis quibuſque Collegii communicat, cúmque Vatabli nomen animadverterent, nil ultra ſuſpicati, ſalva omnia eſſe aiunt.* [4] *Poſtea tamen clam admonetur, ut ſibi caveat, quòd impreſſerit ſinè permiſſu facultatis, cui eum, impreſſorem licèt Regium, ſubjici oportuit.* [5] Arnoldus Bootius probare conatur hujus Editionis Scholia ſolius Roberti opus in ſolidum fuiſſe, omnem tamen eorum honorem Franciſco Vatablo virum modeſtiſſimum tranſcripſiſſe, [6] necnon fortean invidiæ declinandæ gratiâ; [5] Vatablúmque ea ſibi attribui indignè admodum tuliſſe, publicè nihil ad ſe illa per-

[1] Præf. Bibl. 1545. [2] P. Simon. Crit. p. 589. R. Eſtienne a donné pluſieurs Editions de la Vulgate, avec les diverſes Leçons qu' il avoit tirées de tres bons Exemplaires manuſcrits, s' eſtant auſſi ſervi de l' Edition d' Alcala. Mais comme il eſtoit rempli des préjugez de nouvelles Sectes, ſes Editions de la Bible devinrent ſuſpectes, à cauſe des Sommaires & petites Notes, qu' il y inſerra, ce fuſt ce qui lui attira toutes les Diſputes, qu' il euſt pendant pluſieurs années, avec les Theologiens de Paris, &c. En un mot, R. Eſtienne eſt un de ceux, qui a le plus travaillé a corriger l' Edition Vulgate, & il a eſté heureux dans la recherche qu' il a fait des bons Exemplaires Latins. [3] Reſp. R. Steph. p. 14. 15. [4] Ea tamen Biblia rurſus excudit ejus filius Robertus 1565. cum privilegio. [5] Indic. Animadv. Sacr. [6] Almeloov. p. 15.

tinere

tinere profeſſum, cum multa religionem Reformatam ſapientia in iis ſparta ſint, à quâ ipſe fuit alieniſſimus. Rob. Stephanus in præfatione ad Novæ Gloſſæ ſpecimen (ann. 1553.) ſic ſcribit. *Antiquam tranſlationem impreſſi cum verſione novâ parvo volumine, cum hujuſmodi annotationibus, quæ uberiorem ſcripturæ lectionem docerent ex Hebræorum commentariis, & doctiſſ. in linguâ Hebraïca viri Franc. Vatabli ejus linguæ Regii Profeſſoris prælectionibus: eúmque ſenſum ad intelligentiam proponerent, qui dari quidem poterat eo tempore, quo denſiſſimæ ignorantiæ tenebræ omnia occupârant. Tantùm autem abeſt, ut iſti Theologi hoc operis initium gratum habuerint, ut contra non per eos ſteterit, quominus ego combuſtus uſtulatúſque fuerim, cum viderent hoc principium eò ſpectare, ut omnes ipſorum falſæ atque impiæ interpretationes detegerentur.* Joannes Poſſevinus in Apparatu ſacro ex Genebrardo ſubjicit Vatablum eâ ſuppoſitiâ editione ſic fuiſſe offenſum, ut in Stephanum ad ſe vocari juſſum vehementer invectus fuerit, quòd eam verſionem ſub ejus nomine edidiſſet. [1] Joſephus Acoſta, Stephanóne an Vatablo notas tribuat, dubitavit. [2] Johannes Porthaiſe conjectavit Vatabli notas à Stephano fuiſſe corruptas. [3] Alii judicârunt ab eo Vatablum quaſi hæreſi imbutum. Has opinionum lites dirimendas relinquo iis, quibus aliquid de Stephano certius innoteſcet. Interim eum, quem mihi propoſui, ordinem ſequar. Extremo

[1] Almeloov. p. 18. [2] p. 17. [3] p. 18.

mo hujus anni die, prodiit Moſchopuli de ratione examinandæ orationis libellus [1] veteris eruditiſſimi Grammatici, quo Græcia tota inſtituendis pueris uti conſuevit. Voluit enim, quod in Latinis curaverat, id quoque in Græcis curare, ut Grammatici ad Authores intelligendos non deeſſent.

Anni 1546[i] menſe Januario ad umbilicum duxit [2] Hebraïca Biblia minori volumine excuſa. Tum [3] quoniam nonnulli de minutis Bibliorum Latinorum characteribus querebantur, craſſioribus Pſalterium & Cantica Biblica exorſus eſt cum novâ tralatione è regione vulgatæ & iiſdem, quas jam publicas fecerat, annotationibus, paulò tamen auctioribus; reliqua volumina, ſingulatim eâdem formâ aut (ſi id expeti videret) majore deinceps daturus. Quod utinam viro magno licuiſſet præſtitiſſe! Euſebii operibus in lucem nuper editis addidit ejuſdem Demonſtrationem Evangelicam, opus digniſſimum, quod præiret Bibliis, quorum Latina eadem, ac anno 1540°. editio mox ſubſecuta eſt. Mirari ſubit, quàm habilis & aptus ſit ad omnia, quàm promptè & facilè ab hoc ſtudio ad aliud planè diverſum tranſ-

[1] Init. Clenard. 1559. [2] P. Simon. in Critiq. p. 575. SI l'on a égard à la beauté des characteres, il n'y a gueres des Bibles qui approchent de celle de Robert Eſtienne in quarto, au moins d'une partie de cette Bible: mais elle n'eſt pas fort correcte. Il y en a une du meſme Robert Eſtienne en ſeize, qui eſt auſſi d'un tres beau charactere, & qui eſt beaucoup plus correcte que l'autre in quarto. [3] Præf. Pſalt. 1546.

eat,

eat. Proximo menſe, Dictionarium Latino-Gallicum, emittit, [a] altero tanto craſſius, quàm illud, quod annis ſuperioribus excuderat, ut Theſauro Latino mediâ plùs parte locupletato reſponderet. Menſe nondum finito, dedit Eraſmi de copiâ verborum commentarios; altero, Inſtitutiônum Hebraïcarum per Pagninum abbrevationem, ut in Sacris eadem, quæ in Profanis, traderet Grammatices Rudimenta; anno exeunte, Græcas Æſopi fabulas. Quantâ alacritate ab Hebraïcis ad Latina, à Latinis ad Græca, à Græcis ad Gallica tranſvolat! quàm citò ad Latina, indè ad Hebraïca, tandem ad Græca regreditur! Nec tamen quis hinc ingenium interpretetur volatile. Quicquid agit, valde agit; nil perfunctoriè aut oſcitanter: ſed modò huc modò illuc ſe vertit vigil & ſollicitus, ne quâ ex parte res labaſcat Literaria. Ei tamen ad hæc omnia vix ſatìs temporis fuiſſe crediderit, qui animadvertet, eum cum Theologis Pariſienſibus hôc anno diu fuiſſe conflictatum. [b] *Cum enim Euſebii volumen Græcum Regi offerret, admonuit Petrum Caſtellanum tunc Matiſconenſem Epiſcopum, Theologos neſcio quid adversùs ſe inſuſurrare, ut ei venditio Bibliorum cum annotationibus interdicatur. Ibi homo in cauſâ bonâ plùs ſatìs timidus, quid conſilii daret, dubitat. Dicit Stephanus ſe libenter impreſſurum ad calcem, quicquid vitii à Thologis deprehenſum eſſet, adjectâ cenſu-*

[a] Admonit. Diction. Lat. Gall. 1546. [b] Reſp. R. Steph. ad Theol. p. 15. 16. 17. 18. 19.

rà. Id conſilium etiam Regi placuit, cujus juſſu Caſtellanus ad Theologos Gallicè ſcribit, ut Biblia perlegerent, annotarent, omnia deniq; Stephano traderent imprimenda. Se facturos reſcribunt. Iterum Caſtellanus mittit Literas, ſed Latinas. Nil tamen à Theologis effectum; ſed aſtutè ſollicitant Theologos Lovanienſes, ut ea Biblia in ſuum librorum ſuſpectorum & hæreticorum Catalogum infarcirent. Vice tertià ſcribit Caſtellanus: cúmq; vellent Catalogum illum Lovanienſium imprimi, Rex ipſe per Epiſtolam 27. Octob. ſcriptam vetuit: ji repetito Caſtellani hortatu tandem locos quindecim à ſe animadverſos miſerunt; quos cum Cagneio collatos Caſtellanus remiſit cum Epiſtolâ valde prolixâ, in quâ caſtigandi rationem tradebat cum multis aliis de annotationum in Bibliis utilitate, quæ ipſos urebant. Rex, ubi eos duræ cervicis homines eſſe ſenſit, diploma mittit ſuo ſigillo in cerâ impreſſo communitam, quo ſeverè additis etiam minis præcipit, ut in abſolutione cenſurarum pergant, eâſq; Stephano dent imprimendas. Regis tamen mandata contumaces uſque neglexerunt. Hos aliquandiu jam miſſos faciam, dum ad Typographicos Roberti labores revertor.

Ille Romanæ Hiſtoriæ Scriptores Latinos pridem ediderat, nunc ad Græcos etiam eâdem curâ expoliendos animum adjecit. Inter quos omnes diligentiſſimi & fideliſſimi Dionyſii Halicarnaſſei opera è Bibliothecâ Regiâ prodierunt Calendis Aprilibus

prilibus Anni 1547[i]. nec (quoniam Hiſtoriam adeuntibus lucem præfert Geographia) diu fuit, antequam Dionyſii Periegeſin cum Scholiis Euſtathii Typis mandaret. Circa Martii initia Syngeli de Divi Dionyſii laudibus librum è Cartuſiâ Pariſienſi eduxit. Sed ei & univerſæ literarum Reipublicæ exitus hujus menſis fuit luctuoſiſſimus. Nam dum animi lætitiâ & laboris alacritate obfirmat ſtudiorum viam, quam decreverat perſequi, maxima interceſſit tantis gaudiis ægritudo. Rex Franciſcus, cujus patrocinio & laboribus, quos emetiebatur, & invidiæ, quam ſibi (ut ea eſt ſemper virtutis & doctrinæ comes) cumulavit, par hactenus fuerat, Prid. Cal. Apr. è vitâ diſceſſit [i], annos 52. menſes 6. dies 19. natus, cum annos 32. menſes 3, unâ die minus regnaviſſet. Orationem funebrem (quam Stephanus excudit) 6° cal. Jun. habuit Petrus Caſtellanus; *qui à nonnullis ex Sorbonicorum Collegio jampridem infeſtorum, quòd Robertum Stephanum doctiſſimum & peritiſſimum Rei Typographicæ virum adverſus eos texiſſet, accuſatus eſt, quòd in illâ oratione ſperare atq; perſuaſum habere dixiſſet, regis animam vitâ ſanctiſſimè actâ, ſimulatq; è corpore exceſſiſſet, protinus cælo receptam eſſe, neq; expiatoriis ullis ignibus eguiſſe; quaſi de tertio loco, ut ipſi aiebant, de quo tot nuper à Proteſtantibus controverſiæ excitatæ fuerant, addubitaſſet: eámq; ob cauſam quoſdam è ſuo numero ad*

i Thuan.

Regem delegârunt, qui à Ioanne Mendoza regiorum diſpenſatorum principe excepti (is & ipſe mortuo Franciſco, à gratiâ, quâ in aulâ antea florebat, ordine ſuo motus exciderat) hôc faceto & apto reſponſo eluſi ſunt. Scio, inquit, quid huc veneritis; nempe ubi locorum Franciſci heri optimi anima nunc ſit, cum Caſtellano, ut malè ſentiente, controverſamini; cæterùm vobis confirmare poſſum, qui Franciſcum optimè noverim, hôc eum ingenio ſemper fuiſſe, ut diu hærere ullo loco quantamvis amœno & commodo nunquam potuerit, ut mihi ad purgatorium non moræ faciendæ cauſâ divertiſſe videatur, ſed tantùm, ut vinum illàc tranſeundo à pocillatore pro more deguſtandum acciperet. Quo audito cum viderent Sorbonici Caſtellanum plùs in aulâ valere gratiâ, quàm ut ei negotium faceſſere poſſent, pudore confuſi domum reverterunt. Hanc narratiunculam interjeci, ex quâ appareat capitale Sorbonæ, non in Stephanum ſolum, ſed eos quoq; quos ejus partibus favere ſuſpicio erat, odium; ſimul & dubia opinio, in quâ apud ſanioris mentis homines Purgatorii ignis fabula eſſe cœperat. Antequam ad Stephanum redeam, Lector non ægre feret, ſi Franciſci Regis elogium, quantum ſpectat ad rem literariam, ex integerrimo[t] Scriptore accipiat. *Inter omnes tanti Principis laudes meritò hæc primum locum obtinet, quòd literas & literatos impenſè dilexerit: cujus amoris magnum ſpecimen ſtatim in Regni auſpiciis edidit, Gulielmo Budæo, quem Des. Eraſmus,*

[t] Thuan.

raſmus, grande hujus ſæculi decus, ob raram eruditionem portentum Galliæ appellare non dubitavit, ab umbrâ & pulvere literario ad honores & ſplendorem Aulæ evecto, & honorificâ ad Leonem X. *Legatione ornato. Ex hujus conſilio poſtea Profeſſores Linguæ Sacræ,* [1] *Græcæ, & Latinæ, Philoſophiæ item Medicinæ, & Mathematicarum diſciplinarum, inſtituit, qui attributis pro tempore ampliſſimis ſtipendiis Lutetiæ in Ludo Cameracenſi publicè prælegerent.* [2] *Horum ope diſcuſſis ignorantiæ tenebris lux literis & per literas veritati in Galliâ atq; adeo totâ Europâ reſtituta eſt : ut, cum alii Principes ambitioſis aliunde conquiſitis titulis vanam gloriam aucupentur, ipſe parens Literarum appellari meruerit. Circa ſe doctos homines ſemper habuit, quos, dum cibum caperet, de rebus pulcherrimis diſſerentes avidiſſimè audiebat : præcipuéq; natura-*

[1] Epiſtol. Lambin. præfix. Horat. Lutetiæ duodecim doctores partim Gallos (in quibus erant Fr. Vatablus, P. Daneſius, Iac. Tuſanus, Dion. Coronæus, Iac. Silvius, Orontius Finæus) partim advenas (in quibus erant Bart. Latomus Germanus, Io. Poblatius Hiſpanus, Io. Stracelius Flander, Vidus Vidius Florentinus) attributo eis honeſtiſſimo auctoramento inſtituit ; quorum alii Mathematicas Artes, alii Hebraïcas literas, alii Græcas, alii Latinas, alii Philoſophiam ex ipſis fontibus hauſtam, alii Medicinam publicè docerent. Franciſco ſucceſſit Erricus, et in eorum, qui vel exceſſerant è vitâ, vel alioqui ſuâ ſponte docendi munere defuncti fuerant, locum viros ingenio doctrinâq; præſtantes ſubſtituit, P. Gallandium, Adr. Turnebum, P. Ramum, Fr. Vicomercatum, Io. Auratum, Paſchaſium Hamelium, Lod. Querculum. Lege etiam, quid Richerius unus è Regiis cubiculariis de Franciſco Rege ſcribat in Epiſtolâ ſuis de rebus Turcarum Libris præfixâ.

[2] (H.S. Apologie. au lecteur) Budæus Franciſco Regi ſuaſerat, ut Linguarum Profeſſores conſtitueret, imperito quodam Bedâ cauſante Græcam Linguam eſſe hæreſeôn fontem.

lis hiſtoriæ enarratione delectabatur ; in quâ tantùm audiendo profecerat, ut, quamvis à pueritiâ nullis literis imbutus, quicquid de animalibus, plantis, metallis, gemmis ab antiquis & recentibus Scriptoribus memoriæ proditum eſt, & meminiſſet & aptè ediſſereret. Uſus ad hoc fuerat operâ Iac. Cholini primùm, deinde Petri Caſtellani viri probitate & morum gravitate & doctrinâ præſtantiſſimi, quem Epiſcopatu Matiſconenſi magníq; Eleemoſynarii dignitate propterea remuneravit, ac magiſtrum Bibliothecæ poſt Budæi obitum conſtituit. Hanc miſſis per Italiam Græciam atq; Aſiam, qui undequaq; libros conquirerent et deſcriberent, ingentibus ſumptibus ad Fontis-bellaquæi ædes extruxerat. Sanè eum in animo habuiſſe conſtat, antequam moreretur, profeſſorum à ſe inſtitutorum numerum augere, Gymnaſiúmq; ampliſſimum regiâ magnificentiâ ædificare, in quo Prælectiones fierent, & ipſi Profeſſores cum DC *pueris & adoleſcentibus ac magiſtris publico ſumptu alerentur ; quam in rem* LCIↃ *aureorum erogaturus eſſet.*

Nec poſſum, quid Bayſius de eo[1] anno 1536 ſcripſerit, præterire. *Illo & authore & adjutore, his paucis, quibus Galliarum clavum tenuerat, annis plùs promota ſunt Literarum Linguarúmq; ſtudia, quàm quantum ſub aliis omnibus ab adventu Francorum in Gallias Principibus. Sunt de Regibus Galliarum,*[2] *qui Iudæorum gentem ſuperſtitioni deditam è Galliâ exterminaverint ;*

[1] Præf. Bayſ. de Nav. [2] Philippus Auguſtus. P. Æm. Edit. 1556. p. 116.

ille

ille excluſâ Iudæorum ſuperſtitione Iudæorum Linguam Lutetiæ ſic vigere voluit, ut habeat non paucos, qui Literarum Hebraïcarum cognitione cum ipſis Rabbinis poſſent decertare. Græcos autem eos aluit, qui valeant cum ipſis indigenis non ſolùm de diſciplinarum elegantiâ, ſed etiam de ipſo Atticiſmo ὑπεραττικῶς contendere. In bonarum certè literarum laudem id obſervatione dignum eſt, quod nihil ad Gallici Regni incrementum plus contulerit, quàm ſingulare, quo ejus Monarchæ Doctrinam & Doctos dignati ſunt, patrocinium. Velit interim Deus Opt. Max. pacis Author fatales inter illam noſtrámq; gentem lites componere, omnes æmulationis cauſas tollere ; concedátq; tandem, ut de nullâ aliâ re Monarchæ contendant, quàm uter literis & literatis magìs faveat.

Hic annus non ſolùm duorum maximorum Principum, Franciſci Galliæ, & Henrici VIII. Angliæ ([1] qui 5. Cal. Febr. fato conceſſerat) *et qui ſummi literarum fuerant fautores, ſed & doctiſſimorum virorum obitu triſtis fuit. Nam Fran. Vatablus in Ambianis natus ex hàc vitâ migravit* 17. *Cal. April. qui ſive naturali pigritiâ, ſive morte præventus nil ſcripſit, ſatíſq; habuit ſacræ linguæ arcana aperire diſcipulis ſe diligentioribus : ex iis fuit Ioannes MercerusUticenſis Chriſtianorum in Hebraïcis longè doctiſſimus.* ([2] qui Hebraicæ Linguæ profeſſionem Pariſiis per annos aliquot exercuit)

[1] Thuan. [2] Præf. ad Mercer. in Min. Proph.

Eodem die, quo Vatablus, deceſſit Iacobus Tuſanus Remus Lutetiæ optimus Græcæ Linguæ doctor, cum eodem, quo Vatablus, die in Regiorum profeſſorum collegium cooptatus fuiſſet. Nec multò pòſt Beatus Rhenanus Seleſtadienſis (quo recognitore Henricus Roberti pater olim uſus fuerat) *ſummus Eraſmi obſervator, in humanioribus literis, antiquitate, & piâ doctrinâ exercitatiſſimus Argentinæ moritur* 13 *Cal. Jun. annum agens* LXII. His adde Lutherum, qui anno ſuperiore, 17. Feb. anno 63° ætatis deceſſerat.

Brevem hanc eorum Virorum addidi notitiam, quorum mentio de Stephanis differenti aliquando incidit.

Poſt Franciſci exequias, & Henrici inaugurationem [1] *6. Cal. Quint. Durocortori Remorum celebratam, Robertus Stephanus, cum has edidiſſet, novi Regis gratiam expertus eſt;* [2] *qui anno* 1547°. *ſui Regni primo, Auguſti die* 16°. *diploma ad Theologos Sorbonenſes miſit, quo eorum erga Regem defunctum contumacia notatur, jubentúrq; ſuas cenſuras abſolvere; quod ſi ulteriùs tergiverſentur, aut moras nectant, eis diem dictum iri, ut ex conſilii Privati decreto in eos animadvertatur. Reſpondent* 22°. *Aug. ſe daturos fore cenſuras errorum & hæreſeôn in Stephani Bibliis collectarum intrà feſtum omnium Sanctorum. Illi tamen Regem fruſtrati ſunt. Robertus*

[1] Thuan. Edit. 1604. p. 78. [2] Reſp. Steph. ad. Theol. p. 19. 20, 21, 22, 2?, 24.

ad

ad præſcriptum diem Aulam ſe confert. Pro cenſuris afferunt Libellum ſupplicem, quo ei interdici venditione Bibliorum poſtulabant, quòd eſſet Sacramentarius, ſcripſiſſétq; in illis animas eſſe mortales. Ille ſe apud Regem purgat, inſtat produci cenſuras, ſed eorum (nam Lutetiam refugerant) delegati reſpondent omnia nondum in ordinem redacta. Efflagitat, ut cogantur præſentes cauſam adverſum ſe dicere. Coacti tandem Novembri menſe ad Prætorium Fontisbellaquæ adveniunt decem, inter quos Odoardus eorum Orator, Picartus, Goveanus ſenex. In conſilio aderant Cardinales omnes Aulici, Epiſcopi, Magiſter equitum à Rege Secundus, & Cancellarius. Juſſi ægerrimè proferunt 46 *Articulos* ([1] *concluſos inter ſe* 19 *Octob. extractos* 14 *Nov.*) [2] *partim cum cenſurâ, reliquos ſinè cenſurâ. Imperatur Stephano, ut pro ſe oret. Utriq; auditi jubentur ſecedere. Revocatis interdicitur palam, ne amplius jus illud cenſorium ſibi in materiâ fidei uſurpent, quod Epiſcoporum erat. Epiſcopi & Cardinales receptos Articulos conferunt, nil mali inveniunt, præterquam fortaſſe in* 5 *vel* 6, *qui calumniæ obnoxii eſſent. Oratores frementes & flentes Lutetiam revertuntur, & efficiunt, ut venditio Bibliorum ad tempus conticeſcat. Regi præcipienti adjunctâ pœnâ, ut reliqui Articuli afferantur, pollicentur omnia ſe facturos, modò ne cogantur Aulam propter ſumptus graviores ſequi; & orant, ut reliquos Articulos abſolutos Rex traderet examinandos Judicibus iis, qui tunc cauſas Hæreticorum cognoſcebant, &*

[1] Reſp. ad Theol. p. 48. [2] p. 23, 24, 25, 26.

ſimul

ſimul de totâ Stephani cauſâ liberum judicium permitteret. (Satìs autem ſcitur, quàm ſævam carnificinam [1] *Lyſetus cum ſuâ catervâ exercuerit). Cum annuiſſet quidam (à cujus nomine conſultò abſtinet Stephanus), deſtinatur Rege inſcio victima. Obſignatis Literis ejus cauſa ad Judices devolvitur.*

[2] In hunc annum Roberti diſceſſum à ſuâ Patriâ conjiciunt Poſſevinus, & ex eo Morerus; quaſi cauſam impoſturæ in Vatablum expoſtulatam reddere declinans Genevam profugiſſet, ſurreptis ſecum Characteribus Regiis, quapropter Lutetiæ in ſtramineo ſimulachro uſtus eſt, quòd vivus capi non potuerit. [3] Bernardus Malincrotius ſcribit, nomen Stephani gratius fuiſſe, niſi impoſtura in Vatablum commiſſa, ob quam ſolum vertere, ultionem prævertens, coactus fuit, ejus exiſtimationem læſiſſet. At verò Stephanum neq; hôc anno, nec ob Regios Characteres ſurreptos aut commiſſam in Vatablum impoſturam ſolum vertiſſe comprobabunt, tum libri ab ipſo ſub Typographi Regii nomine Lutetiæ 1551 editi, tum Thuani de iſtis criminibus ſilentium; tum etiam, quòd poſt Vatabli mortem annos quatuor Lutetiæ commoratus fuerit; [4] quódq; frater Carolus Regiis, quos per-

[1] De quo in Paſſavantii Epiſtolâ legitur, quòd officio ſuo in curiâ Pariſienſi motus fuerit p. 94. quòd ob multa vitia infamis fuerit.

[2] Almeloov. p. 18. [3] p. 16. [4] p. 18.

hibetur

hibetur ſurripuiſſe, Typis, in Appiano Græcis, in Epiſtolis Bunelli Latinis uſus fuerit.

Hæc infortunia Roberti animum non fregerunt, ſed obſtinatè operam dedit, ut ne quid ſe à literis abſtraheret, neq; hæ ullum detrimentum ab ipſius calamitatibus acciperent. Ab illo, anno 1548°. ineunte, Medicinæ ſtudioſi ſtrenas receperunt Trallianum & Rhazæ de peſtilentiâ commentarium, quos [1] Petrus Caſtellanus ex Regiâ Bibliothecâ prompſerat, et Iacobus Goupylus, Andreæ Tiraquelli hortatu,emendatos notis illuſtraverat.MoxHiſtoriam,quam ſuperiore anno à Dionyſio auſpicatus erat, Dione nunc addito pergit demereri. Hebraïcis Biblicis duplici formâ priùs excuſis, ne Dictionarium deeſſet, Sanctis Pagnini Theſaurum diligenter repurgatum adjecit. [2] *Quamvis enim tam multa in ſacras pariter & profanas literas præſtiterit, ut ſiquis operam ab eo in unas navatam cum eâ, quam in alteras navavit, conferat, de utris meliùs meritum dicere oporteat, in dubio fortaſſe relicturus ſit; nullam tamen de hôc dubitationem ipſe voluit relinqui, quin de ſacris meliùs mereri cupiverit.* Dum hæc in officinâ Typographicâ geruntur, ſubinde oportuit eum amoliri, quæ ſuo capiti ab infenſis inimicis impendebant, mala. " [3] Nota erat in ejus perniciem collegii totius

[1] Præf. ad Trall. [2] Epiſt. H. S. ad Concord. N. T. [3] R. Steph. Reſp. p. 26. 27.

" Sorbonici

" bonici conjuratio. Coactus eſt igitur per octo " menſes Aulam ſequi, ut ſua cauſa, quæ ad Hæ" reſeôn Judices devoluta fuerat,in ſecretiori conſi" lio maneret. [1] Rex interea,ut ſtatim in regni au" ſpiciis conceptam de ſe apud exteros populos o" pinionem augeret, Alpes ſuperare conſtituit. " Profectionis initium fuit ab Auguſtâ Tricaſſium, " quo magno comitatu cum omni familiâ Id. Maij " venit. Stephanus Lutetiâ petiit Lugdunum; & tunc fortè " [2] Novi Teſtamenti tmemata, quæ " vulgò vocantur capita, ſubdiviſit in tmematia, " (quæ appellatione ab aliis magìs quàm ab ipſo " probatâ Verſiculi vocata fuerunt) & magnam " hujus catacopes partem confecit inter equitan" dum; quod inventum ſimul in lucem, ſimul in " omnium gratiam venit, ſimúlq; in tantam autho" ritatem, ut quaſi exautorarentur aliæ Teſtamenti " Novi Editiones, quæ inventum id ſecutæ non " eſſent. [3] Tandem apud Seguſianos, ſub Regis " diſceſſum, cum Rex proficiſceretur Taurinum, " à Rege Literas accepit alias ad Sorbonæ Theolo" gos, ut reſiduum Articulorum abſolverent, alias " ad Judices in materiâ fidei, ut de Stephani cau" ſâ, quæ ad illos priùs relata eſt, non cognoſce" rent, ſed ſecretiori conſilio eam relinquerent " examinandam. [4] Theologi Articulos poſteriores

[1] Thuan. p. 129. [2] Epiſt. H. S. ad concord. N. T. [3] Reſp. R. Steph. p. 27. 28. [4] p. 117.244.

" 107 abſolvunt pariſiis apud Sanctum Mathuri-
" num 15° die Maij. [1] Illud reliquum per manus
" Cauponis & Ruffi Lugdunum miſerunt, ubi Ste-
" phanum non reperientes retulerunt ad ſuos.
" Sollicitat Facultas Guiancurtium Regis Confeſ-
" ſorem, ut ſtrenuè ad eum oppugnandum incum-
" bat; & videat potiſſimùm, ne reliquum articu-
" lorum in Stephanum dare cogantur, ſed potiùs
" condemnetur tanquam hæreticus. Guiancurtius,
" cum Rex ([2] audito tumultu Pariſienſi de limitibus
" inter Scholam Pariſienſem & Sangermanos fra-
" tres conſtituendis, ac poſt eum ſedatum graviori
" per Aquitaniam propter Salinarum vectigal ex-
" orto) Taurino reverteretur, & quieſceret in
" colliculo S. Andreæ ferè ſolus, antequam diſce-
" deret Momorantius Magiſter equitum Burdega-
" las (ad Burdigalenſium [3] motus compeſcendos),
" cujuſdam ſuffragatione literas à Rege extorſit,
" quibus prorſus inhiberetur Bibliorum à Stephano
" impreſſorum diſtractio, eâ tamen conditione,
" ut Articulos daturi eſſent. Id Stephanus non
" reſcivit, priuſquam Rex Lugdunum ([4] Cal. Octob.)
" veniſſet, ubi, cum Cardinalem Guiſianum adiret
" gratias acturus de eâ, quam apud Seguſianos præ-
" ſtiterat, humanitate, audivit, quæ ſecuta eſſet
" mutatio, quódq; nullum ſupereſſet remedium.

[1] Reſp. R. Steph. p. 29. 30, 31, 32. [2] Thuan. p. 130. A. B. [3] p. 132. 133. [4] p. 134. B.

" Ibidem

" Ibi tum Stephanus mœſtus valedixit illi & Patriæ; " eadem retulit Caſtellano; is protinus adiit Re- " gem, qui à ſe id factum pronunciat, quippe " Theologi hunc eſſe hominem quovis hæretico " nocentiorem querebantur; non tamen aliâ con- " ditione, quàm ut Articulos proferrent: mandat, " ut bono eſſet animo, & pergeret in ornandâ Re- " giâ Typographiâ pro more officium præſtare. " Conſtitit Stephanus; interea ſilent Theologi, " nec literas evulgant, quia in his facta de profe- " rendis Articulis mentio obſtabat. Guiancurtius " ſubornat Robertum Senalem (cujus obſervatiun- culas de liquidorum leguminúmq; menſuris 1532 Stephanus ediderat) " Abrincenſem Epiſcopum, " qui Stephanum blandè admoneat, [t] ut cum The- " ologis redeat in gratiam; utilius id eſſe, quàm " tamdiu domo abeſſe. Stephanus aſſentitur me- " mor, quid eorum nonnulli contra Regem Fran- " ciſcum eſſent moliti illorum impietatibus non " uſq; adeo annuentem, miti tunc exilio caſtigati. " Roberto itaq; Senali dicit ſe ad Theologos " ſcripturum, ut præterita effluant, nil poſtea ſi- " nè eorum conſilio facturum. Id placuit Guian- " curtio, qui ſe recipit literas perlaturum, ſcilicet " ut nihil opus eſſet Articulorum prolatione. Quod " ut effugeret Stephanus, ſe jam ſcripſiſſe finxit,

[t] Reſp. R. Steph. ad Theol. p. 32. 33.

" Rumor

" Rumor eo tempore erat Regem juſſiſſe Stephano " mille & quingentos aureos ad ſarcienda damna " numerari. At effectum eſt, ut nullæ darentur " pecuniæ; Rex tamen pollicetur majore in re ſe " erga eum fore munificum; quem Stephanus cum " gratiis rogat, ut ſe ab inimicis tueatur. Hunc annum ſibi moleſtiſſimum clauſit editione [1] Commentariorum, quos Budæus anno 1529 finitos Regi Franciſco dedicaverat, opus maximæ eruditionis et utilitatis iis omnibus, qui exactiorem linguæ Græcæ notitiam aſſequi deſiderant.

"[2] Poſt trium menſium moleſtias (circa initium, uti conjecturam facio, anni 1549.) " impetravit " diploma, quo Regis erga ſe animum adverſariis " teſtaretur, cui quinquies emendato tandem ſigil- " lum apponitur. Cum de illo aliquid Theologi " audiſſent, in eum inquirunt rogatis plùs 80 teſti- " bus, novi neſcio quid in ſpecimen habituri, ſi " diplomate omnia præterita abolerentur. Tunc " duxit proferendum Diploma, quo Rex vetabat " ullas ſuo Typographo moleſtias ob Biblia, anno- " tationes, indices, Pſalterium, et Novum Teſta- " mentum ab illo impreſſa exhiberi. Theologis " obmuteſcentibus opus interruptum repetit, edi- " tionem ſcilicet Novi Teſtamenti Græcam ma-

[1] Horum editionem ad Budæi *αὐτόγραφον* recognitam fuiſſe monet Henr. Stephanus in annot. Xenoph. P. 27. v. 33. [2] Reſp. ad Theol. p. 34. 35.

jore

" jore formâ, quam anno ſequente perfectam emiſit. Interea dum tam nobile opus præparatur, Hebraïcas (quarum abbreviationem anno 1546. præmiſerat) Pagnini inſtitutiones excudit [1] ex utrâq; R. D. Kimhi Grammatíces parte collectas, numeris marginalibus codici Venetiis per Bombergum anno 1544 edito reſpondentibus, [2] eruditione Ioh. Leiartii, qui in imprimendis Hebraïcis ei operam navabat, ab innumeris mendis repurgatas; ac indicem Propriorum Nominum (quæ in Theſauro fruſtra quæri potuiſſent) in Bibliis occurentium, Hebraïci Alphabeti ordine, cum Latinis ex veteri interprete nominibus, quorum interpretatio ex libello Hebraïcorum Nominum & ad finem Latinorum Bibliorum & ſeparatim minore formâ Latini Alphabeti ordine (anno 1537) excuſo facilè petatur. Præterea ne, dum Linguis eruditis et emortuis inſervit, vernaculæ & viventis obliviſci videretur, Dictionarium Latino-Gallicum imprimit, in quo [3] priori editioni acceſſerunt voces infinitæ; & ut defunctum laude debitâ non fraudaret, voces excerptas è Budæi ſcriptis, quorum eum participaverant Filii paternæ erga ſtudioſos benevolentiæ hæredes, literâ B à reliquis diſcriminavit, adjecto ad calcem de Venatione ex poſteriore libro Philologiæ Budæi tractatu. Spatio bimeſtri inter-

[1] Præf. ad Hebr. Inſtit. [2] Præf. ad Hebr. & Chald. [3] Præf.

jecto,

jecto, denuo excudit Novum Teſtamentum ¹ characteribus Græcis minutioribus, quos, quia ad libros magnos in anguſtum ſpatium contrahendos deſiderabantur, Rex Franciſcus exculpi voluerat prioribus elegantiâ pares, quibus utendi initium ſumpſerat ab editione Novi Teſtamenti, anno 1546. quam juxta Complutenſem, codicéſq; ex Bibliothecâ Regiâ vetuſtiſſimos recenſuerat. ² "Principio Decembris hujus
" anni cum Conrado Pellicano fuit Robertus Ste-
" phanus, qui videns, quæ hactenus Pellicanus
" tranſtulerat è commentariis Rabbinorum in Sa-
" cros libros, rogavit obnixè, ut in reliquis omni-
" bus pergeret, ídq; non ad ſenſum tantùm, ſed
" ad Literam quoq; pro Hebraïſmis diſcendis.
" Statim igitur cæteros quoq; interpretes, qui par-
" tim Prophetas, partim omnes libros Biblicos in-
" terpretati ſunt, in Latinam Linguam tranſlatos
" Genevam illi tranſmiſit, ut inſigniora ex illis
" excerpens in lucem emitteret. Ex quibus Pellicani verbis mihi liquet Stephanum hôc tempore Tigurum petiiſſe, & indè Lutetiam revertentem Genevam inviſiſſe: forſan ut inter peregrinandum virorum doctorum colloquio frueretur; quaéq; ad ſuos labores adjumento forent, undiq; contraheret; aut fortè (ſi in re obſcurâ conjectare liceat) in animo habens patriâ aliquando cedere, luſtrare voluit, quem locum ſuo receſſui magìs idoneum deligeret. Certè non fit mihi veriſimile, ut Stepha-

¹ Præf. ad N. T. 1549. ² Ind. Anim. Arnold. Boot.

nus ſemper labori intentus, ab inutili (de quo [1] queritur) ſumptu alienus, ſeſe oblectandi tantùm & à ſtudiis feriandi gratiâ iter longinquum ſuſceperit.

Anno 1550°. 17. Cal. Jul. Prodiit Novum Teſtamentum majoribus Regiis Typis excuſum; & ut liber ille, quo noſtræ ſalutis inſtrumenta continentur, pro ſuâ dignitate ornatus in omnium conſpectum veniret, [2] variantes (quas anguſta alterius forma capere non potuit) lectiones, Hebræorum etiam in apicibus minutiſſimis diligentiam æmulatus, ex 16 codicibus (quorum unus eſt Complutenſis, alterum ex Italiâ, reliquos ex Regiâ Bibliothecâ habuit) collectas interiori margini cum Euſebii Canonibus et Græcorum capitibus inſeruit; exteriori, capita Latinorum & Veteris Teſtamenti locos. Id autem cavit prudentiſſimè, ut variantes ex Lectiones ità diſponerentur, ne malè feriatis hominibus & Atheis anſam darent Textum in dubium revocandi. Quod utinam omnes poſtea æquè caviſſent, nec in vanam & perniciosam eruditionis oſtentationem per variantes Lectiones textum obſcurare, imò & nonnunquam verſiculos, quibus fundamenta innituntur Chriſtiana, convellere conarentur. [3] Novum hoc Teſtamentum abſolutum attulit ad Caſtellanum, " qui tanquam ſuperbo ob-

[1] Reſp. R. Steph. p. 42. [2] p. 35. 36 [3] Præf. ad. N. T. 1550.

jurgat,

" jurgat, quòd Theologis non oſtendiſſet examinandum. Defendit ſe, quòd in eâ Linguâ parum noſſent, hic liber eſſe non poſſet hæreſeos ſuſpectus, quódq; ex illis quidam conſuluiſſent, ut textum 1. *Corinth.* 15. 51. mutaret; Caſtellanus ait variam eſſe lectionem. Reſpondet Stephanus ſe non adduci poſſe, ut contra codicum omnium fidem quicquam mutet. Iratus Caſtellanus eum protinus expoſuit in prædam Theologis, Gallandio mandans, ut eis dicat ſe à Roberto Stephano hactenus deceptum nolle ampliùs eum tueri; videant ipſi, quid de Novi Teſtamenti editione agendum ſit. [t] Gallandius Stephano non inimicus eum hortatur, ut Theologos adeat. Monitis paruit, nec potuit eos legitimè ſuo more congregatos ante menſem alloqui. Tandem in conclavi apud Mathurinos Novum Teſtamentum obtulit Goveano & Ruffo inimiciſſimis & imperitiſſimis Præſidentibus. Vetus exemplar poſtulantibus reſpondit eſſe quindecim, nunc in Regiam Bibliothecam relata. Eo bis ſecedere juſſo & toties revocato, opus deniq; refertur duobus ex ipſis Græcè doctis. Poſt exactum menſem referunt ad congregationem in capellâ Sorbonici Collegii congregatam. Clericus Facultatis Decanus cenſet Novum Teſtamentum nullo modo probandum; quod injuſſu Faculta-

[t] Reſp. R. Steph. ad Theol. p. 36. 37, 38, 39, 40.

" tis impreſſiſſet. Idem inculcat Guiancurtius. De-
" canus tandem hanc tulit ſententiam. Domini
" non ſunt in eâ opinione, ut vendatur Novum
" Teſtamentum propter varias Lectiones, quas
" docti Græcè homines judicabant eſſe annotati-
" ones extra textum additas. Inſtat Stephanus, ut
" Scriptum aliquod de ſententiâ dent, quod Regi
" oſtendat: cúmq; id negarent, indicat ſe Regi
" relaturum. Poſtridie in Aulam profectus Regi
" Novum Teſtamentum offert coram Cardinalibus
" & Principibus. [a] Caſtellanus mitior factus, cum
" Stephanus illi recitâſſet quinque articulos, in
" quorum reprehenſione ſe pluſquàm inſulſos pro-
" diderant, narrat Regi, quid Facultas decreverat.
" Obortus tum riſus: una hæc vox omnium, impu-
" dentiam, inſcitiam, temeritatem, ineptias deniq;
" horum non eſſe tolerabiles. Stephanus ex Aulâ
" reverſus Novum Teſtamentum venale expoſuit:
" ſed ex Theologorum manibus ereptus, ne con-
" temptu eos exaſperaret, recepit ſe illis commu-
" nicaturum, quicquid poſthac eſſet impreſſurus.

[a] De Petro Caſtellano H.Stephanus (Apologie. cap. 26) refert; quòd poſtquam ſub Franciſci Regis patrocinio à Sorbonæ odio nil timens Evangelii veritatem profeſſus eſſet, Henrico Rege poſtea ſuccedente, opinione (quæ tum Aulæ minimè accepta erat) mutatâ, Aureliam (cujus nuper Epiſcopatum obtinuerat) venerit; ubi dum pro ſuggeſtu Religionem, cui antehac faverat, fortiter oppugnaret, dyſenteriâ correptus obierit. De eo ſic Scævola Sammarthanus in Elogiis. *Aureliæ (cujus Pontificatum Matiſconenſi abdicato ſuſceperat) inter concionandum repentino ſanguinis ictu percuſſus animam de grege ſuo bene meritam Deo reddidit.*

Editis

Editis Bibliis jam ſæpius Vulgatis, Teſtamento vetere bis Hebraïco, Novóq; ter Græco; proximum erat, ut ad Sanctos Eccleſiæ Patres ſe converteret. Unum igitur ex antiquiſſimis Juſtinum Philoſophum & Martyrem ([1] quem antea promiſerat) Typis Regiis edidit in lucem anno 1551. Jiſdem excuſam Xiphilini Epitomen Græcam addidit Dioni, (quem antea publicum fecerat) eíq; (quantum adhuc ſciam) Regium ſymbolum ultimùm, Latinaéq; Blanci verſioni ſuum tantùm abſq; Typographi Regii titulo præfixit. [2] Cum cogitaret Veterem Novi Teſtamenti editionem excudere "adjectis, quales decem abhinc annos ediderat, "annotationibus, amici aliquot Chriſtiani eas "partim juſto breviores, partim hujuſmodi, in "quibus major Evangelicæ Doctrinæ puritas deſi-"derari poſſit, queſti eum à conſilio abduxerunt. Alias itaq;, quæ perfecti commentarii vice fun-"gantur, in annum proximum præparat; nunc "verò, ut lector, dum illas expectat, in ipſo con-"textu excutiendo ſe exerceat, Græcum edit Novum Teſtamentum tranſlationibus hinc Veteris Interpretis, illinc Eraſmi cinctum, ad calcem præterea Harmoniâ Evangelicâ & Indice adjectis; diviſiſq; in verſiculos capitibus: frons autem libri, olivâ Roberti Stephani tantùm inſignita, urbis in-

[1] Præf. N. T. 1550. [2] Præf. N. T. 1551.

dicatione deſtituitur. Terentium Italico Charactere excudit 4°. cal. Oct. Regii Typographi nomine appoſito. Hôc etiam anno Lutetiæ emiſit Sententias Veterum Poetarum; ſed quo menſe hæ, et Xiphilini Epitome, Novúmq; Teſtamentum prodierint, incertum eſt. Sub finem anni, Maturinus [1] Corderius ſuum de corrupti ſermonis emendatione libellum mutato aliquantulùm titulo & eliminatis, ne iis pueri imbuerentur, omnibus vitioſi ſermonis orationibus, ſub nomine commentarii de quotidiano ſermone, quartò edendum permiſit Stephano, cujus diligentiâ atq; induſtriâ non minùs emendatè quàm nitidè jam pridem puerorum manibus terebatur; quíq; prid. Cal.Dec. poſtremùm (ut opinor) huic libro, ad finem, Typographi Regii titulum, & Pariſiorum nomen affixit. Hujus anni labor ultimus fuit, [2] Decembris decimo quinto, editio Catechiſmi in Græcorum Sermonem verſi, ſuo quidem ſed nullo urbis nomine ſubjecto, nullâ Calvini, qui Catechiſmum compoſuerat, neq; Henrici filii, qui [3] verterat, mentione factâ; niſi quòd in [4] Græcâ epiſtolâ præfixâ lectorem jubeat ei, qui [5] compoſuit, & ſibi, qui excudit, gratias agere. Ex ſupradictis certum habeo Robertum Stephanum uſq; ad ann. 1551. Prid. Cal. Dec. fuiſſe Regium Typographum, & Pariſiis [6] rationes ſuas conſtitutas habuiſſe. "Ille,

[1] Præf. Corder. [2] παιδιῶνος. [3] Epiſt. Catech. ann. 1565. [4] Epiſt. Catech. 1551. [5] συντάξαντι. [6] Præf. ad Gloſs. 1553.

cum

“ [1] cum ſe à Theologis nihilò ſecuriorem videret,
“ qui odio in eum implacabili ardebant, in locum
“ tutiorem ſe recepit. [2] In mentem quidem venit,
“ quantum invidiæ paſſim apud bonos viros ipſius
“ è Galliâ diſceſſus ſuſtineret ; ſecum reputavit à
“ pleriſq; damnatum iri, quòd ſolum vertiſſet
“ cum publici boni jacturâ, erga Regem parum
“ gratus ; de [3] cujus præſidio cur diffideret, cauſa
“ non fuit ; ſed quia ei erat certamen cum tam
“ virulentis belluis, nil cenſuit eſſe melius, quàm
“ obſtinatæ malitiæ cedere. Graves in Aulâ ſe-
“ quendâ faciendi erant ſumptus, deſerenda re
“ literariæ cura ; neq; hoc licebat effugere, quin
“ poſtea Theologorum iſtorum cenſuræ ſubjaceret,
“ quicquid imprimeret. Et quid imprimi paſſi
“ fuiſſent ? niſi fortè ſumpſiſſet in manus Summu-
“ las Mandreſton, Logicam Enzinas, Angeſti mo-
“ ralia, Phyſicam Majoris, Breviarium & Miſſale.
Adducam [4] Thuani Teſtimonium. “ Migrante ad
“ Deum Rege Franciſco, Roberto Stephano bene
“ merito de patriâ civi tot editis Hebraïcis, Græcis
“ et Latinis libris indigna gratia repenſa eſt à
“ Theologorum noſtrorum Collegio ; qui homi-
“ nem rei-publicæ invigilantem, & quaſlibet æquas
“ conditiones accipere ſe paratum demonſtrantem
“ non deſierunt laceſſere, donec ille vexationum
“ injuſtarum pertæſus, ex neceſſitate conſilium ce-
“ pit, & relictâ patriâ Genevam ad extremum ſe

[1] Reſp. R. Steph. p. 41. [2] p. 3. [3] p. 41. 42. [4] p. 605. 606.

" contulit; ubi tantâ prudentiâ publicam ſimul & " privatam rem curavit, ut, quamvis tot adverſi" tatibus conflictatus & incommoditatibus, quæ " ſolum vertentibus neceſſariò perferendæ ſunt, " tamen in opere aſſiduus ad ultimum vitæ ſpiritum " laudabile rei literariæ adjuvandæ propoſitum " conſtanter tenuerit. Scævola Sammarthanus in [1] elogiis ſcribit exilium Stephani fuiſſe voluntarium. Ex his non ſatis cauſæ eſt, cur credam [2] ejus effigiem, quòd virum comprehendere nequirent, manu carnificis comburi à Theologis juſſam; cui hiſtoriæ ut fides ſit, adducitur [3] Benedicti Paſſavantii Epiſtola; cujus verba tum propter ridiculam corrupti Sermonis ex Gallicismis mixti ſyntaxin ad riſum movendum, tum quòd ad multa, quæ ſuprà memorata ſunt, ſpectent, ſubſcribere placuit.

---- Et vos neſcitis, ego vidi illum maledictum " hæreticum Robertum Stephanum, qui nobis eſt " tam bene elapſus. Per diem (ſicut dicit David) " vos bene dicebatis, cavete bene, ipſe evadet vo" bis; & defunctus † Iohannes Andreas, qui ſpe" rabat maritare filias ſuas de bonis ipſius, ut erat " zelotiſſimus fidei Catholicæ, bene etiam clama" bat ſemper, quòd fugeret. Sed oculi noſtri te" nebantur, & alii vaſtaverunt totum, qui facie" bant de nimium ſapientibus, et quia non ſum

[1] P. 132. [2] Almeloov. p. 46. [3] Anno 1568. p. 41. † De quo priùs anno 1540.

" eum

" eum allocutus, quia faciebam conſcientiam, ego
" rogavi de uno, quomodo faceret hìc. Et ipſe
" mihi dixit, quòd nunquam fuerit magìs lætus,
" et quòd faceret mirabilia de imprimendo : itá
" quòd nunquam fuit unus, qui dederit tot pœnas
" matri noſtræ Univerſitati, quam iſte dabit. Et
" quomodo? dixi, ipſe fuit combuſtus in figurâ:
" Ità, ità dixit, ſed ridet ſe de magiſtris noſtris
" in propriâ perſonâ, & dicit mille jocularia de
" Magiſtro noſtro de Goveâ, quem ipſe vocat Si-
" napivorum : &. de Magiſtro noſtro Picardo,
" quem vocat Picam garrulam, quia neſcit, quid
" dicit, & frangit ſibi etiam caput de garrire : &
" de illuminatiſſimo Magiſtro noſtro Maillardo :
" & narrat, quomodo, quando ſemel mater noſtra
" Facultas fuit coram Franciſco Rege, Cardinales
" ridebant ſe de eis, & dicebant, videte, videte,
" quomodo Magiſtri noſtri ſunt mucoſi et lutoſi :
" profectò hæc eſt una mirabilis approbatio, quòd
" Sorbona non poteſt errare. Et quòd tunc unus
" Curialis volens facere ridere alios quæſivit dicens,
" cur nunquam oportet dicere Tu Magiſtris no-
" ſtris, ſed ſemper Vos, etiam ſi non ſit niſi unus?
" Propter honorem, dixit alius, juxta illud, a-
" mant ab hominibus vocari Rabbi, per humili-
" tatem Sorbonicam. Non non, dixit alius, ego
" bene ſcio unam aliam rationem Tropologicam :
" quia ſicut unus homo eſt factus ex corpore & ani-
" mâ, ſic unus Magiſter noſter, quin etiam unus

" minimus

" minimus ſocius de Sorbonâ, eſt factus ex homine
" & aſino: & ità ad minimum, etiam ſi non ſit
" niſi unus, ſupponit pro duobus, id eſt, pro ho-
" mine & aſino; & ità oportet illi dicere Vos.
" Ergo, dixi ego, Robertus Stephanus non eſt
" combuſtus nec mortuus. Non, dixit ille, niſi
" dicendum ſit, quòd Spiritus reveniant in hunc
" mundum.

Vix dubito, quin jocoſæ hujus Epiſtolæ Author fuerit Beza; qui in libro de Iconibus mentionem facit ſtraminei ſimulachri.

Hæc Epiſtola fingitur ſcripta ad PetrumLyſetum [1] antea curiæ Pariſienſis Præſidentem, tunc Abbatem S. Victoris prope muros.

Alia etiam cauſa impulit Stephanum, ut diſcederet. Ut enim rem altiùs repetam, Papiſticos errores, juvenis cum eſſet, nunquam approbavit, quod Sorbonicis Theologis olim ſuboluiſſe ad annum 1522. notavi. Eoſdem magis in dies impugnaviſſe ex [2] cenſuris Theologorum in ipſius Biblia manifeſtum eſt. Hactenus tamen eam religionem profeſſus erat; ſicut & multi alii, qui eam erroneam eſſe non ignorabant; et timidi, ne ipſis veritas odium pareret, " [3] ſatis habuerunt Papiſtarum mi-

[1] De quo lege ann. 1547. [2] Reſp. R. Steph. p. 225. 229, 230. 233, 236, 238, 240, 242, 243, 244. [3] Præf. ad Pſalm. Bucer. 1554.

" ſeriam

" ſeriam irridere ; eccleſias verò, in quibus Evan-
" gelii doctrina prædicatur, pro nihilo duxerunt.
" Stephanus, ([1] qui jam diu antea veræ Religionis
" amore tenebatur, nec ea, quæ cupiebat, poterat
" edere, ſive quòd liberè agendi non eſſet poteſtas,
" ſive quòd non ſatis adhuc in veritatis cognitione
" profecerit) nunc, quis eſſet, noluit ulteriùs diſſi-
" mulare, aut [2] cum hujusmodi acerrimis Ieſu
" Salvatoris hoſtibus ſibi quicquam negotii ac
" commercii eſſe. [3] Errori pro ſuâ virili parte
" eundum obviàm arbitratus, ſtatuit omnem ope-
" ram, ſtudium, ac diligentiam poſthac in edendis
" piis libris conſumere : [4] quales ſciebat à Theo-
" logis Pariſienſibus ac Lovanienſibus damnatum
" iri. Noverat hujusmodi Doctores pro Chriſti
" purâ doctrinâ libenter accepturos doctrinam athei
" F. Rableſii ejúſq; libros impié et inſulſè Gar-
" gantuæ ac Pantagruelis nomine inſcriptos ; nul-
" lam enim operam dederunt, ut liber ille male-
" dici ac blaſphemi conviciatoris cum authore
" cremaretur. Eam præclaram eſſe cernebat Reli-
" gionem venerabilium Theologorum & conven-
" tualium Monachorum, quorum alteri immanem
" luporum voracitatem, alteri canum rabiem ità
" imitantur, ut etiam eorum immanitatem ſupe-
" rent. Ex ipſis jam Stephani ſcriptis ipſius pro-
poſitum et opinionem aperui ; ut nemini dubium

[1] Præf. ad Gall. N. T. 1552. [2] Præf. ad Gloſſ. 1553. [3] Præf. ad Pſalt. Buc. 1554. [4] Præf. ad Gloſſ. 1553.

ſit,

ſit, quin viro id conſilii capienti & ità ſentienti aut Pariſiis fuerit migrandum, aut igne pereundum. Mihi unus ſcrupulus reſtat, quem quî eximam, neſcio. Quatuor libri occurrerunt, quorum [1] unus Lutetiæ apud Robertum Stephanum 1556. 12. Cal. Feb. [2] alter Lutetiæ partim apud Gulielmum Morelium in Græcis Typographum Regium & Robertum Stephanum cum Symbolo Regio, [3] partim Lutetiæ apud Robertum Stephanum & Gulielmum Morelium, 1556. excuſus eſt. [4] Tertius & [5] quartus Lutetiæ ex officinâ Roberti Stephani 1556. & 1557. prodierant. Qui forſan Roberto Roberti filio aſcribendi ſunt, antequam eſſet Typographus Regius. Quod ad tertium & quartum attinet, nil obſtat, quin ex Stephani, licèt diſceſſerit, officinâ liber à quodam alio Typographo excuſus fuerit. Sed in re incertâ nolo quicquam affirmare, donec aliquid certius, quo conjectura nitatur, invenero. Deniq; Stephanum non ante annum 1551. Prid. Cal. Dec. Pariſiis abiiſſe, ex Corderii libro ante citato; nec diu poſt initium anni 1552. ibi habitâſſe ex Epiſtolâ Pſalmis à Bucero enarratis præfixâ certum eſt. In eâ enim Epiſtolâ Genevæ 3. Non. Maij 1554. datâ teſtatur ipſe ſe tribus ab eo tempore annis (incluſo ſcilicet currente) in eam Eccleſiam commi-

[1] Deſpauterius. [2] Anacreon. Græc. [3] Latin. [4] Ptochotrophe Carnut. [5] Moſchi, Bionis & Theocriti Idyllia aliquot ob Henrico Stephano Latina facta.

grâſſe. Ex Epiſtolâ Paſſavantii (p. 41.) probatur Rob. Stephanum Genevæ vixiſſe anno 1553. Nam Epiſtola mentionem facit Calvini ibidem commorantis unà cum R. Stephano, addítq; Calvinum tum annos 43. natum fuiſſe. Oportet igitur eum annum fuiſſe 1553. nam (Icon. Bez.) mortuus eſt anno 1564. ætatis 54.

Robertum Stephanum vidimus in patriâ florentem, Regum favore & patrocinio munitum; honore, quo artes ali ſolent, omnéſq; accenduntur ad ſtudia, decoratum; invidiâ & odiis inimicorum ſemper vexatum, ſemper ſuperiorem. Nunc tandem, ne iniquis calumniis ſuccumbere cogatur, exul, affinibus & amicis deſtitutus, calamitatum nube involvi; diéſq; qui ei fælix hactenus & benignus affulſerat, in noctem vergere videtur. Sed viri fortis & literati, cui omne ſolum patria eſt, qui Evangelii cauſâ ſolo natali valedixit, Chriſtíq; opprobrio Principum favores poſthabuit, exilium non ipſum ſed patriam infœlicem reddit. Ille non minori gloriâ, quàm ortus eſt, occidit; exulem exules comitantur literæ; non æquum putat, ut has, quas præmiis affectas amplexus eſt, orbas & contumeliis affectas deſerat; eas, quaſi quoddam depoſitum in ſuam recepit fidem; receptas, quantacumq; infortunia ipſum occupent, ſervare decrevit.

Anno

Anno 1552. ineunte, [1] *ad eos montes* (i. e. Genevam inter montes ſitam) *ſe recepit, intrà quos plus humanitatis, ſimplicitatis ac pietatis, quàm inter Theologos Pariſienſes reperit; et homines offendit, qui Evangelii formam ei antea ignotam nec tam inſigniter expreſſam ante oculos conſtituerunt. Putabat equidem in cognitione Chriſti eos progreſſus ſe feciſſe, ac jam habere, ut iſtos poſſe docere arbitraretur. Sed ei primùm dediſcenda fuit falſa praváq; doctrina, in quâ à falſis & impiis magiſtris educatus fuerat, ut addiſceret prima Chriſtianæ Religionis Rudimenta; in quâ quid fides, quid Sacramenta, quid Baptiſmus & Sacra Cœna eſſent, ignorabat;* & ne fidem ſuam citiùs et leviùs, quàm par erat, obſtrinxiſſe videretur, opinionémq; ex odio magis ſuorum inimicorum quàm veritatis ſtudio mutâſſe: *contulit Scripturas, ut cognoſceret, an cum iis doctrina, quam audiebat, conſentiret. Secum igitur cogitans, quo ſtudii genere Deo gratias ageret, exiſtimavit ſe nihil melius nec officio ſuo convenientius facturum eſſe, quàm ſi inchoaret hanc novam Gloſſam ordinariam,* quam octodecim retro annis molitus, inimicis ſuis obnitentibus, conficere nondum potuerat. [2] *Jam enim ſtatuerat reliquum ætatis ſuæ tempus in libris ad Religionem (*quam *Noſtram* vocat, eò quòd eam profiteretur, ſcil.) reformatam *pertinentibus imprimendis conſumere.* Statim igitur Pſalterium, Proverbia,

[1] Præf. ad Gloſſ. 1555. [2] Præf. ad Pſal. Bucer. 1554.

ecclefiaſten,

Eccleſiaſten, Canticum (quæ anno 1528. juxta Vulgatam ediderat), Sapientiam, Eccleſiaſticum, Novum Teſtamentum Gallicè cum Latinâ verſione emiſit; [1] monuítq; (quod obſervent opus eſt, qui Archetypis Sacrorum Codicum Linguis in alias vertendis animum appellant) ut hæ illarum, non illæ harum idiomati accommodentur. At verò [2] ut piis ſatisfactionem daret, quòd ſiniſtrè de ejus migratione judicaverint; omnem ſuarum cum Theologis Pariſienſibus altercationum rationem expoſuit, ſuámq; ad eorum cenſuras [3] ex ipſorum Archivis ſeniorum collegii operâ reſeratas reſponſionem, 23° Junii, publicam fecit. Ex quo Genevam receſſit, libris, quos excudit, ſuum Symbolum affixit cum hâc ſubſcriptione, Olivâ Roberti Stephani, Genevæ nomine non niſi [4] rariùs adjecto: Et ex eo tempore vix aut paucos alios quàm ad Sacram Scripturam, Papiſticorum errorum refutationem, Buceri, ([5] qui anno 1551. Prid. Cal. Mart. ætatis 61°. Cantabrigiæ deceſſit) Vireti, Bezæ, Calvini tractatus, operâ [6] Conradi Badii aliquando uſus, excudit; quorum enumerationem ad Catalogum remittere ſatius putavi. Ille Conradus Badius antea 1548. Roberto StephanoRegio Typographo & ſibi excuderat Lutetiæ Theodori Bezæ Veze-

[1] Præf. ad. N. T. Gall. [2] Reſp. ad Theol. p. 4. [3] p. 42. [4] Calvin Inſtic. 1559. Epiſt. ante Pſalt. Bucer. 1554. [5] Bezæ Icon. [6] Bibl. Lat. 1555.

lii Poemata; & forſan unà cum Roberto ejus opinionem ac fortunam ſecutus, Genevam migravit. Ille Poematum eorum fronti Preli Aſcenſiani inſigne præfixit; quúmq; eſſet Jodoci Badii (quicum Robertus per matrimonium affinitatem inierat) filius, ſui affinis Roberti fuit & Lutetiæ & Genevæ in re Typographicâ ſocius.

P. Richardus Simon [a] laudat Biblia Gallicà à Roberto Stephano impreſſa anno 1553°. qui annus [b] *Judiciorum ſeverorum exemplis utrinq; non caruit; nam multi in Galliâ ob relligionem, Michael Servetus Tarraconenſis Genevæ ob Hæreſin ſupplicio affectus eſt. Is profeſſione medicus, quum impuras manus ad Theologiæ Sacra attuliſſet, erroneas de Sacro-Sanctâ Trinitate & ad Dei contumeliam pertinentes opiniones invexerat, librísq; editis defenderat.* Adeo difficile aut impoſſibile eſt in arduis Relligionis Chriſtianæ myſteriis, ubi quis à recepto Catholicæ Eccleſiæ ſenſu recedat, non graviter errare. [a] *Servetus comprehenſus, quum Sen-*

[a] Critique du Vieux Teſt. p. 385. La plus ancienne Edition que j'ay veüe de cette reviſion de Calvin eſt de 1553. imprimée par Robert Eſtienne. les noms propres Hebreux y ſont encore plus adoucis. que dans l' Edition d' Olivetan. On s'eſt conformé en cela à la Vulgate, de laquelle il s'eſloigne beaucoup moins que ceux qui ont retouché apres lui cette meſme traduction. Comme il eſtoit homme d'un grand jugement, & qu'il s'eſtoit appliqué depuis long-temps a l'eſtude de l'Ecriture, il y a quelquefois mieux reüſſi que ceux qui ont ſceu la langue Hebraïque. Il a eu cependant plus d'égard au ſens qu'aux mots, & il a corrigé quelquefois ſans aucune neceſſité la verſion d' Olivetan.

[b] Thuan. p. 324.

tentiam mutare nollet, re priùs ex Io. Calvini conſilio cum Bernatibus, Tigurinis, Baſileenſibus, & Schafuſianis miniſtris communicatâ, tandem ad mortem damnatus eſt. Ejus doctrinam poſtea Calvinus, quòd ei ex illius nece invidia conflaretur, propoſuit, & publicato libro confutavit, quo in Hæreticos etiam gladio à Magiſtratu animadvertendum eſſe contendit. Libellum etiam Theodorus Beza ſtrenuus Calvinianæ opinionis defenſor de Hæreticis à civili Magiſtratu puniendis ſcripſit. Duos illos Tractatus anno 1554. prælo mandavit Robertus Stephanus; qui [1] *ad Francfordiam quendam Thomam famulum ſuum dicitur miſiſſe, ut libros Serveti illic ad nundinas prolatos combureret, ne diſtraherentur.* Hujus quidem zelum laudare malo, quàm illorum ſævitiam. Neq; tamen velim id ſiniſtrè accipi, quaſi Hæreticis aut Hæreſibus faveam. A me abſit mens hujuſmodi; Cohibeantur, quotquot à ſanâ Chriſti doctrinâ vel tranſverſum unguem diſcedunt; iis interdicatur publica ſuorum dogmatum profeſſio; iis ſilentii, non vitæ mulcta imponatur. Sententia in Servetum lata Grotio non ſatis probata eſt, cujus hæc ſunt verba: [2] *Servetus, quicquid tandem ſenſerit, de quo mihi non ſatìs patet, turbator certè Genevenſis Rei-publicæ non fuit. Nam neq; cœtus collegit, neq; Genevæ morari voluit, ſed conſulere Calvinum. Cujus de diſcipulis omnia, ubicunq;*

[1] Dialog. contra libellum Calvini &c. 1612. [2] Hug. Grot. Animadv. in Animadv. And. Riveti. & Rivet. exam. Animadv. ann. 1642. pag. 77.

invaluere, imperia turbantibus idem dici non poteſt. ſi ulla eſt pars Theologiæ, in quâ facile eſt aut errare aut accuſari, eſt illa de Trinitate. De Juſtificatione quæ ego quidem vidi Serveti, planè conſentiunt cum ſententiâ Eccleſiæ Romanæ. His reſpondit Andreas Rivetus, qui notat *Grotium, ubicunq; in Serveti mentionem incidit, non poſſe ſibi temperare à bile in Calvinum & ejus diſcipulos.* An Serveto Calvinus iniquior, aut Grotius æquior fuerit, penès Theologos ac Juris-conſultos eſto arbitrium. Ex iis autem, quæ ad Serveti defenſionem Grotius attulit, & refellere tentavit Rivetus, apparet id, in quo cauſa vertitur, non fuiſſe, an Servetus Hæreſeos reus fuerit, (id enim negâſſe minimè videtur Grotius) ſed an *Rempublicam turbaverit, & cœtus collegerit.* Neuter putat cuiquam liberam diſſentiendi à Relligione per Leges ſtabilitâ denegandam eſſe poteſtatem; At verò ſi quis *cœtus ſeditioſos colligendo Rem-publicam turbare incœperit*, æquum eſt eum, quod leges jubent, pati; non quà Hæreticum aut Schiſmaticum, ſed quà Rei-publicæ conturbatorem. Eadem autem Apoſtolici mandati interpretatio Calvino & Bezæ videtur placuiſſe, quæ Papicolis (juréne an injuriâ nullus affirmo) attribuitur; ſcilicet[1] *Hæreticum devita* idem eſſe *ac tolle Hæreticum de vitâ*: Illi enim de Hæretico *puniendo* ſcripſerunt, hi de *comburendo* edictum tulerunt. Ovum ovo non ſimilius. Noſtrates quidem Schiſma-

[1] Henr. Steph. Apologiæ. cap. 29.

tici,

tici, quantumvis aliàs obſtinatè operam dent, ut à Papiſtis longè recedant, mirè tamen cum eis in eo conſentiunt, quòd, quoties penès ipſos gladii jus fuerit, nunquam eis, qui aliter ac ipſi ſentiunt, ne ullo ſummæ dignitatis habito reſpectu, pepercerint. Sanguinarium tamen illud hominum genus nihil in ore frequentius habet, quàm *Moderationem*, nil minus in pectore. Nil magìs reformidant quàm arbitrariam Romanorum Pontificum Regúmve Poteſtatem, ut ſuam liberiùs exerceant. Eccleſia Anglicana implacabile amborum odium ſatìs experta, quum non minus ab illis quàm ab his ſibi imminere periculum ſentiret, ſapientiſſimè cavit, ut *auream verámq;* diligens *mediocritatem* & æquè ab utriſq; diſcedens in Scyllam non incideret, dum vitaret Charybdim.

Anno 1554°. [1] Beza à Roberto Stephano nuper, quum unà eſſent, & de Græci Sermonis pronuntiatione ſermo incidiſſet, ſollicitatus, ut ſententiam de hâc totâ re ſuam paucis ſcriptam aperiret, ad ipſum Cal. Octob. Lauſannæ datam Epiſtolam miſit, quâ quid ſentiret explicuit. Ea ſcholia Bezæ cum ſuo Græco Alphabeto Robertus excudit.

Robertus Stephanus, ne uti Patriæ ità et Latinis Græcíſq; literis nuntium remiſiſſe putaretur, Hoto-

[1] Lege Bezæ Epiſtol. præfix. Alphabeto.

manni in Ciceronis orationes commentarios hôc anno & anno 1555. Lodoici Enoci Genevenſis Præceptoris de pueriliGræcarum literarum doctrinâ librum edidit. 7°. Cal. Febr. perſolvit, quas annos jam octodecim debuerat,Latinas Bibliorum concordantias, [1] ex ipſis Bibliis multorum ſcribarum manu per annuum ſpatium deſcriptas; ſed et fide liberatâ, alterius promiſiſſe fecit reum,[1] ſpondens ſe Græcas, in quibus eandem diligentiam adhibuerat, propediem in Novum Teſtamentum exhibiturum: quod, cum mors, ne impleret, obſtiterit,filius Henricus præſtitit. In Latinarum Concordantiarum fronte, Typographos obſecrat, *ut ſibi ad aliquot annos privilegium ultro irrogent, & meſſi alienæ parcant;* [3] *non quòd ab iis, quorum ingenium literæ poliiſſent, Typographis,ſed ab illis, qui omnino illiterati eſſent, ſibi timeret.*

Anno 1556°. editis Prophetis quinque minoribus cum Thargum & aliorum commentariis, ſe Hebraicorum ſtudiorum curam non abjeciſſe teſtatus eſt. Hôc [4] anno 1556. ex celeberrimâ Lauſannenſi Academiâ Maturinus Corderius ad Robertum Stephanum amicorum integerrimum Epiſtolam dedit; eâ ſcilicet rogavit; *ut in Heroicis licèt operibus occupatiſſimus Diſtichorum moralium ſub Catonis nomine interpretationem,ante annos viginti & ampliùs ab ipſo Roberto*

[1] Præf. ad Concord Lat. [2] Præf. H. S. inGeneſin. [3] Præf. H. Steph. ad Concord. N. T. [4] Lege Epiſtol. præfix. Diſtich. Moral. 1561.

impreſſam,

impreſſam, nunc à pluribus, quibus ſæpius ab imperitis Typographis edita fœdabatur, mendis repurgatam, pro vetere (quæ inter eos, ex quo juvenis Lutetiæ docebat, accrevit) amicitiâ, rurſus excuderet. Verùm an excuderit, incertus ſum; certè cum Corderii Epiſtolâ præfixâ prodiit anno 1561. Olivâ Roberti Stephani; ſed procul dubio (nam Robertus 1559. deceſſit è vivis) Henrico filio edente; eóq; magìs id inducor credere, quòd Henricus eam in ſuorum librorum indicem, non Patris (utì in omnibus, quos ſuis inſeruit, ſolitus eſt) nomine adjecto, repoſuerit.

Robertus anno jam 54. ætatis ſuæ, quâ pleroſq; vires deficiunt, & obrepens ſenectus ingenii aciem ſæpius hebetat, ea molitur, quorum difficultatibus perrumpendis virilis paucorum ætas ſufficeret; ipſius enim labores occaſum, ſtudia ſenium neſciunt. Latinam Bibliorum verſionem ſæpius ediderat; [1] cúmq; multi nullum eorum vertendorum finem fieri quererentur, ac è re Eccleſiæ eſſe exiſtimarent, certam aliquam, cui non nimium moroſi homines acquieſcant, ex tanto numero deligere; iis ferè omnibus copiis, quæ neceſſariæ videbantur, comparatis, novam ſuſcepit editionem, quæ anno 1557. Cal. Mart. prodiit; in quâ paginæ pars interior continet tralationem veterem, exterior No-

[1] Præf. ad Bibl. 1557.

vam Sanctis Pagnini emendatam, recognitámq; ex ipſius annotationibus, Vatablíq;, qui non raró ab ejus interpretatione (nunquam ſinè optimâ ratione) diſcedebat, prælectionibus, quas Bertinus (poſtea in illius locum doctrinæ ergô ſuffectus) ex ejus ore fideliter exceperat, quæ primas tenent in notis cuique paginæ ſubjectis, ubi variæ interpretum lectiones cum Hebraiſmorum explicatione habentur. Exhibetur in Novo Teſtamento Bezæ verſio cum ejuſdem Scholiis; Apocrypha ex Complutenſi editione (quòd emendatior nulla extaret) tranſtulit, & notis illuſtravit Claudius Baduellus. His adjumentis ſe opus illud Biblicum concinnâſſe fatetur Stephanus; qui gloriam alieno labore partam nunquam in ſe tranſmovere ſtuduit.

In puerorum uſum duo dictionariola, alterum Latino-Gallicum, alterum Gallico-Latinum excudit; Quóq; linguæ vernaculæ conſuleret, & [1] exterarum nationum hominibus, qui ejus perdiſcendæ deſiderio tenentur, inſerviret, Grammaticam Gallicam ſermone Gallico edidit anno 1558. & in Latinum vertendam curavit; magìs id adeo, quòd Maigreti Grammatica ob Orthographiæ mutationem, & Jacobi Sylvii (quam anno 1537. excuderat) ob admixta multa Picardiæ, quâ ortus erat, vocabula minùs placerent. [2] Hebraïcæ ſtudioſis

[1] Præf. ad Gramm. Gal. 1558. [2] Præf. ad lector.

Phraſes

Phraſes Hebraïcas ſerie literarum explicuit, eâdem ferè ratione, quam in Latinæ Linguæ Theſauro tenuerat, quantum Hebraïcæ Linguæ conſuetudo tulit, obſervatâ. Eraſmi, cujus Apophthegmata anno 1547. vulgaverat, Adagia publicavit, [1] opus quod à primis initiis Lutetiæ, anno 1500. 15. Jun. à Johanne Philippo Germano, dein à Jodoco Badio, mox Argentorati à Matthiâ Schurerio excuſum, cum ad voluminis magnitudinem increviſſet, Venetiis apud Aldum Manutium anno 1508. poſtea, Eraſmo inſcio, Baſileæ apud Johannem Frobenium plùs ſepties, nunquam ſinè acceſſionibus, prodierat. Paratum in omnes partes animum verſat, ut nullam Rei-publicæ literariæ provinciam curâ vacare permitteret.

[2] Anno 1559°. Henricus 2. Rex Galliarum in equeſtri ludicro cum Mongomerio concurrens, apertâ fortè caſſide, in oculo vulnus accepit; ictóq; cerebro & abſceſſu indè contracto 7° Non. Quintil. deceſſit, cum annos 40. menſes 3. dies 11. vixiſſet, 12 annos, menſes tres regnâſſet.

Robertus Stephanus vitæ prodigus nullis laboribus parcebat, in Sacrorum librorum editionem ardentiùs in dies incumbens; ut qui alios omnes in ſuſci-

[1] Præf. Eraſm. [2] Thuan. p. 581. 582.

piendis & ad exitum adducendis illis laboribus vicerat, ad extremum ſemetipſum (quod pulcherrimum victoriæ genus eſt) in iiſdem ſuperaret. [1] *Catholicam igitur in Vetus & Novum Teſtamentum expoſitionem aggredi atq; adeo prelo committere, à Teſtamento Novo auſpicatus, cæpit. Sed ut hanc ejus editionem perducere ad umbilicum poſſet, aut prelum magìs feſtinare, aut mortem magìs tardare neceſſe fuiſſet. Parturiebat olim in univerſa Biblia commentarios; à quo propoſito cum multæ difficultates eum remoratæ eſſent, ubi diu non minùs patienter quàm avidè peritum aliquem hujus operis artificem expectaviſſet, tandem in Auguſtinum Marloratum incidit, cui ſuâ mente apertâ perſuaſit, ut rem tentaret; ac, ne opus differretur, eum ingenti librorum, quos ad id præparaverat, copiâ inſtructum operi manum admovere, cum de inſtitutâ ejus conficiendi ratione priùs inter eos conveniſſet, hortatus eſt.* Dum res tentata bellè & ex animi ſententiâ ſuccedebat, interea Calvini Inſtitutiones 17. Cal. Sept. denuo edidit; & Gloſſas cum ejuſdem commentariis in tria Evangelia (quæ, adjecto Johanne, anno 1560. prodierunt) ad medium perduxerat, cum mors interveniens, ne abſolveret, vetuit.

Siſte, Lector, & antequam Viri Magni oculos claudamus, audi, quale aliud opus ab eo inchoatum mors nobis inviderit. [2] *Jam ante multos annos meditatus fuerat, & promiſerat Theſaurum Græcum ſuo*

[1] Præf. H. Steph. ad Geneſin cum Cath. Expos. [2] Epiſtol. H. Steph. ad quoſd.

Latino

Latino ſimilem, qui totus velut à fundamentis erat conſtruendus. Quoties aliqua nova Lexici editio aucti & locupletati prodibat, dicere ſolitus eſt, Nunquámne aliqua Lexici editio emendati etiam & correcti ſive repurgati prodibit? Ac profectò ab hâc repurgatione initium ſumere olim ei in animo fuit, & tanquam veteres ædes inſtaurare ac reſarcire, dum novas ædificandi facultas eſſet: ſed poſtquam ibi Augiæ ſtabulum eſſe, poſtquam omnia ruinam minari comperit, ſui illum incæpti puduit pariter ac pœnituit. Paratâ autem jam bonâ materiæ, quæ ad novum ædificium requirebatur, parte, reliquum opus Henrico Filio moriturus commendavit. Is erat Roberti animus, ii labores, ea operum molimina, [1] *cum* LVI *annum vitæ agens* VII. *Id.* VIIbr. *fatis conceſſit, foris gloriâ dives, & domi liberis, qui Genevæ manerent, relictâ opulentâ ſupellectile. Hanc enim legem ingratæ patriæ pertæſus, non tam ejus odio, quàm juſtæ, ut putabat, ultionis ratione in Teſtamento dixit. Itaq; Robertus filius, qui eandem Artem Lutetiæ ſummâ cum laude pro facultatibus exercuit, ab hæreditate paternâ excluſus eſt; quam Henricus tanto patre digniſſimus filius crevit.* Alium inter [2] plures, quos habebat, filium reliquit, nomine [3] Franciſcum; & filiam [4] Katharinam, tam literatam, *ut eorum, quæ Latinè dicuntur, interpretem non deſideraret. Multa verò & ipſa eodem loqui ſermone poterat, & quidem ità (licèt nonnunquam*

[1] Thuan. p. 605. 606. [2] Almeloov. p. 49. [3] p. 30. [4] Epiſt. H. Steph. ad Gell.

im-

impingeret) ut ab omnibus intelligeretur. Artem autem Grammaticam haud magiſtrum habuit, nec alius illi hâc in re quàm uſus præivit. Eodem enim modo Latinam Linguam didicit, quo inter Gallos Gallica, inter Italos Italica, inter alios alia diſci ſolet; ea ſuperſtes erat anno 1585.cumGellium HenricusStephanus ederet. [1] Idem dies anno 1556.eripuit Sebaſtianum Gryphium, qui anno 1559. Robertum Stephanum Pariſienſem, Typographum Regium, [2] *ſecundum Aldum Manutium Romanum, qui Venetiis, & Joannem Frobenium, qui Baſileæ eandem operam ſummâ laude exercuerunt, clariſſimum; quos ille longo ſpatio ſupergreſſus eſt, acri judicio, diligentiâ accuratâ, & artis ipſius elegantiâ; cui ob id non ſolum Gallia ſed univerſus Chriſtianus Orbis plus debet, quàm cuiquam fortiſſimorum belli ducum ob propagatos fines patria unquam debuit: majúſq; ex ejus unius induſtriâ, quàm ex tot præclarè bello & pace geſtis ad Franciſcum decus & nunquam interitura gloria redundavit.* [1] Illius maxima laus & gloria fuit, quòd non ſuâ ſemper adeo ſtaret opinione, aſt aliorum virorum etiam doctiſſimorum plurimùm tribueret ſententiis, quos & ſæpius probabat & ſequebatur. [3] *Quod ſi non minor eſſe debet inter Muſarum cultores Typographica, quàm inter armorum amatores militaris gloria, & ſi ex operibus ad publica pertinentibus commoda æſtimari utramq; par eſt; non majora Alexander in patriam ſuam armis ſuis, quàm*

[1] Almeloov. p. 49.96. [2] Thuan. [3] Præf. H. Steph. ad Lex. Cicer.

Stephanus

Stephanus in ſuam prelis ſuis beneficia contulit. Ille enim civitatum Aſiæ gazas, hic totius Latii totiúſq; Græciæ vel potiùs (ſi barbaras gentes excipias) totius orbis theſauros in patriam reportavit. Ille Theſauros ſuos aut totos ſibi habebat, aut, ſi partem aliquam, certè minimam amicis largiebatur: Hic cum omnibus literarum bonarum ſtudioſis tam benignè ſuas illas opes communicavit, ut, quum Theſauris Latii tota propemodum ejus domus plena eſſet, in eâ ne minima quidem portio remanſerit. [1] *Heuretico præditus erat ingenio, et magna ejus cogitationum pars non aliò intenta ferebatur, quàm ad excogitandum quidpiam, quod Sacro-Sancti voluminis lectoribus utilitatem afferret; quanquam nulla ars fuit aut diſciplina, de quâ non bene meritus fuerit.* [2] *Eam tamen librorum ſacrorum et profanorum diſcrepantiam habuit, ut pecuniam in hos quidem profunderet, in illos verò prodigeret.* Non ſolùm libros, quos ſtudioſi legerent, edidit; ſed eum in edendis ordinem obſervâſſe mihi videtur, ut indè quandam ſtudiorum rationem elicere Tyrones poſſint. Mirum eſt, [3] *magnis & propemodum Herculeis laboribus ferendis parvum ejus corpuſculum par fuiſſe, animíq; magnitudini reſpondere potuiſſe.* In illius ſcriptis nihil mihi occurrit, quod vel minimè Romanos errores ſapiat; cui nunquam ex corde adhæſit, & tandem palam renuncians Lutetiam Genevâ, Papam Calvino commutavit.

[1] Præf. H. Steph. ad Concord. N. T. [2] Præf. H. Steph. ad Gen. Cath. exp. [3] Ibid [4] Quale quidem ingenium ubiq; ferè laude dignum eſt, niſi ubi res agitur de ſacris fidei Chriſtianæ dogmatibus; in quibus εὑρετικοὶ plerumq; fuere αἱρετικοί.

Ex

Ex Iconibus Theodori Bezæ viſum eſt hæc de R. Stephano excerpere.

SI Divinum meritò cenſetur illud Characterum inventum, quorum ope abſentes compellamus, mortui etiam ipſi loquuntur, vis illa deniq; temporis omnia conſumentis infringitur : cui potiùs quàm eidem Opt. Max. Deo compendium illud ſcribendi penè incredibile acceptum feremus, quod Typographicen appellant ? Sicut igitur vituperatione maximâ digni ſunt, qui tanto Dei munere vel ad bona depravanda vel ad ea publicanda, quæ potiùs nunquam extitiſſe oportuit, abutuntur : ità ſummam laudem merentur, qui ſuam operam in arte tam laudabili támq; neceſſariâ ſtrenuè ſimul & ſincerè conferunt. Ejuſmodi ſanè fuit Venetiis Patrum memoriâ diligens ſimul & eruditus ille Aldus Manutius Romanus, adeo quidem ut ſummum in hâc arte gradum aſſecutus videretur. Ejus veſtigia Baſileæ præſertim & Ioannes Frobenius & alii aliquot ſecuti ſunt, quibus res literaria plurimum debet. Sed quanto illi cæteros antecelluerunt, tanto majorem tibi, Roberte Stephane, ſuperiores omnes longè latéq; ſupergreſſo gloriam tribuendam eſſe vel ipſa fremens invidia confitetur. Nam ut alii tecum nonnulli de librorum quorundam excu-

ſorum elegantiâ & venuſtate certent, nemo tamen vel in operoſiſſimis libris tecum in emendationis fide ac diligentiâ fuerit comparandus. Tibi Linguam Hebræam magnopere illuſtratam, tibi Græcorum Characterum ſummam elegantiam: tibi partim in lucem revocatos partim fœliciſſimè reſtitutos, tum Græcos tum Latinos Scriptores plurimos: tibi deniq; infinitâ quâdam induſtriâ & inexhauſtis laboribus ex omnium claſſicorum Authorum penu depromptum Latinæ Linguæ Theſaurum debemus. Sed hæc tua præcipua laus eſt, quòd non inanis gloriæ, non lucri cupidus, officinam tuam Sacris præſertim excudendis Bibliis conſecraſti, quo in opere toties recudendo, emendando, modiſq; omnibus illuſtrando te ipſum quoq; ſuperaſti. Nemo igitur tibi ſuſcepta cum Matæologis certamina, nemo ſtramineum illud ſimulachrum exprobret, in quod illi qui te vivum uſtulare non potuerunt, omnem ſuam rabiem effuderunt: ſed hinc potiùs omnes, quæ tua in illis propugnandis animi magnitudo, quæ in propugnandâ veritate conſtantia fuerit, animadvertant: quum cæteris omnibus rebus conſcientiæ tranquillitate antepoſitâ, ſolum etiam ultro, ingratâ relictâ patriâ, verteris, in priſtino inſtituto juvandæ rei literariæ ac præſertim Eccleſiæ perſeverans, donec annum agens vitæ LVI. anno Domini 1559 ad meliorem vitam die Septembris 7. demigrares, ad cujus tumulum hos verſiculos cecinimus.

Celui,

Celui, qui d'un Sainct œil ſon Egliſe environne,
Eſtienne, t'enrichit de tant d'heurs & d'honneurs,
Que la gloire tu fus de tous les Imprimeurs,
Et de ton noble eſtat la tresbelle couronne.

Outre plus ce grand Dieu de tant de graces t'orne,
Qu'a Paris tu logeas les Muſes Sainctes ſœurs,
De l'Hebrieu, du Latin, & du Grec les douceurs
Au Francois ignorant ta ſaincte adreſſe donne.

Ce nonobſtant la France ingrate te chaſſa.
Ton ame ſur les cieux a la fin ſe hauſſa,
Les Muſes ont pleuré ton importune abſence.

Les biens, qu'aux Imprimeurs en ta vie tu fis,
Les ſcandals, es quels nos Francois ſont confits,
Nous font ſouventefois deſirer ta preſence.

Laudem officinæ Roberti Stephani eleganti carmine Joannes Auratus Regius Poeta complexus eſt, quod extat apud Goldaſtum in Epiſtolis Philologicis.

INter tot, hâc ætate bellè qui typis
  Cudunt minutulis libros,
Primas, Roberte Stephane, tu partes tenes,
  Reclamitante nemine :
Seu quis requirat literæ elegantiam,
  Cæſis in æs è formulis,
In plumbeas abire juſſam teſſeras,
  Vulcaniâ juvante vi :

Seu

Seu linearum nobilem ſymmetriam,
Oculos quòd acres plurimùm
Juvet legentum, haud indecenter omnibus
Suum tenentibus locum.
Verſus ſpatiolis rite diſtinguentibus,
Parvis perinde ut areis,
Quas hinc & indè ſúſq; déq; continent,
Cohibéntq; certi margines:
Seu quis (quod ad rem pertinet vel maximè,
Quam quærimus) ſolertiam,
Ac diligentiam ſagacem poſtulet,
In eluendis omnium
Nævis librorum; nequa labes ſordium
Doctorum operibus inſidens
Obſtaculo ſit imperitioribus,
Doctíſq; bilem conciat.
Inuſitatam O hominis erga literas
(Humaniores quas vocant)
Propenſionem mentis. O animum viri
Nullo ſilendum tempore:
Seu ſit ſuperſtes, ſeu fuiſſe Dij velint:
Solerte qui curâ libros
Excudit, expolítq; tantâ; nec ſinit
Circumſideri erroribus,
Aut occupari; craſſa quos inſcitiæ
Et obſoleta ſpurcitas
Linguæ profudit ante-lapſis ſæculis,
Tum cum nitor ſub pedibus &
Sermonis apparatus eſſet (proh nefas!)
Simul omnis eruditio,
Expulſa terris quæ per hominum inertiam
Humana corda fugerat;
Gentes ut execrata quondam ferreas,
Poſt aurea atq; argentea.

Peracta

Peracta ſæcla, dicitur noviſſima
  Liquiſſe præpeti pede
Aſtræa terras, quam Pudor & Integritas
  Recti boniſq; præſides
Sunt inſecutæ, non reverſuræ, niſi
  Criminibus indictâ fugâ.
Sic effugârat, quicquid in terris erat
  Tunc literaturæ bonæ,
Ætas parentum ruſtica atq; inelegans,
  Cum dira labes hæc ſtatim
Veterum occupavit expolitas ſchedulas,
  Unde niſi ab ignorantiâ
Profecta? cæterùm lues hæc deniq;
  Vires eundo ſic malas
Collegit, ut ſincera nulla pagina
  Ad nos dein pervenerit.
Cunctis dolendum quod foret nunc poſteris,
  Queis haud inoffenſè datur
Nec ſinè labore plurimo ire per libros,
  Ætas reliquit quos purior
Mutilos, adeſos, ſaucios, interlitos,
  Et ulceroſos undiq;
Mendíſq; totidem pene, quot vocabulis,
  Turpem ſcatentes in modum:
Quæ non parum vel doctioribus
  Nunc exhibent negotii;
Illas quotidie acriter pugnantibus
  Loco movere non ſuo.
At o tuarum poſſit hâc in parte quis
  Laudum invenire terminum?
Cui tanta ſe monimenta debent, atq; tot,
  Quæ priſca gens mortalium
Licèt edidiſſet, nunc forent ut inedita,
  Ni per laborem plurimum

Redinte-

Redintegrâſſes tu reſuſcitans ea,
Propè dixerim, intermortua,
Roberte, literariæ rei ſalus,
Non ut columnis pluribus
Inniterentur tecta, prætereuntium
Quod vertat in ſe lumina :
Non ut renidens tibi lacunar in domo
Fulgore verberet ſolum
Imaginoſum. Non enim tu arti tuæ
Statuis avarè & ſordidè
Pretium : leves quod ſacculos exhauriat
Scholaſticorum pauperum,
Tuam frequentant qui tabernam plurimi
Plenam bonarum mercium :
Emptos ut illinc quàm licèt parvo libros,
Quibus opus ipſis, auferant :
Libros, heri qui diligentiam ſui
In corrigendis lapſibus
Vel ore ab ipſo, ceu parentes liberi,
Teſtentur, ac ſubindicent.
Quod dum aſſequaris, ſumptibus non interim
Parcis profuſioribus,
Plus publicæ rei quàm domeſticæ gerens
Curæ atq; ſollicitudinis.
Nec me latet, quis ſit ſtatus domi tuæ,
Si Junius Rabirius
De te loquendo verba non mihi dedit.
Quod cur faceret, aut quomodo?
Cum vir ſit (ut ſcis hoſpes ejus) & bonus
Et elegantis ingenî :
In quóque nigri nulla mica ſit ſalis,
Multum ſed albi & candidi.
Is ipſe verbis talibus (ſi ſum memor)
Eſt uſus, ad me dum redit :

Dato libello ſub tuum prælum ſuo
  Grato tenellis mentibus:
Quibus ſolidior convenit nondum cibus.
  Aurate mî, medullitus
Quem diligo, quem plus ocellis his amo,
  Qui lucis uſum dant mihi:
Non tu potes videre conjectaréq;
  Quo nunc ab orbe ſum redux?
Cum conſpiceris me renidenti ore ſic
  Magnum fateri gaudium.
Næ tu parum vides, opinor ſordium
  Quàm plena tibi ſunt lumina.
Sed quid moror nunc eloqui, quid ità ſiem
  Alto perfuſus gaudio?
Adverte, dicam. Pes refert me nunc meus
  (Equi mens ſi ſiet mei)
Illinc, ubi lux ire purior mihi
  Videtur ac ſerenior.
(Lux literarum, dico, non diuturna lux)
  Quàm gentium uſquam. Cæterùm
Hâc gratiâ illuc iveram, libellus ut
  Committeretur publico:
Pueritiæ quem ſcriptitavi in gratiam
  Volentis informarie
Solennibus Linguæ Latinæ initiis
  Et inſtitutis primulis.
Ut ergo talis conſcius voti mihi
  Et appetitûs veni eò,
Miratus urbem, doctiores & viros,
  Mox me Roberti contuli,
Eum alloquendi cupidus, ad domum, neque
  Factà eſt rogante me mora,
Quin duceret me, mitteréq; intrò ſtatim
  Impigra ſervorum manus

Illuc:

Illuc: ubi illum reperi voluminum
Inter patentium greges,
Totum imminentem literis, erratáq;
Delere & interpungere
Non deſinentem, ſtante retro Pallade
(Tydidæ ut inter prælia)
Monitrice, cujus cuncta de ſententiâ
(Ducenda ſeu foret nota
Tranſverſa, ſeu lacuna libris indecens
Inferciendâ replendáq;,
Seu ſubmovendum quidpiam verſo ſtylo,
Sive quid agendum deniq;)
Agebat ille. Qui ſimul vidit procul
Ad ſe ferentem me gradum,
Salvere juſſum me morâ nullâ rogat,
Quis? unde? quâq; gratiâ?
Hîc ipſe, oborto obmutuiſſem cum metu,
Ad ſtantium quem fecerat
Conſpectus eruditione inſignium,
Amœniore ſcilicet,
Valde virorum, qui ſimul conſueverant
Socios laboris ſedulò
Præſtare ſeſe, cúmq; eo pervolvere
Mox imprimendos codices:
Blandè manu me prendit, ac in angulum
Seduxit, ut vacuum metu
Id, quod volebam, non puderet me loqui.
Ad me redivi tunc ego:
Votúmq; in ejus auribus cœpi meum
Audaciùs deponere:
Quod expetebam, ille annuit demptâ morâ,
Cumulúmq; gratiæ addidit,
Quòd me volentem poſuit & mox in ſuis:
Non ante ſanè creditum;

Sperare nec enim venerat in animum mihi,
  Fortaſſe non digno, boni
Tantum: verendos ponerer ut inter viros
  Authoritate laudéque;
Inſignis hoc & plura liberalitas
  Tamen mihi dedit viri:
Nam cenſuit me, de ſuo qui viverem,
  Dignum, ſuiſque in ædibus
Qui commorarer. Quale diverſorium,
  O Jupiter! quàm ſplendidum,
Quantúmq; amœnum! Sed potiſſimùm, quibus
  Cordi bonæ ſunt literæ.
Quid aliud illic inter uncta fercula,
  Spumas agentes & ſcyphos?
Quid? cum remotis pulſa jam menſis fames,
  Sedavit & potus ſitim?
Quid ad caminum luculentúmque foculum,
  Siquando hyems inhorruit?
Quid inter opus ubi collocatur maxima
  Illic diei pars citi?
Quid tandem (ut unâ cuncta ſummâ colligam)
  Lares beatos perſonat
Indeſinenter, continenter, jugiter,
  Et uſquequaque & undique,
Intaminata quàm Latini puritas
  Sermonis, & canus decor?
Nempe uxor, ancillæ, clientes, liberi,
  (Non ſegnis examen domûs)
Quo Plautus ore, quo Terentius, ſolent
  Quotidianè colloqui.
Hæc inter animo quo fuiſſe me putas?
  Quo? niſi ſolet quo ruſticus
Ingreſſus olim divitis fores domûs,
  Et invidenda limina,

Ut

Ut imminentia vertici ſtupet ſuo
Laquearium cælamina :
Ut inſolenti quas opes calcat pede,
Poſitóſque circum parietes
Pictos tapetas mente perculſâ videt,
Perſtrictus auri fulgure
Novis ferendis impares ſpectaculis
Oculos genáſq; debiles.
Hæc elocutus Junius Rabirius
Seſe recepit ad ſuos,
Mirationis me relinquens ebrium
Et invidentem jam ſibi.

Datum Lemovicibus 4. Non. Maij.
Anno 1538.

Ejuſdem ad eundem Diſtichon.

FOrſitan hæc quæras à te quid pagina quærat :
Quærit, reſcribas ni ſibi, nempe nihil.

[1] Proſopopœia in Rob. Stephanum Bibliopolam ſui temporis facilè Principem, Genevæ.

Authore Franciſco Beraldo Nicolai filio Ling. Græcæ ibidem tum Profeſſore.

Civis & Hoſpes.

C. PUblica cur toties iſthæc monumenta pererras,
Manibus atque ſacram cur teris, Hoſpes, humum ?
H. Scire aveo, Stephani jaceant ubinam oſſa Roberti :
Hunc mihi deſignat nulla columna locum.
C. Quid refert reſciſſe, viro ni fortè quietem
Vis optare, ſalus cui data perpetua eſt ?
Oderit is votum hoc, Patriâ quem ſponte relictâ
Huc veræ adduxit relligionis amor.
H. Nec me hæc cauſa movet, nec inania murmura novi,
Non incantatis ſpargere corpus aquis.
Sed mihi neſcio quæ pertentant gaudia pectus
Cernenti veterum clara ſepulchra virûm.
C. Quem claros inter memoras & laudibus effers,
Ergo aliunde tibi notus, amice, fuit.
H. An foret ignotus, cujus tot ſcripta per orbem
Verſantur doctâ nocte diéq; manu ?
C. Dic igitur, ſi nunc titulus reſplendeat auro,
Marmorea addiderit ſi quoque ſigna Paros :
Hæc ſterili fico mox diſcutienda vel ævo,
Majus ei poſſent conciliare decus ?
Nunc verò tot habet monumenta illuſtria, quot ſunt,
Tum ſua tum veterum quæ monumenta dedit.

[1] Paul. Colom. in Gall. Orient.

Roberti

[1] Roberti Stephani Epitaphiu

SI poſſet calamis, ſi chartæ ſenſus ineſſe,
 Síque Typographicis ſenſus ineſſe typis:
Atramentum ullis eſſet ſi ſenſibus auctum;
 Jam pridem in lachrymas hæc liquefacta forent.
In lachrymas liquefacta forent, ſuperata dolore
 Concepto ex chari funeribus Stephani.
Sed bene quòd ſalvi nobis calamíq; typíq;
 Officio fungi nunc meliore queunt:
Ut Stephano, per quem tantum ſunt nomen adepti,
 Reddant, tollentes nomen ad aſtra, vicem.

Aliud.

ARS inventa quidem, verùm imperfecta manebat,
 Et rudis, ut multæ ars artis egeret adhuc.
Roberti ſed in arte rudi ſolertia fecit,
 Lambendo fœtus quod facit urſa ſuos.
Sic decus huic tulit ars, ſed & hic decus attulit arti:
 Jámq; uter utri plus debeat, ambiguum eſt.

Aliud.

QUò labor aſſiduus penetret comes additus arti,
 Roberti ante omnes árſq; labórq; docent.
Nec mirum, artifices quòd tot ſuperaverit unus,
 Quot tulit hæc ætas, & quot avita tulit:
Namq; labori alios dare brachia victa videmus:
 At labor huic contrà brachia victa dedit.

[1] Ex Henrici Stephani Epitaphiis.

Aliud.

HUjus in æternum monimenta operoſa loquuntur
Sparſa per auricomi ſolis utrumque latus ;
Egregiæ quantum Naturæ Ars addita poſſit,
Et cumNaturâ junctus & Arte labor.

Aliud.

QUI fuerat Pylios caneſcere dignus in annos,
Illius viridis fata ſenecta ſubit.
Deſerit imperfecta illum vita, ille viciſſim
Imperfecta artis deſerit acta ſuæ.
Ne, qui alios primis vitæ ſuperavit in annis,
Fiat in extremis victor & ipſe ſui.

Aliud.

ERgo Typographicæ princeps celeberrimus artis
Occidit, & periit nobilis artis honos.
Occidit heu ! luſtris bis ſex nondum ille peractis,
Cumæos dignus qui geminare dies.
Occidit ? imò equidem vivit, vivétque per orbem,
Dum fuerit Muſis ullus in orbe locus.
Quíque rogo eripuit libros medióq; ſepulchro,
Per libros buſtis ille ſuperſtes erit.

Aliud.

DOnec in Hebraicis perarata oracula chartis
Sunt manſura (viris maxima cura piis),
Donec erunt Græci ſcriptores atque Latini,
Præco tuæ laudis maximus orbis erit.

Aliud.

Aliud.

REgius emerui (me noſce) Typographus eſſe,
Franciſco & dignos Rege tenere typos.
Munificam Regis dextram, cor Regis amicum,
Tutricem emerui Regis habere manum.
Regia quinetiam, pluſquam quoque Regia nobis
(Teſte vel invidiâ) mens animúſque fuit.
Sic Regis ſpe magna etiam majora reliquit
Ars mea, verùm animo cuncta minora meo.

Aliud.

VIvere contentus potuiſſem rure paterno,
Carpere & in patriis otia grata bonis.
Sed mihi Muſarum juveni placuere labores,
Vani autem juvenum diſplicuere joci:
Dulcia ſpreviſſet quúmq; otia noſtra juventus,
Hæc eadem ſprevit noſtra ſenecta magís.
At tu poſteritas noſtro gratare labori,
Per quem pinguia ſunt otia parta tibi.

Henricus Stephanus Lectori.

CUI ſuſpecta mei mea ſunt præconia patris,
Præconéſque alios illius eſſe cupit:
Saltem oculos adhibens teſtes ad facta parentis
Non mihi, non alii, credat at ille ſibi.

Eis

Εἰς Ῥώβερτον Στέφανον.

ΤΑ'ς ποτ' Ἰουδαίης τε καὶ Ἑλλάδος Αὐσονίης τε,
 (Φεῦ, φεῦ) τὰς Μούσας δεῖν' ἀπλανουμένας,
Ἀλκηστὴν μέσσῃ Στέφανος ξεινίσσατο δῖος
 Ὁ Στέφανος, πάντων Χαλκογράφων στέφανος.
Εἰσόκε μισοκάλων ἐθελοντὴς πλήθεσιν ἀνδρῶν
 Εἴξας, πολυετῆ οἷς πολέμησε χρόνον,
Ὤιχετο πατρίδα τὴν φεύγων, ἀχάριστον ἔουσαν,
 Γαίας τ' ἀλλοδαπῆς γαίῃ ἄμειψεν ἑήν
Κἀκεῖ γαλλοβατῆ κύρσας δόμον ἐννέα δείμας,
 Εἰς μακάρων τελέως ὄλβιος ἦκε δόμους·
Αὐτὰρ ἀποπταμέναι πῶμα ξείνοιο λαβοῦσαι,
 Πλύνασαι τ' ἰδίοις δάκρυσιν Ἀονίδες
Ἐννέα τ' ἀμφὶ νέκυν ξένον ἤματα κωκύσασαι,
 Τῇ δεκάτῃ χλοερῷ θάψαν ἐνὶ πεδίῳ
Ὡς ἀμάραντον ἀεὶ καὶ πάντα ἐς ἤματα ζῶντα
 Χαλκογράφων θάλλειν τὸν Στέφανον στέφανον

[2] Ῥωβέρτου Στεφάνου ἐπιτάφιον.

Ῥωβέρτου δίζῃ Στεφάνου τάφον, ὦ παροδῖτα;
 Ἴσθι δ' ὃν δίζῃ, ἀλλαχοῦ ἐστι τάφος.
Ἀλλαχοῦ ἐστι τάφος καὶ πολλαχοῦ, ὦ παροδῖτα·
 Ὁππαχοῦ αἱ Μοῦσαι ναιετάουσι δόμους.

Ἄλλο.

ΤΟν μόχθοις ἀδάμαστον, ἐτῶν ἀδάμαστον ἀνάγκῃ
 Κὴρ ἡ πανδαμάτωρ νῦν ἐδάμασσεν ἐμέ.
Ἀλλ' ἀδάμαστα μένει καὶ ἀγήρατα, ὅσσ' ἐμόγησα,
 Χάρματα τοῖς ἀγαθοῖς, ἄλγεα τοῖς φθονεροῖς.

[1] Bezæ Poem. [2] Ex Henrici Stephani Epitaphiis.

Ἄλλο

Ἄλλο.

Πάντ᾽ ἐγὼ ἔν τε πόνοις ἐπέρων βίον ἔν τε μερίμναις,
Πρὸς Μούσας ἄπονον προξενέων ἀτραπόν.
Νῦν δ᾽ εὗρον κατάπαυμα πόνων, κατάπαυμα μεριμνῶν,
Εὗρον ὅτ᾽ ἀδρανέος καὶ κατάπαυμα βίου.
Ἀλλὰ πόνων τέκνοις χαμνῶν ταμιεῖα λέλοιπα,
Ὥρα πονᾶσθ᾽ ἔπι νῦν ἀντ᾽ ἐμοῦ οἱ ἀπ᾽ ἐμοῦ.

Ἄλλο.

Τυτθὸς ἐγὼ τό γε σῶμα, μεγάψυχος δέ νυ ἔτυχον
Καὶ μεγαλουργὸς ἀνὴρ, οὐ μεγαληγόρος ἦν.
Σώματος ἡμετέρου καὶ ψυχῆς μάρτυρες ἔστων,
Τοῦ δὲ μὲν, οἱ ἀπ᾽ ἐμοῦ· τῆς δὲ, καὶ οἱ μετ᾽ ἐμέ.

Ἄλλο.

Ὦ Στέφανος Στεφάνου στεφάνῳ Στέφανον στεφάνωσεν,
Εἴη καὶ Στεφάνους νῦν Στέφανον στεφανοῦν.

His Epitaphiis adjicere viſum eſt, quæ Paulus Colomeſius in ſuâ Galliâ Orientali attulit, de Roberto Stephano variorum teſtimonia.

La Croix du Maine, dans ſa Biblioth. *Robert Eſtienne Pariſien, eſtoit fort docte és langues Heb. Gr. & Latine, & outre cela en la Francoiſe, en laquelle il a composé un Traité de Grammaire imprimé par luy-meſme, & depuis par un de ſes fils nommé* [1] *Francois, l'an* 1569.

[1] Fortè erratum eſt *Francois* pro *Robert*: nam eum ipſum librum à Roberto eo ipſo anno excuſum habeo.

Du

Du Verdier dans la Preface de ſa Biblioth. 1585. *Francois premier voulût que les MSS. de ſa Bibliotheque ſortiſſent en lumiere, donnant cette charge à Rob. Eſtienne le plus diligent de tant d'Imprimeurs, qui ayent jamais eſté, qui outre la beauté des Characteres, dont il ſe ſervoit à l'impreſſion des livres, mit encore peine, qu'avec ſa propre induſtrie & incroyable labeur, ils tinſſent de la meilleure correction, qu'il fût poſſible. Et n'euſt eſté, qu'il abandonna tant honorable enterpriſe, delaiſſant la ville de Paris, pour aller demeurer hors le Royaume, le monde en bref temps euſt joui de la meilleure part des bons Autheurs de cette Librairie, où il euſt acquis gloire immortelle.*

Sammarthanus in elogio Henrici Stephani, *Inter eos, qui de re literariâ bene meriti ſunt, Roberti Stephani Pariſienſis Typographi ſolertiſſimi ſplendiſſimiq; magna cum primis nec ullo ævo peritura laus fuit, vel ex illo ampliſſimo Latinitatis Theſauro, quem omnibus ejus Linguæ ſtudioſis plurimo ſumptu, plurimo ſudore, plurimâ diligentiâ deprompſit.*

Theodorus Beza in Annot. N. T. *De Roberti Stephani & doctrinâ & fide ac etiam longè religioſiſſimâ in ſacris præſertim excudendis diligentiâ neminem pium ambigere arbitror.*

Paulus Colomeſius. qui de Rob. Stephano plura velit, jubet adire Jac. Sylv. Iſagog. in Ling. Gallicam,

Gallicam; Joach. Camerarium in Epiſtolis p. 468. Joh. Friſium in Præf. ad Dictionarium Latino-Germanicum; Mathurin. Corderium, Calvini in literis humanioribus præceptorem, in Colloquiorum Præfatione; Du Puis ſur le Dictionaire de Nicod. & alios.

Joh. Deckher. de Script. Adeſp. p. 58. affert hæc ex Didac. Covarruv. iv. var. reſol. p. 68. *Extant Euſebii de Eccleſ. Hiſt. Libri operâ R. Stephani inſignis apud Gallos Typographi, ſi à Lutheranis quibuſdam hæreſibus Typo cudendis abſtinuiſſet.*

Audiviſti, Lector, Henricum Stephanum Patri Roberto, audi jam Avo ſuo Jodoco Badio ſuæ matri, ſorori, & nepti parentantem.

[1] Ἰοδώκου Βαδίου ἐπιτάφιον.

Κεῖνος ὁ καὶ Μούσαις καὶ Ἄρηϊ πιστὰ πονήσας
Παρισίῳ Βάδιος κεῖται ἐν δαπέδῳ.
Βίβλους μὲν Μούσαισιν, Ἄρηϊ δὲ ἄρσενας υἷας,
Ὄργανα εἰρήνης ὄργανα καὶ πολέμου.
Καὶ τάχα δ' ἔσχε πατὴρ ἴσων παίδων τε βίβλων τε
Εἰ, ὅτε βιβλοτοκεῖν, ἤρξατο παιδοτοκεῖν.

1 Ex Henr. Steph. Epitaphiis.

Jodoci

Jodoci Badii Epitaphium.

HIC, liberorum plurimorum qui parens,
Parens librorum plurimorum qui fuit,
Situs *Jodocus Badius* eſt *Aſcenſius*.
Plures fuerunt liberis tamen libri,
Quòd jam ſeneſcens cœpit illos gignere,
Ætate florens cœpit hos quòd edere.

Ejuſdem Aliud.

HAC tumulatus humo, ſibi qui, jam feſſus ab annis,
Sponte Typographicum congeminavit onus:
Luci dum libros libríſq; ferentia lucem
Scripta ſui fœtus tradidit ingenii.
Quæ digna eſſe ſuâ nobis eſt laude fatendum,
Digna ſuo ut ſæclo nemo negare poteſt.

[1] Ἐπιτάφιον τῆς Μητρός.

Ἐνθάδε πανομφήλην δυσκλεῖς μόρος εἷλε γυναῖκα.
Πῶς τόδε φῇς; καὶ γὰρ πρὶν θανέειν ἔθανεν.

Τῆς αὐτῆς.

Καὶ γλυκερὸν βιότοιο φάος καλέουσιν ἀοιδοὶ,
Καὶ κρυερὴν νεφέλην πᾶς θανάτοιο λέγει.
Ἀλλ᾽ εἰ σὺ Μαιονίδη ταύτης μόρον ἐν φρεσὶ θῆκας,
Οὐκ ἂν ἔγνως πότερον ἢ φάος ἢ νεφέλη.
Καὶ εἰ σοιγε δυοῖν ἑνὸς αἵρεσιν ὤπασε μοῖρα,
Θάτερον οὐκ ἂν ἕλες, ἀλλὰ συναμφότερον.

[1] Ad calcem Poem. Bez.

Τῆς

Τῆς αὐτῆς.

Ταύτην πολλὰ καμὼν θάνατος καὶ πολλὰ μογήσας
Ἤθελεν εἰς βιότου τέρμα γυναῖκα φέρειν.
Καὶ τέλος οἱ κρυφίην νοῦσον καὶ ἄδηλον ἐφῆκεν,
Μήτι ἢ ἰητρῶν ἀντιπάλαιον ἄκος.
Ὡς δ' ἀποτικτόμενον ψυχὴ δέμας οὐκ ἀπέλειπεν,
Δηρὸν ἔμεινε μόρος, καὶ ἐπανῆλθε κενός.
Ἡ δὲ γυνὴ φίλην ψυχὴν προσεφώνεεν ὧδε,
Μὴ τὸ δ' ἐμὴ ψυχὴ σῶμ' ἀέκουσα λίπε.
Ὅσσῳ γὰρ τούτου σὺ κρείσσων σώματός ἐστι,
Τόσσῳ σοί γε δόμον κρείσσονα δώσω ἔχειν.

Τῆς Ἀδελφῆς.

Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείπει·
Τοῦτο παροιμιακὸν τὸν μόρον οὐκ ἔλαθεν.
Μητέρα γὰρ κτείνας πάντας γε μὲν οὐ συνέπεφνε·
(Οὔπω γὰρ ἐκ πάντων αὐτῷ ἐνῶρτο φόβος)
Ἀλλὰ τὸ μητρὶ τέκνον μᾶλλον κεχαρισμένον ἄλλων,
Καὶ τὸ λαχὸν μορφὴν μητέρος ἠδὲ φυήν.
Καὶ γὰρ ὁ ταῦτα νοῶν τέρμεν τῇ μητέρι ζωὴ
Ἧς διὰ θυγατέρος μὴ παλίνορσος ἔῃ.

Τῆς Ἀδελφιδῆς.

Χθὼν στένε· τὴν Βασίλην γὰρ ἀπώλεσας. ἀλλὰ σὺ χαῖρε
Οὐρανέ· καὶ γὰρ ἔχεις, ἣν ἐπόθησας ἀεί.

Poſteriora hæc Epitaphia adjeci, ut, quantum in me eſt, nihil ad Stephaneæ ſtirpis notitiam deſideraretur.

Poſt

Poſt Parentes proxima noſtris, qui Parentum loco habendi ſunt, Præceptoribus debetur reverentia; Henricus itaq; ſuo neq; erga hos neq; erga illos officio in ſe moram eſſe voluit; quúmq; funeri paterno juſta ſolviſſet, nil ſibi putavit priùs faciendum, quàm ut Adriani Turnebi, quo aliquando inſtitutore uſus eſt, tumulum carminibus honoraret.

[1] Ἀδριανοῦ Τουρνέβου ἐπιτάφιον.

Τιμηθεὶς Μούσαις, τιμήσας Τούρνεβε Μούσας,
  Τιμὴν καὶ τέχνης ἦδε τυπογραφικῆς.
Ἀλλὰ τέχνην κατέλυσας, ἀγνῶν προστάγματι πεισθεὶς
  Μουσάων, τιμῆς αἳ φθονέουσι τέῃς.
Ὡς δ' ἔτι καὶ σοφίης φθόνεον σῆς ἄμμιν ἐκεῖναι,
  Καὶ βίοτον σοφίῃ συγκατέλυσας ἄφαρ.

Adriani Turnebi Epitaphium.

Muſarum multis jam functus honoribus ille
  Turnebus, ſacri maxima cura chori.
Ferre Typographicâ voluit quoq; nomen ab arte:
  Nomen ei potiùs ſed dedit atque decus.
Calliope invidit prela hanc geſtare coronam:
  Protinus ergo artem deſinat ille jubet.
Mox eadem toti Turnebum invidit & orbi:
  Sic cum vitâ artem deſiit ille ſuam.

[1] Henr. Steph. Epitaph.

His

His Epitaphiis Epigrammata quædam adjunxit inTurnebi laudem à ſe ante aliquot menſes ſcripta. Eſt autem [1] Scripturæ diverſitas, quam in ejus nomine vides, petita ex libertate ſive licentiâ illâ, quâ in hujuſmodi nominibus uti Poetæ conſueverunt.

[2] Εἰς Ἀδριανὸν Τούρνηβον.

Τουρνῆβε μὲν πρὶν κλέος ἔπλετο οὐρανόμηκες,
 Νῦν δ' αὐτοῦ ψυχὴ οὐρανοῦ ἐνναέτης.
Καὶ γὰρ ἐπιχθονίης σοφίης δεδαημένη ἄκρα,
 Ἦλθε καὶ οὐρανίης ἄκρα δαησομένη.

In Adr. Turnebi Tumulum.

IN manes ingrata tuos hæc ora feruntur,
 Quòd taceant te, à te quæ didicere loqui.
Sed reus hujus agi malo, Chariſſime, laudes
 Ingenii culpâ quàm tenuare tuas.
Ergo alii laudent: Ego tantùm epigrammate teſtor,
 Laudibus haud ullum par epigramma tuis.

In Eundem.

CUR placuit cunctis Turnebus? Cur tot amici
 Illi, vix hoſtes unus & alter erant?
Cur placuit cunctis? tot linguis lingua diſerta
 Tótne illi potuit conciliare viros?
Cur placuit cunctis? an quòd certare videbant
 Judicii dotes dotibus ingenii?
Cur placuit cunctis? cunctas placuítne quòd artes
 Excoluit Graias, excoluit Latias?

[1] Τούρνεβος, Τούρνηβος. Turnĕbus, Turnêbus. Lege Adriani Turnebi tumulum excuſum apud. F. Morel. 1565. Ipſe tamen ſe ſcribebat Τούρνεβον. Lege Epiſtol. præfix. Æſchyl. Sophoc. Syneſ. Philo. [2] Ad calcem Epiſtol. præfix. Herodot. 1566.

Cur placuit cunctis? an quòd totúſq; lepores
Spiraret, totus quòd lepidóſq; ſales.
Cauſæ equidem ſunt hæ: Sed & hæc eſt maxima cauſa,
Hic placuit cunctis, quòd ſibi non placuit.

Roberti Stephani Adrianíq; Turnebi tumulos non placuit dividere, quòd fuerint ὁμόηχχοι & contemporanei. Huic præterea non minùs quàm illi debemus Henricum Stephanum, cujus in utrumq; pietatem & Epitaphia Græcè Latinéq; carmina deſcripſi, ut eum lector ex hoc ſpecimine quaſi æſtimet & prænoſcat; ac præmetiatur, qualem expectet virum, quum ad ejus Vitam pervenerit.

Ea, quæ ſequuntur, Gallicè ſcripta, viſum eſt hìc apponere, utì leguntur in Libro [a] *Mr. de la Caille* Hiſtoire de l'Imprimerie. ann. 1689. [b] *Mr. Chevillier*, l' Origine de l' Imprimerie de Paris. anno 1694. page 142, 259, 257, 375, 298. [c] *Mr. Menage*, Anti-baillet. anno 1690. [d] *Mr. Teiſſier*, les Eloges de Hommes Scavants. ann. 1696. [e] Hiſtoire Critique du Vieux Teſtament par *P. Richard Simon. Lib. 2. cap. 21. & Catalog. des Bibl. Lat.*

[a] Robert Eſtienne fils de Henry, Imprimeur Ordinaire du Roy. Sa reputation eſt ſi celebre parmy les Sçavans, pour avoir eſté un des plus habiles hommes dans les Langues Hebraïque, Grecque

Grecque & Latine, qu'il a merité les Eloges de pluſieurs grands hommes. Geſner luy dedia le cinquiéme Livre de ſes Pandectes, où il dit de luy, qu'il eſt entre les Imprimeurs & Libraires ce qu'eſt le ſoleil entre les eſtoiles. Il fût un des premiers, qui imprima en perfection des Livres en Characteres Hebreux, en quoy il a ſurpaſſé tous ceux, qui ont eſté avant luy; comme on le peut voir par les Bibles Hebraïques 1540. & 1543. Il commença à imprimer vers l'an 1525. Pandect. Juris Civilis. 5. Vol. 8. 1527. Virgil. cum Caſtig. Joan. Pier. Fol. 1529. & 1532. Theſaurus Ling. Lat. Fol. 1536. & 1543. & à Lyon 1573. L'on eſtime cette derniere edition meilleure & plus ample que les autres. Dionyſ. Alex. Gr. 4. 1547. Pluſieurs Bibles en Latin, 1528, 1532, 1534, 1540, 1545, 1546, &c. Des Nouveaux Teſtaments Grecs & Latins 1541, 1543, 1545. & particulierement celuy, où eſt la verſion d' Eraſme en ſeize, deux volumes 1551. que l'on eſtime le meilleur & le plus conſiderable. Concordantiæ Bibl. Fol. 1555. qui ſont fort eſtimées. Pſalm. cum not. Vatab. 8. 1546. & 1556. ce livre eſt fort eſtimé & recherché des ſçavans. Tous ces livres ſont remplis de tres belles notes de ſa compoſition, que l'on trouva en ce temps la n'eſtre pas tout à fait Orthodoxes, ce qui luy attira une cenſure des Docteurs de la Faculté de Paris, en date 11. Dec. 1548. qui fût confirmée par Arreſt du Parlement

de la meſme année, à quoy il ne peut s'empeſcher de rêpondre pour ſe juſtifier. Cependant cela l'obligea de quitter la ville de Paris,& de ſe retirer à Geneve, où il imprima quantité d'ouvrages, & où il mourût le 7. Sept. 1559. agé de 56. ans. Il inſera cette clauſe dans ſon Teſtament, que tous ſes biens demeureroient à Geneve, pour obliger ſes enfans à y demeurer. Auſſi Robert Eſtienne ſon fils, qui eſtoit etably à Paris, fût exclus de cette ſucceſſion.

Un jour le Roy Francois I. venant voir Robert Eſtienne, comme il corrigeoit une preuve, il attendit, qu'il l'eût achevée.

Il avoit eſpouſé la fille de Joſſe Badius, nommée Perrette, de laquelle il eût pluſieurs enfans : Henry & Robert ; Catherine née le 5. de Mars, 1541. marriée au Sr. Jacquelin notaire au Chaſtelet de Paris (dont eſt ſorty Jean Jacquelin, qui a eſté Sur-intendant des Baſtiments du Roy ;) Jean Eſtienne né le 23. de Juin 1543 ; * Marie Eſtienne née le dernier de Janvier 1544 ; Simon Eſtienne le 22. d'Aouſt 1546.

* Ea fortaſſe erat, cujus mortem Græco Epigrammate (Bez. Poem. 1569) Henricus deflevit ; ex quo conſtat illam non diu poſt matrem, cui chariſſima fuit & ſimillima, obiiſſe. Mater quidem tabe diuturnâ morbóq; occulto & inſanabili mortua eſt ante annum 1566. Lege Epitaph. Henr. Steph. ad calcem Poem. Bezæ 1569. & Apologie, chap. 15.

Robert

[b] Robert Eſtienne avoit été inſtruit dans l' art de l' Imprimerie par Simon de Colines ſon beaupere. Il y étoit déja ſi habile à l'age de 18 ans, qu'il conduiſoit luy-ſeul tous les Ouvrages. Thomas Anſelm Libraire d' Haguenau avoit imprimé le Nouv. Teſt. Grec, l' année 1521. où Nicolas Gerbel habile correcteur negligea de corriger quelques fautes touchant les points, les eſprits & les accens, comme trop petites choſes: *Mendas minimi momenti nos in caſtigando non tam ſeveri ac religioſi pio lectori ad emendandum relinquimus.* Robert Eſtienne fût ſi exact, qu'il ne crût pas devoir les negliger dans ſon Euſebe Grec 1544. ou il corrigea juſqu' à un iota ſouſcrit, qui manquoit au mot κόσμῳ. Il imprima en [1] 1549. le Nouv. Teſt. Gr. en 16. Les Libraires appellent ordinairement cette edition O *Mirificam*! a cauſe que Robert Eſtienne voulant faire connoître l' obligation, qu'on avoit au Roy François I. d'avoir fait fabriquer des Poinçons & des Matrices, pour faire de belles impreſſions Grecques en petit caractere, commença la Preface par ces termes, *O Mirificam Regis noſtri optimi & præſtantiſſimi Principis liberalitatem!* Mr. de Colomiés dans ſa Bibliotheque choiſie, page 199.

[1] On remarquera, que Robert Eſtienne a imprimé deux Nouveaux Teſtaments Grecs in 16. avec cette même Preface; l'un en 1546. où il y a quelques fautes en petit nombre, qui ſont corrigées par un Errata qu'on voit à la fin; l' autre en 1549. qui eſt le meilleur & le plus rare. Les Libraires vendent quelquefois l'un pour l' autre à ceux qui ne ſçavent point cette difference.

dit de ce Nouveau Teſtament, *l'edition de Robert Eſtienne eſt recommendable par la beauté de ſon caractere, & pour* [1] *n' avoir pas une ſeule faute.* Je crois, que cet Autheur ne parle que du Texte Grec ; car dans ſi peu qu'il y a de Latin, qui conſiſte dans la Preface d'une page & demie, l' exemplaire de Sorbonne montre une faute : Et, ce qui eſt ſurprenant, dans les paroles mêmes, par où cet habile Imprimeur veut qu'on ſcache qu'il n'y a au Grec de ſon Edition aucune tranſpoſition de lettres, il en fait une en cette maniere : *Ex iis (codicibus) ità hunc noſtrum recenſuimus, ut nullam omnino literam ſecus eſſe pateremur quàm pulres iíq; meliores libri tanquam teſtes comprobarent.* Chacun remarque *pulres* au lieu de *plures.* En l' année 1551. il reimprima le Nouv. Teſt. d'une forme un peu plus grande en deux Volumes, ou il plaça le Grec entre la Vulgate et la Verſion d' Eraſme, & diviſa les Chapitres par Verſets, ainſi qu'il avoit vû pratiqué dans les plus anciens Manuſcrîts Grecs, & Latins, ----- & mit un chiffre à chaque verſet pour une plus grande commodité. --- Ce qu' il pratiqua en ſuite dans l' impreſſion de l' Ancien Teſtament l' année 1557. ----- C'eſt là le plus ancien Nouveau Teſtament, & c'eſt la plus ancienne Bible Latine, où j'ay vû les Verſets diſtinguez par chiffres ; cet exemple fût bien-tot

1 Mihi tamen, fortè inter legendum, occurrerunt nonnulla σφάλματα, qualia ſunt Evang. Joh. c. 17. v. 5. Πρὸς τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, pro πρὸ & 1 Pet. c. 2. v. 5. ἐυπροσδέκτους pro ἐυπρεσδέκτους. Qüódq; magìs mirum eſt, ea σφάλματα (utì & *pulres* pro *plures*) in editione primâ 1546. non comparent.

ſuivy

ſuivy. Les Miniſtres firent imprimer de cette maniere leurs Bibles Françoiſes & leurs Nouveaux Teſtamens en differentes villes, comme à Geneve, à Lyon, à Caën, à Orleans. En 1556 par Philibert Hamelin. En 1560. & 1562. par Antoine Rebul. En 1563. par Barthelemy Molin : & la même année par Jean Creſpin, & par Pierre Philippe. En 1556. par Sebaſtien Honorati. En 1567. par Louïs Rabier, & par pluſieurs autres. Les années ſuivantes Nicolas Barbier, & Thomas Courteau imprimerent auſſi en cette façon l' année 1564. à Baſle la Bible Latine ſelon les traductions de Pagnin & de Vatable : René Benoiſt fit ainſi paroître à Paris ſa Bible Françoiſe in Fol. 1566. Chriſtoph. Plantin à Anvers acheva le Pentateuque de ſa Polyglotte en 1569. & les autres tomes en 1570. 1571, 1572. où ſe voit la diſtinction des verſets par chiffres. A Rome la Bible de Sixte V. 1599. & celle de Clement VIII. 1592. furent données au public en cette même maniere. Et depuis Clement VIII. la Vulgate a été imprimée ordinairement par Verſets Chiffrez ; avec cette difference que dans les Bibles & Nouveaux Teſtamens de Robert Eſtienne, des Miniſtres de Geneve & de Baſle, tous les Verſets commencent la ligne : ce qui ne ſe trouve point obſervé dans celles de Sixte V. & de Clement VIII. ſi on en excepte Job, les Pſeaumes, & les Paraboles de Salomon. Ordinairement les Proteſtans ont ſuivi la methode de Robert Eſti-

enne; & quelques uns parmy les Catholiques, comme Laurent Beyerlinck dans ſa Bible *Variarum Tranſlationum* d' Anvers 1616. Pierre Frizon dans ſa Bible Françoiſe de Paris 1621. Thomas Malvenda Jacobin Eſpagnol dans ſa Bible Latine à deux colonnes, dont l'un contient la Vulgate, l'autre la Verſion ſur l' Hebreu, imprimée à Lyon 1650 : Mais le plus grand nombre a copié en tout la Bible de Clement VIII. En 1652. Antoine Vitré imprima par l'ordre du Clergé de France cette belle Bible in 12. en huit Volumes. C'eſt un des plus excellens ouvrages d' imprimerie, qui ait paru en ce Siecle. ----- Il y garde la Methode de Robert Eſtienne. ----- François Couſtelier l' imita dans ſa Bible imprimée in 8. à Paris, 1664. & enſuite les Libraires de Lyon dans leurs editions de 1679. & 1684. in Folio. 1680 in 4. 1686. in 8. & autres années. On voit, que depuis le temps de Robert Eſtienne l'uſage a eté d'imprimer la Sainte Bible avec des Chiffres Arabes à tous les Verſets. Jacques Fabry d'Eſtaples les avoit deja introduits dans ſon *Pſalterium Quincuplex* imprimé 1509. & 1513. par Henry pere de Robert. Richard du Mans Deſteur de Paris de l' Ordre de S. François donna le livre des Pſeaumes avec le Comment. de P. Lombard imprimé à Paris in Fol. 1541. par Ponçet le Preux. Sans doute Robert Eſtienne avoit vû ces Impreſſions, & il eſt bien probable, qu'il forma ſon idée ſur ces exemples. Mais Jacques Fabry

fit

fit imprimer la premiere lettre de chaque verſet en rouge ; maniere, qui plût à Genebrard dans ſon Pſeautier imprimé in 8. à Paris 1581. ce que ne fit point Robert Eſtienne. Cette fameuſe Imprimerie, une des plus belles & des plus correctes de toute l'Europe, étoit dans la ruë de S. Jean de Beauvais vis-à-vis les Ecoles de Droit. Les Eſtiennes ſe ſont ſignalez dans les Impreſſions Grecques, où ils ont, à mon avis, remporté la gloire, non-ſeulemeut au deſſus des Maîtres de Paris, mais même au deſſus des plus habiles, qui ont parû avant eux dans les Païs étrangers ; tant par la richeſſe & la beauté des Caracteres qu'ils ont employez, que par la bonne manufacture du papier & la correction exacte de leurs Impreſſions. Robert eſt le premier de cette famille, à qui il faut rendre cet honneur, d'avoir porté l'impreſſion Grecque juſqu'au point de ſa perfection : L'Euſebe, le Socrate, le Soſomene, le Theodoret, l'Evagrius, qu'il imprima en deux volumes in Fol. 1544. & le Nouveau Teſtament in 16. en differentes années, & in Fol. en 1550. & le Saint Juſtin Martyr in Fol. en 1551. ſont des ouvrages de l'Art achevez.

Les Eſtiennes ſe ſervirent pour leurs Editions de ces belles lettres, qui furent fonduës dans les Matrices, que le Roy François I. avoit fait frapper par une magnificence Royale. Robert Eſtienne

ſon

ſon Imprimeur avoit ces Matrices ; & des mains de ſon fils Henry elles paſſerent dans celles de ſon petit-fils Paul Eſtienne. Celuy-cy les vendit ou engagea à la ſeigneurie de Geneve pour une ſomme de mille écus. Le Clergé de France, ayant entrepris de faire imprimer les ouvrages des Saints Peres Grecs, preſenta ſa requeſte au Roy Louis XIII. & demanda, que ces Matrices fuſſent retirées, & apportées dans l' Univerſité de Paris. *Auquel effet*, diſent les Agens du Clergé dans cette Requeſte, *quelques etrangers ont depuis peu acheté de Paul Eſtienne pour le prix & ſomme de trois mille livres les Matrices Grecques, que le feu Roy Francois* I. *avoit fait tailler pour ornement de ſes Univerſitez & Commodité des Lettres avec tant de frais* &c. Sur cette Requeſte le Roy rendit ſon Arreſt datté du 27 May 1619. qui eſt rapporté à la page 131 du 2. Tome des Acts du Clergé de France recueillis par M. Gentil ; ou il ordonne, qu'on payera de ſes deniers la ſomme de trois mille livres, pour dégager ces Matrices Grecques. *Le Roy à ordonné & ordonne que---- Il ſera pris & employé la ſomme de trois mille Livres pour retirer leſdites Matrices des mains de la Seigneurie de Geneve, ou dudit Eſtienne*, &c. Cette piece fait voir, que Janſſon d' Almeloüe a travaillé inutilement, quand il a voulu prouver, que Robert Eſtienne n'avoit point emporté avec luy à Geneve les Matrices Grecques de l' Imprimerie Royale.---Le Roy auroit donc eté trompé, & ſon argent auroit eté

porté

porté à Geneve pour retirer des Matrices, qui n'etoient point ſorties de Paris. Nous donnerions aux Eſtiennes Robert & Henri ſon fils la louange entiere & ſans aucune reſerve, ſi avec leur grande capacité & tout l' honneur, qu'ils ont acquis dans l'Art d'Imprimerie, ils n'avoient pas quitté la Religion Catholique, pour ſuivre les Nouveautés de Calvin. La Réponſe que fit Robert aux cenſures portées contre ſes Bibles juſtifia que la Faculté de Theologie ne s'etoit point trompée, d'avoir reconnu un eſprit d' erreur & d' hereſie dans les Sommaires, dans les Index, qu'il mit aux Livres Sacrez: au contraire, ce libelle fit voir, qu'il avoit trompé deux Roys, qui avoient crû choiſir en ſa Perſonne un Catholique pour leur Imprimeur, au lieu qu'ils n'avoient pris qu'un Calviniſte outré. Car que peut on dire autre choſe d'un homme, qui écrit,ce qu'on ne peut lire ſans horreur? (Réponſe aux cenſures de la Faculté. Edition de 1552. in 8. feuillet 153.) *Qu'eſt-ce que la Meſſe, ſinon un Enchantement Diabolique, qui ôte le ſens aux plus ſages? Qui plus eſt, autant vaut envers les enfans de Dieu la Celebration de la Meſſe, comme ſi quelqu'un diſoit, que Megera & ſes deux ſœurs, c'eſt-à-dire, les Furiës d' enfer, ont épandu leur venin mortel.* Je ne parle point de ſes livres ſur l' expoſition des quatre Evangeliſtes, que la Faculté dans ſon Catalogue des Livres Cenſurez appelle, *Libros impios & nefandiſſimos.* Je laiſſe-là auſſi ſes injures,

ſes

ſes calomnies, ſes fauſſes hiſtoires, ' ſes contes ridicules ſur les Docteurs, qu'il appelle feuillet 14. de ſa Réponſe *ô beaux Theologiens, ou plûtôt loups detruiſans le troupeau du Seigneur!* ---- Nous voulons bien pourtant avec cette exception luy rendre la gloire, qui luy eſt duë ſur le Parnaſſe. ---- Et nous n'oſons pas la porter au point où M. de Thou l'a portée dans ſon Hiſtoire, quand il dit, que la France & tout autre Etat Chrétien a plus d' obligation à Robert Eſtienne, qu' à celuy de tous ſes Generaux d' Armées, qui a fait le plus de conquêtes, & pouſſé ſes frontieres le plus loin: ---- Si la France luy a obligation, d' avoir porté l' Imprimerie juſqu'au plus haut degré de ſa perfection, elle ne luy en a guere d' avoir abuſé de ce bel Art, de s'en être ſervi pour imprimer les Livres de Calvin, de Beze, de Viret, de Bucer, & d' autres Sectaires; dont la lecture empoiſonna les eſprits, leur inſpira de la fureur, & les porta aux extremités, où ils ſont venus, de faire une guerre cruelle à leur patrie, d'y jetter par terre les plus beaux monumens de la pieté Françoiſe; enfin d'y faire tout le mal, que l' He.

' Au fuëillet 5. d'un Docteur, qui à l' age de 50. ans ne ſçavoit point encore ce que c'étoit que le Nouveau Teſtament. On reconnoit que c'eſt une fable, en liſant les Statuts de la Faculté de Theôlogie renouvellez par le Cardinal de Touteville, où l'on apprend que perſonne n'étoit elevé au degré de Docteur, qu'il n'eût pris auparavant des Leçons de l' Ecriture Sainte pendant 4 ans, & n'eût porté ſa Bible pendant tout ce temps dans les Ecoles publiques. Voyez le 5. Tome de l' Hiſtoire de l' Univerſité, à la page 564.

reſie

reſie eſt capable de faire, & dont nous reſſentirions encore aujourd'hui toute la cruauté, ſi Dieu ne nous avoit donné un Roi, qui ſçait defendre ſon Royaume contre tous les efforts des Proteſtans ligues & armez pour l'aiſſaillir. ---- Robert -- mourût à Geneve en l'année 1559. Il fût fils de Henri Imprimeur, qui étoit Catholique.

Robert Eſtienne commença l'Impreſſion de la Bible en Hebreu in 4. l'année 1539, & l'acheva l'année 1544. On n'a rien fait juſqu'ici qui ſurpaſſe en beauté cet ouvrage. Il commença une autre Impreſſion de la même Bible Hebraïque in 16. l'année 1544, & l'acheva l'année 1545. Je n'ai vû dans aucune Bibliotheque ni dans aucun Catalogue la Bible Hebraïque in fol. que Theodore Janſſon d'Almeloüe cite dans ſa liſte 1545. Robert écrivant en l'année 1548 ſa Preface au Treſor de la Langue Sainte compoſé par Pagnin, qu'il imprima in 4. cette année-là, dit: *Cum Biblia Hebraïca duplici formâ excudiſſemus.* Ces paroles font connoître, qu'il n'avoit point imprimé de Bible Hebraïque in fol. l'année 1545. Car étant vrai, qu'outre l'Edition d'in 4. & celle d'in 16. il en eut encore fait une d'une troiſiéme forme in fol. il auroit écrit dans cette Preface *Triplici formâ.* Il ne faut pas s'étonner ſi ces Bibles ſont d'une ſi grande beauté. Les Caracteres en furent fabriquez aux depens de François I. qui n'epargnoit rien pour la perfection des Arts & des Sciences.

Robert Eſtienne imprima une Epigramme ſur la ſeconde édition de ſon Dictionaire Latin en 2 Vol. fol. 1543. dont voicy les derniers Vers:

Immenſum modico venum datur ære volumen.
Uberior fructus. Conſule quæq; boni.

Et c'eſt une louange, qu'on a donné à ce grand Imprimeur qu'il n'étoit point avare ni ſordide: mais que les pauvres Ecoliers trouvoient chez lui de bons Livres bien imprimés & à bon [1] marché.

Robert Eſtienne dans le dernier Siecle porta l'impreſſion Hebraïque tout d'un coup juſqu' a ſa perfection.

---

e Robert Eſtienne étoit fils de Henri Eſtienne premier du nom, Imprimeur de Paris. Il fit ſon apprentiſſage ſous Simon Colinet ou de Colines ſon beau-pere.— Il ſçavoit parfaitement le Grec, comme le témoigne la Preface Grecque devant ſon Nouv. Teſtament Grec. Il ſcavoit demême le Latin, comme le témoigne ſon Tréſor. Et il n'étoit pas ignorant de l' Hebreu, comme le témoignent les livres Hebreux, qu'il a imprimez. Et il ſçavoit auſſi fort-bien le François, comme le témoigne ſa Grammaire Françoiſe. Il ne faut pas

[1] Lege Epiſtol. Aurat. p. 97. ſuprá.

oublier

oublier icy les éloges que luy donne Paul Manuce ſur l' Epitre 19.du Livre 15. des Epitres de Ciceron; *Robertus Stephanus Pariſienſis; quo ego ſecundùm patrem meum in emendandis atq; edendis veterum ſcriptis neminem fuiſſe aut eſſe arbitror diligentiorem.* Et ſur l' Epitre 14 du Livre 13. *Robertus Stephanus Typographus Pariſienſis diligentiſſimus.* Mr. Baillet a écrit, qu'il faiſoit mettre ſur les quais, ſur les pons, & dans les places publiques de Paris, les livres qu'il imprimoit, avec des affiches, par leſquelles il prioit tout le monde de les vouloir lire & de les corriger; promettant de groſſes ſommes d'argent pour recompenſer la peine de ceux, qui y remarqueroient des fautes. Cela n'eſt pas veritable. Il expoſoit ſur ſa boutique ſes feuilles imprimées et non tirées, & il promettoit des ſols & des doubles à ceux, qui y trouveroient des fautes.---- Il fut aidé dans ſon Tréſor par Budée, par Baïf, & par Tuſan;--- & enſuite par Jean Thierri de Beauvoiſis, comme il témoigne dans ſa Preface de l' edition de 1543. On a omis cette Preface dans l' edition de Lyon en 1573. en quoi on a eu tort. Ce Jean Thierri a revû & corrigé la premiere edition des Annotations de Budée ſur les Pandectes, faite par Robert Eſtienne, & ayant fait r' imprimer ces Annotations par Vaſcoſan, il les dedia à Gilles le Maître premier Preſident du Parlement de Paris.--- Robert Eſtienne demeuroit à Paris, dans la rue de S Jean de Beauvais,à l' enſeigne de l' Olivier,vis-a-

vis

vis les Ecoles du Droit Canon : où la Reine Marguerite de Navarre, ſœur de François I. & femme de Henri d' Albret Roi de Navarre, l'a viſité plus d' une fois. On a omis dans le Catalogue des livres, qu'il a imprimez, les années dans leſquelles ces livres ont été imprimez : Ce qui n'eſt pas une petite negligence.

---

d Robert Eſtienne étoit gendre de Badius Aſcenſius ſçavant Imprimeur de Paris. Il travailla d' abord ſous Simon de Colines, qui avoit épouſé ſa mere. Mais ayant depuis lui-même dreſſé une boutique, s'acquit tant de reputation, qu'il paſſa pour le plus habile & ſçavant Imprimeur, qui eût jamais été au monde. Il y en a qui lui preferent Alde Manuce & Froben. Mais il eſt certain, qu'il les ſurpaſſe en erudition & en exactitude. On dit, que pour rendre corrects les livres, qu'il imprimoit, il en faiſoit expoſer les feuilles dans les places publiques, & qu'il donnoit des ſommes conſiderables à ceux, qui y trouvoient quelque faute. Auſſi aſſure-t-on que des livres qui ſont ſortis de ſa preſſe il y en a pluſieurs qui ſont ſans fautes. C'eſt ce qu' on a remarqué entr' autres dans ſon Nouveau Teſtament Grec in 12. en 1549. Les Theologiens d' Eſpagne ne firent pas le même jugement de la Verſion & des Notes de Robert Eſtienne ſur la Bible, que la Sorbonne ; car étans perſuadez, qu' elles ſeroient tres utiles au public, ſans avoir égard au nom

nom & à la religion de l'interprete, ils les firent imprimer à Salamanque, en y changeant tres peu de choſes. Il faut remarquer, que toutes les editions de ſon Tréſor ne ſont pas également bonnes; car celles qu'il a fait lui-même ſont les meilleures.

---

[1] On pourroit mettre au nombre des Interpretes de l'Ecriture Robert Eſtienne, s'il n'avoit témoigné lui même dans toutes les Prefaces de ſes Bibles, qu'il n'eſtoit point l'autheur des nouvelles traductions de la Bible, qu'il donnoit au public. C'eſt ainſi qu'au commencement de l' edition 1545. il declare qu'il a joint avec la Vulgate la Verſion, qui avoit eté trouvée la plus Latine, n'ayant pas oſé nommer Leon de Juda Zuinglien, qui en etoit l' autheur; & il prefera cette derniere traduction de la Bible à celle de Pagnin, qui étoit trop obſcure, bien qu'il fût perſuadé, que celle de Pagnin approchoit d'avantage de l' original Hebreu. Il prefera au contraire dans ſon edition de 1557. la traduction de Pagnin à toutes les autres, & il dit qu'il a donné cette traduction beaucoup plus exacte, & de la maniere, que l' Autheur même l'avoit corrigée de ſa propre main en pluſieurs endroits. Cette même edition de Pagnin a auſſi eté imprimée dans une autre edition de Commelin, qui eſt à quatre colomnes, où on voit en un inſtant le texte Hebreu avec cette nouvelle traduction, le Grec des LXX

de la maniere qu'il ſe trouve dans la Bible d'Alcala ou Com plute, & la Vulgate Latine. Je laiſſe cependant à juger au Lecteur ſi les reformations, que Robert Eſtienne aſſure eſtre de Pagnin & ecrites même de ſa main propre, ſont en effet de Pagnin. Il eſt certain, que Robert Eſtienne n'a pas agi avec aſſez de ſincerité dans la plus-part des editions de la Bible qu'il a données au public, & qu'il a voulu impoſer en cela aux Theologiens de Paris; principalement dans l'edition de 1545. D'autre part il ſemble, que les mêmes Theologiens de Paris auroient pû traiter avec plus de douceur & charité Robert Eſtienne, à l'occaſion des nouvelles traductions de la Bible, qu'il fit imprimer avec des notes fort utiles, bien qu'il y en eût en effet quelques-unes qui meritoient d'eſtre condamnées. [1] Pierre Caſtellan Grand-aumoſnier de France, qui rapporta au conſeil du Roy l'affaire, qui etoit alors entre les Theologiens de la Faculté de Paris & Robert Eſtienne, n'a pû s'empêcher de condamner en quelque choſe l'excés de ces Theologiens, leſquels trouverent des hereſies, où il n'y en avoit point, & cela venoit, comme l'aſſeure le meme Caſtellan, de ce qu'ils ignoroient dans ce temps-là les Langues Grecque & Hebraïque: Mais il y a de l'apparence que Robert Eſtienne eſt un mediſant, lorſqu'il re-

[1] Petr. Gallan. in vitâ Caſtellani.

proche

proche à ces mêmes Docteurs de s'eſtre oppoſé à cette belle edition Grecque du Nouveau Teſtament, qu'il publia en ce temps-là avec les diverſes Leçons, qu'il avoit tirées des Exemplaires Manuſcrits de la Bibliotheque du Roy. Ces Hommes Sçavans, dit Robert Eſtienne, jugeoient que les diverſes Lectures, qui ſont à la marge, fuſſent quelques annotations ajoutées hors du Texte. Mais c'eſt une calomnie manifeſte, parce qu'il y avoit alors pluſieurs Docteurs de la Faculté de Paris, qui n'ignoroient point la Langue Grecque, & qui ont méme ecrit doctement ſur la Bible. Robert Eſtienne a ſans doute voulu rendre odieux les Theologiens de Paris dans la réponſe, qu'il a fait à leur cenſure ; comme quand il rapporte au même endroit ces paroles, qu'il fait dire à un de leur Docteurs : *Je ſuis esbahi de ce que ces jeunes gens nous alleguent le Nouveau Teſtament. Par Dieu, j'avois plus de 50. ans, que je ne ſcavois ce que c'étoit que du Nouveau Teſtament.*

Depuis le temps de Clement VIII. on n'a recû dans l'eglife Latine, que cette derniere correction de Clement VIII. & on a commencé à negliger les Editions de Robert Eſtienne & des Theologiens de Louvain, qui eſtoient cependant fort utiles à cauſe des diverſes leçons & des petites notes critiques, qui ſont au marges. C'eſt pourquoy, bien qu'on ſoit obligé de ſuivre dans l'uſage public la Bible

Latine corrigée par Clement VIII. il eſt bon, que chacun ait pour ſon uſage particulier les editions de Robert Eſtienne & des Theologiens de Louvain, non ſeulement parce que ceux, qui ont fait cette derniere reformation de la Bible, n'ont pas pretendu eſtre infaillibles : Mais auſſi parce qu'ils ont temoigné n'avoir point touché à pluſieurs endroits qui ſembloient avoir beſoin de reformation.

La verſion de Leon de Juda fût imprimée à Zurich en 1543. & r'imprimée à Paris en 1545. par Robert Eſtienne avec la Vulgate ſur deux colomnes. Quoique les Theologiens de Paris euſſent condamné cet ouvrage, ceux de Salamanque ne laiſſerent pas d'en faire une nouvelle edition en fort beaux Caracteres ; & ainſi la verſion Latine de Leon de Juda Zuinglien fût autoriſée par les Theologiens d'Eſpagne.

Huc referenda cenſui, quæ Thuanus habet ad annum 1564.

NOVÆ Bibliorum editioni anno 1543. Tiguri publicatæ, quam Leo Judæ inchoaverat, & moriens, ut opus perſequerentur, collegis in fidem religioſé adactis tranſcripſerat, ultimam manum impoſuit Bibliander Conradi Pellicani & Petri Cholini Tugienſis Græcæ Linguæ peritiſſimi operâ ad-

jutus,

jutus, quam tranſlationem in ſuâ editione biennio poſt ad veterem adjecit Robertus Stephanus, ſuppreſſâ eorum, qui in illâ laborârunt, mentione; & Hiſpani Theologi diu pòſt recognitam per Gul. Rouillium denuo Lugduni excudendam curaverunt. Quod eò commemorandum duxi, ut verſionis tanti apud nos & Hiſpanos ipſos factæ origo cognoſceretur, & inſigne documentum extaret, quid utilitatis ex adverſariorum libris & induſtriâ, ſi ſemotis odiis charitatem & æquitatem induamus, ad Dei gloriam capi poſſit.

VIR clariſſ. Menagius (Anti-baillet. tom. 1. p. 57.) affert Johannis Vulteii Epigramma, in quo Rob. Stephanus, Sim. Colinæus, & Gryphius inter ſe conferuntur.

> Inter tot, norunt libros qui cudere, tres ſunt
> Inſignes, languet cætera turba fame.
> Caſtigat Stephanus, ſculpit Colinæus, utrumque
> Gryphius edoctâ mente manúque facit.

TEcum, Lector, quàm optimâ potui fide, egi; quúmq; ſtatuerim in deſcribendis horum Typographorum vitis veritati ſtudere, nihilque, quod à quolibet memoriæ traditum novi, in illorum gratiam diſſimulare; tibi, quid varii ſcriptores de Roberto Stephano ſenſerint, ipſis eorum verbis aperui. Omnes tum Papiſtæ tum Reformati in eo conſenti-

unt, ut multa, quæ maximè laudarent, repererint; Pauci iíque partium ſtudio religioníſque, ad quam deſcivit, odio ducti pauca, quæ ei vitio darent, deprehenderunt. *Ubi* autem *plura nitent. maculis paucis*, quæq; forſan, ſi in rem propiùs introſpexeris, vaneſcerent, *offendi* iniquiſſimum eſt.

Quoniam verò Roberti noſtri famam nil magìs elevat, quàm Characterum Regiorum (cujus Andreas Chevillier eum accuſat) furtum, nonnihil hìc loci de re illâ graviſſimâ quidem, & (ſi vera fuerit) turpiſſimâ adjiciendum putavi. Eum minimè culpâ liberat Janſſonius (p. 19.) rogans, *quibus Regiis Typis Carolus Stephanus anno* 1551. *Appianum Græcis, Epiſtolas Bunelli Latinis excudere potuiſſet, ſi Robertus eos abſtulerat?* Robertus enim anno 1551 Pariſiis [1] nondum migraverat, imò etiam eo anno Carolum fratrem in [2] appiano excudendo adjuvit. Excuſatio falſa, quæq; facilè refelli poteſt, cauſam non vincit, ſed adverſariis tradit. Rogaverim potiùs, quibus Regiis Typis poſt Roberti diſceſſum Turnebus anno 1552. Philonem, Æſchylum; 1553. Hephæſtionem, Sophoclem; 1554. Syneſium, Homeri Iliadem: Robertus Stephanus 1568. Nov. Teſtamentum Græcum, 1566 & 1580. Alphabetum Græcum Regiis trium generum Characteribus excuſum ediderint? Præterea, ſi Ro-

[1] Lege priùs pag. 70. [2] Lege poſtea in Vit. Caroli.

bertus

bertus Regios Typos ſecum Genevam aſportâſſet, velim mihi oſtendi librum, in quo excudendo Robertus ipſe, Henricus, aut Paulus Genevæ iis typis uſi fuerint. Adde, quòd tale illud furtum in Regiâ, ubi plurimi quotidie laborabant Typographi, Bibliothecâ diu non potuerit celari, præſertim cum tot inimicorum, qui Robertum infenſi ſervabant, oculos id minimè fugiſſet; neq; ſi deprehendiſſent, credibile eſt eos, qui datam tam opportunè eum perdendi occaſionem nequaquam amiſiſſent, id ſilentio premere voluiſſe; quinimò hominem tam apertæ perfidiæ multóq; vilioris eo hæreſeos, quâ eum damnaverant, crimine ſceleris reum igne ferróq;, aut ſaltem, ſi aliter in profugum & in extraneâ urbe ſævire non licuiſſet, minis clamore & contumeliis inſecuti fuiſſent; nec deſtitiſſent regem laceſſere, donec ii Characteres repeterentur, &, ſiquo pacto id fieri poſſent, reſtituerentur. Turpiſſima iſta labes nunquam eluenda filium ejus Henricum ejuſdem cum patre hæreſeos manifeſtum à Regno æternùm, Pariſiis certè, Typographiâq; ibidem exercendâ expuliſſet. Contra autem, Henricus non ſolum Pariſiis ſæpius moram fecit, ibíq; ſuum Anacreontem ex Regis privilegio anno 1554. & Buchanani Pſalmos cum ſuo fratre Roberto Regio Typographo (qui nunquam à Romanâ Eccleſiâ deſciverat) edidit; ſed etiam (utì deinceps ex ejus vitâ conſtabit) cum Galliæ

Regibus in gratiâ fuit. Magnum interea mirúmq; plus ſexaginta annos de ſurreptis Characteribus Regiis ſilentium; donec anno 1612 Genevenſi Rei-publicæ à Paulo oppignerati ſummâ quâdam pecuniæ per edictum Regium aſſignatâ redimerentur. In regio illo (quod affert Dr. Andreas Chevillier) decreto de redimendis à Genevenſi Re-publicâ typis non lego eos furto ablatos fuiſſe. Quod quidem cur non apertè (ſi fuerit verum) exprimeretur, non video, cum ea & ſpecioſa & honeſta fuiſſet cauſa typos non ſolùm pretio redimendi, ſed etiam quodam jure poſtulandi & poſtliminio recipiendi. Cum itaque hæc neutiquam cohæreant, non aliâ lege Roberti accuſatoribus meam aſtringam fidem, quàm ut ea, quæ contra eos pugnant, eorúmq; criminationes repellunt, priùs diluantur. Si Robertus Stephanus in Papiſticam Miſſam acerbè invectus fuerit, quid aliud ab eo aut quovis alio expectandum fuerat, qui eam Eccleſiam tanquam falſam deſeruerat, ejúſque myſteria utpote ab antiquo & Apoſtolico uſu pravè detorta averſabatur?

Præterea, quum mendacium furtúmque naturali quâdam cognatione itâ junguntur, ut hoc aut illud facere æquè ſit religioſum; vix credam Stephanum *furti* conſcium fuiſſe, qui, ut opinionem *mentiretur*, induci non potuerat. Quid enim eſt magìs ridiculum aut minùs probabile, quàm eum de religione aliâ alii præferendâ eſſe ſollicitum, qui de ſuâ famâ

non

non fuerit? Et ei, qui cum internæ quietis, externi honoris, omniúmque (ſi palam fiat) fortunarum diſpendio auſit furtum, tam publicum, quódq; diu celatum iri minima ſpes erat, in ſe admittere, ſcrupulum injici, num Reformatorum partes potiùs ſequatur, quàm Romanæ, in cujus communione hactenus vixerat, Eccleſiæ hæreat? Quàm facilius atque utilius fuiſſet in patriâ divitias parando familiæ ſuæ non exiguæ conſulere, quàm cum infami furis & fugitivi nomine victum foras quæritare! Ubi terrarum (niſi hominum conſortio nuncium remittere, ac cum feris ſolis degere voluerit) ſe fore tutum ſperaviſſet, cum nulla vix inter Paganos natio, nulla inter Chriſtianos Eccleſia furibus aſylum aperiat? Hæc profectò minimè cohærent; neque ullam veritatis umbram habet conficta iſta Stephani inſimulatio. Non ignoro eſſe quoddam verſatile infidum & vulpinum hominum genus, cane pejus & angue vitandum, qui optimè ſibi conſultum putant, ſi noverint modò ad has modò ad illas partes, prout ſe dederit occaſio, transfugere; neque libertate, quod libitum fuerit, impune ſentiendi contenti ſunt, niſi publicæ pacis perturbandæ avidi ad magiſtratus & dignitates per diſſimulantiam & mendacium graſſentur. Noſtri verò Roberti ea erat illibata integritas, ut neutiquam, quid ſentiret, vellet diſſimulare; mallétque Regii Typographi munere magnifico quidem & lucroſo defungi; patriæ, cujus amor apud multos plurimùm pollet, valedicere;

&

& apud exteros vivere; quàm ſe ad eam Religionem, quam corde amplecti non poterat, *conformandi occaſionem* arripere. Eò magìs in famâ Roberti defendenda adlaboravi, quòd maximè cupiam in corpore tam egregio nullum apparere nævum, virúmque tam doctum tot eximiis dotibus ornatum extra omnem culpam eſſe. Illud ſanè regiorum characterum furtum, ſi fuiſſet verum, unâ quaſi liturâ omnes alias ejus quantaſlibet virtutes obliteraſſet. Hujuſmodi res capitalis eſt in quâ contra reum, non ex unius aut alterius teſtimonio, non temere, nec niſi teſtium fide ad examen vocatâ, eorum ſuffragiis diligenter excuſſis, momentíſq; cauſæ ſeriò perpenſis agitur.

A furto illo graviſſimo, in quod certioribus indiciis, antequam ſententia feratur, inquirendum puto, tranſeo ad levius aliud furtum, literarium ſcilicet, quod, quamvis non incapitis, tamen in famæ vitâ contra caræ diſcrimen eruditos ſolet adducere. De eo quidem priùs dictum eſt paginâ 25ª. Ubi nonnihil huc loci rejiciendum omiſeram, quia nondum ad meas manus pervenerat Dictionarium Propriorum Nominum in literis prophanis anno 1541 excuſum, in cujus præfatione Elucidarii mentionem facit Robertus Stephanus lectorem monens Dictionarium illud *eſſe opus novum, nec antea unquam editum; libellum Elucidarium carminum dictum bonam Propriorum Nominum partem haudquaquam continere, nec cujuſquam ſtu-*

diis

diis magnopere prodeſſe poſſe ; omnia enim partim conficta partim impolita & indigeſta : ſe ab aliis tradita omnia ſtudiosè collegiſſe ; fabulas ex Servio, Acrone cæteríſque nobilibus grammaticis ; ſitum urbium à Plinio, Strabone, Ptolomæo deprompſiſſe. Ibi Jacobus Thomaſius in Stephanum plagii crimen intendit, quo eum liberâſſet, ſi *lectorem appellans Volaterrani fecisset apertam mentionem*, iratus, quòd voce generali *aliis* Volaterranum, quem Thomaſius peculiari quâdam notâ præter omnes cæteros dignum cenſuit, incluſiſſet ; item quòd *de Diocle Medico Caryſtio Suidam citet, qui de hôc Diocle mutus eſt, nec à Volaterrano citatur.* Sed non eſt, cur hic de purgando Stephano multùm deſudem ; neque enim, ſi Volaterranum nomine non appellaverit, aut * Suidæ authoritatem perperam, & (quod aliquando viris eruditiſſimis in multiplici librorum lectione evenire ſolet) per memoriæ lapſum adhibuerit, ſatìs erit cauſæ, ut aliquid juſtæ laudis amittat, & in plagiariorum numero habeatur. Nec facilè inducam animum, ut credam eum à plagii crimine ſibi non caviſſe, quo ipſe alios ſeverè notavit. In ſuâ enim Ambroſii Calepini editione apud lectorem queritur, quòd cum *ſuum Theſaurum denuo imprimere cœperit, quidam in Aquitanicâ ſive Lugdunenſi Galliâ Typographi, qui videbant ſibi hunc librum non licere propter regium privilegium imprimere, Calepini Editionem ſuſceperint, in quâ addiderunt tum dictiones tum phraſes formáſque lo-*

* At certè in Elucidario à Rob. Stephano excuſo anno 1530. nullam Dioclis Medici Caryſtii mentionem invenio.

quendi

quendi ex ipſius Theſauro ſumptas, interdum viginti, aliquando dimidiam columnam, nonnunquam etiam unam integram; mentientes in Epiſtolâ ſuo Calepino præfixâ ſe maximum numerum authorum Latinorum perlegiſſe; quòd nunquam deſtiterint hunc augere ac confarcire Calepinum, ſumentes ſemper aliquid ex Stephani Theſauro; &, quotieſcunque ipſorum impreſſio venditione eſt diſtracta, hinc & illinc evellant minuta quædam fragmenta, eáque prioribus cum novâ ſemper epiſtolâ aſſuant. Nec verò aſtutiæ iſtis Compilatoribus, quorum nominibus pepercit, (nam dicens de vitiis, perſonis parcit modeſtus accuſator) *diſſimulavit ſe, quod furati fuerant, jure ſuo vendicaturum; quod* (ſuum Calepinum anno 1553. edendo) *fecit, præſertim quum intellexerit eos velle adhuc librum iſtum coarcervare miſerum ipſius Theſaurum compilando: quem Theſaurum poſtremò adornabat, ſumma cum diligentiâ corrigens in ipſo ea, quæ mendoſa ſunt, & reſecans, quæ redundant, & ex Authoribus colligens dictiones & loquendi formas, quæcunque deſiderabantur; Græca etiam, ſicuti oportet, ſinè ullâ fraude & fallaciâ additurus.* Queritur etiam *de iis, qui in Germaniâ hunc Latinæ linguæ Theſaurum contractum impreſſerunt, novam Promptuarii inſcriptionem dantes ei, cum longiſſimâ epiſtola, in quâ ordo demonſtratur, quem ipſi adhibuerunt ac ſervârunt, imò verò quem ille primus & inſtituerat & conſervârat. Quod tamen ut diſſimularent ipſi, totam ſæpe ordinis rationem immutârunt, in principio ſaltem operis, dum in digerendis diſponendíſque vocabulis ea collocant in fine, quæ in principio aut medio poſita fuerant; & in medio, quæ poſtre-*

mum

mum antè locum occupabant. Queritur *de eo Theſauro, qui Venetiis eſt impreſſus, in quo ne ea quidem errata emendaverunt, quæ prætermiſerat ; tantummodo Græca ex Calepino ſumpſerunt, atque in illum Theſaurum tranſtulerunt : quædam item vocabula vetuſta & priſca & à conſuetudine loquendi (ut ipſi judicabant, neceſſaria tamen) intermiſſa ſuſtulerunt, ac planè truncârunt ; quin propria quædam nomina malè rejecerunt.* Denique amicos rogavit, ne *ceſſarent (feſſo humeros ſupponentes) ab emendando Latino ejus Theſauro & angendo, Græciſq; dictionibus formiſque adjiciendis, ut quàm pauciſſima poſthac in eo deſiderari poſſint ; & in novo Græcæ linguæ Theſauro abſolvendo, in quo eadem, quæ in Latino, ratio obſervanda erat, ex optimis delectiſſimiſque Græcorum Grammaticis, Poetis, Rhetoribus, Oratoribus, Hiſtoriographis, & variarum rerum ſcriptoribus.*

Ex jam allatis ipſius Stephani verbis eum conſtat Latini ſui Theſauri editionem locupletiorem, vocibúſque Græcis auctam inſtituiſſe, & Græcum ad Latini exemplar Theſaurum incepiſſe, cui Henricus filius finem impoſuit: Conſtat item, quàm malè Latinus ille Theſaurus acceptus fuerit apud Lugdunenſes, Germanos Venetóſque Typographos.

Supereſt unum, quod à nonnullis audivi Stephano vitio datum ; ab eo ſcilicet in ſuo Theſauro voces obſcœnas omitti. Miror certè fuiſſe, qui ægre ferant deſiderari, quod in omnibus, qui juventutis lectioni

ctioni commendantur, libris nullus pius Præceptor deſiderari non optaverit. Oſtendant iſti vocum obſcœnarum patroni, juvenibus quid erit damni, ſi eas ignorent; quid lucri, ſi ſciant. At certè hujuſmodi ſcientiam non opus eſt excoli; ſatìs illa ſponte ſuccreſcet filix; hâc præſertim ætate, quâ ſalaces quibuſdam ſapiunt joci, luſúſque, quos putant innocuos, Martialíſque [1] impuriſſimi Poetæ verſu tuentur, *Laſciva eſt nobis pagina, vita proba eſt* [2]. Eorum tamen pace rogem, num plerumque ſoleat ex verbis ſpectari mentis indoles: jubet, ut videat, loqui Philoſophus; Doctus doctè, inſulſus inſulsè loquitur; & quidni modeſtus modeſtè, obſcœnus obſcœnè? Si minùs valeat mandatum Apoſtoli, qui [3] *omnem ſermonem malum*, [4] *turpitudinem aut ſtultiloquium aut ſcurrilitatem* Chriſtianis interdixit; audiatur ex Ethnicis Cicero, qui monet [5] *verborum turpitudinem vitandam*; docétque [6] *in oratione & verbis retinendam eſſe verecundiam.* Caſti inter poetas Terentius & Virgilius indicant, qualis ſermo Romanis auribus placuerit. Non tamen deſunt, qui, ut ſui oris effreni petulantiæ aliquid prætendant, inſtant eidem, quâ voces illæ damnantur, cenſuræ jure eo-

[1] Lege Præfat. Edit. ſecund. Martial. Raderi. [2] Vavaſſor. de Ludicrâ Re. p. 232. Optandum ſanè, ut quàm bene uterq; (Catullus & Martialis) tam non obſcœnè ſcripſiſſet: neve putâſſet alter verſiculos tunc denique habere ſalem & leporem, ſi ſint molliculi & parum pudici: alter laſcivam verborum licentiam linguam eſſe epigrammatum interpretaretur. [3] Epheſ. c. 4. v. 29. [4] Cap. 5. v. 4. [5] Lib. 2. de Orat. [6] Lib. 1. Offic. ubi lege plura, quæ ad hanc rem maximè pertinent.

dem

dem ſcientiam Medicinæ Anatomiæque eſſe ſubjiciendam. Quid dicere non auſint perfrictæ frontis homines, qui ſcientiæ nobiliſſimæ injuriam faciunt, ut ſuæ nequitiæ velum obducant? Sciant autem iſti, qui id cauſantur, *quædam* (teſte [a] Cicerone) *re honeſta eſſe, nomine obſcæna*: Diſcant etiam cum duo faciant idem, idem tamen ſemper non eſſe; medicum de ſuæ ſcientiæ myſteriis neceſſariò, & ut ægris ſubveniat, differentem omni immodeſtiæ culpâ carere; alium verò quempiam, ea temere, otiosè, ubi nihil opus eſt, & ut adoleſcentiæ inſidias ſtruat, effutientem cenſeri digniorem, qui ad olidum hircorum genus ablegetur, quàm qui inter homines verſetur.

Revertor ad Robertum Stephanum, quem Andreas Chevillerius diſſimulationis accuſat, quaſi duos Reges (Franciſcum putà & Henricum) fefellerit; qui ſuæ Typographiæ virum Catholicum ſe præfeciſſe crediderant, cum tamen is revera fuerit obſtinatus Calviniſta. Odium certè, quod Sorbona in Robertum olim exercuerat, nondum exolevit; ſed facilè huic calumniæ occurritur. Quî enim duos Reges fefellerit, cum viginti ferè, antequam Regius Typographus eligeretur, annis inciderit in hæreſeos ſuſpicionem; quam ut amoveret per cautam diſſimulationem, tantùm abſuit, ut potiùs eam ſuis in varias Bibliorum editiones notis ſubinde auxerit.

[a] Lib. 1. Offic.

Novum

Novum profectò & hactenus inauditum erat illud mentiendi genus, eum, qui ſtudebat fallere, ſuam opinionem Typis ſuis ultro prodere! Eúmne diſſimulare, qui ſuo indicio perierit? At neutiquam miror Chevillerium Sorbonæ Doctorem & Bibliothecarium Stephano iniquiorem, quem adversùs eum incitaverat cùm Romanæ, à quâ defecerat, Eccleſiæ ultio, tum domeſtica ſimultas. Quò autem Stephani integritas clariùs eluceat, unum teſtem in medium proferam ex Pontificio olim Cleri Gallicani ordine, Petrum Caſtellanum, in magnâ apud utrumque Regem gratiâ, & auctoritate, ampliſſimiſque ab utroque dignitatibus ornatum; cujus vitam, ut potero breviter, ex Petro Gallandio, qui pro duodecim cum eo annorum conſuetudine eam fusè deſcripſit, perſtringam: quæ maxima Franciſci Regis in literas & literatos merita, litiſque inter Sorbonam & Robertum rationem, ac multa alia ad rem literariam pertinentia exponet, & lectorem haud forſan inſuavi digreſſione morabitur.

" Petrus Caſtellanus Quintini ex antiquâ & no-
" bili Hauverderiorum familiâ filius Archii (quod
" Burgundiæ oppidum eſt) natus, poſt unum an-
" num matrem, poſt ſextum patrem amiſit. In
" domo paternâ ultra decimum retentus, Divio-
" nem mittitur Turrello Scholarchæ in diſciplinam
" tradendus; ſub quo cum triennium in Latinæ
" Linguæ fundamentis poſuiſſet, à Germano quo-

" dam

" ſtam adoleſcente Græcum Alphabetum, & à me-
" dico ibi medicinam profitente Lexicon Græcum
" conſecutus, citra aliam præceptorum operam
" privato ſuo ſtudio (ut erat incredibili & intelli-
" gendi, quæcunque legeret, & memoriâ comple-
" ctendi facultate præditus) in Græcis literis mul-
" tùm profecit. Poſt annum ſextum quàm in lite-
" ris verſatus eſt, docere & profiteri publicè Divi-
" one auſpiciis ipſius Turrelli cœpit. Turrelli,
" cum magiæ accuſaretur, cauſam coram judicibus
" laureatus egit tam fœliciter, ut ſuus præceptor
" abſolveretur; & ipſe munere honorario à Boude-
" to Lingonenſi Antiſtite, qui inter judices ſede-
" bat, donatus eſt. Poſtea diverſis in locis in Ger-
" maniâ, cum doctis congreſſus ad Eraſmum Baſi-
" leæ apud Frobenium agentem ſe contulit. De-
" inde Biturigibus audivit Alciatum juris profeſſo-
" rem: Ibi familiariter utebatur Comite Tonori-
" enſi Epiſcopo Pictavienſi deſignato, qui tum in
" eodem legum ſtudio Alciato operam dabat, quem
" etiam politioris doctrinæ literas Græcas & Lati-
" nas ſubceſivis horis docebat. Cum eo Epiſcopo
" Lutetiam reverſus incredibili viſendæ Italiæ de-
" ſiderio flagravit. Quam cum obire & perluſtrare,
" vellet, non ut privatus & ignobilis, ſed auctoritate
" & nomine magni alicujus viri fultus, aut in ejus
" familiam tranſcriptus, commodè eum, quo in
" literis uteretur, ſibi adjunxit Epiſcopus Altiſſio-
" dorenſis, homo literarum & doctorum hominum

" amans, legationem Regiam Romæ obiens. E-
" rat enim hoc ſolenne Franciſco Regi, ut ad ex-
" teras gentes nullum legatum dimitteret, qui non
" & literarum ſtudia amplecteretur, & doctrinæ
" plurimum eſſet conſecutus; quòd his ignoratis
" nihil rectè geri poſſe arbitraretur. Caſtellanus
" cum hôc Epiſcopo menſibus aliquot Romæ ſub-
" ſtitit: Indè miſſione & veniâ impetratâ Venetias,
" Cyprum, Alexandriam, Memphim, Hieroſoly-
" ma, Damaſcum, Iconium, Conſtantinopolim
" pervagatus, Venetiis tranſiens, in Gallias rever-
" ſus eſt, ubi Regi per Epiſcopum Pictavienſem
" Comitem Tonorienſem & Cardinalem Bellaium
" ità commendatus eſt; ut de variis rebus differen-
" tem & ſermocinantem avidiſſimis auribus Rex in-
" ter cœnandum & prandendum illum audiret, &
" repudiatis aliorum opinionibus in ejus ſententiam
" deſcenderet. Accidit poſt aliquot menſes ut &
" Epiſcopus Pictavienſis, quo Mæcenate utebatur,
" fato ſuo fungeretur, & Jacobus Colinus regius
" anagnoſtes propter verba quædam intemperan-
" ter & nimis futiliter emiſſa, quibus proceres au-
" læ inter ſe commiſerat, excluderetur, aut certè
" Regis gratiâ obſcuriùs uteretur. In cujus locum
" Caſtellanus doctrinæ virtutiſque nomine facilè
" ſubrogatus eſt. Hanc perſonam ubi tanti Re-
" gis judicio & voluntate ſibi impoſitam eſſe vidit,
" noctes & dies ſe libris affixit: ſemper prandio
" abſtinens, circa horam à meredie quintam cœ-

" nabat

" nabat, ſumpto octavâ matutinâ panis fruſto & " epoto vini cyatho. Poſt cœnam aliquantum cum " amicis & convivis confabulando ſeſe oblectabat. " Hinc Franciſco Regi ad quietem ſe comparanti " † Latinas Græcáſque hiſtorias & tragœdias ad " verbum penè vertens interpretabatur; & dormi- " turienti aſſidens inter legendum præclari alicujus " loci ſententiæve explicatione eum ad quietem " tranquillam deterſis curis omnibus & perturbatio- " nibus componebat. Tres ipſe horas, quatuor ad " ſummum dormiebat; quibus exactis, nocte in- " tempeſtâ excitatus in horam decimam, donec Rex " ſacris operaretur, in literarum ſtudia indefeſſus " incumbebat. Prandenti Regi ferè ſemper aſtans,

† De Franciſco Rege ſcribit Henr. Stephanus in Epiſtol. Dedicatoriâ præfix. Appian. 1592. Quum Romanæ præſertim hiſtoriæ Rex hic amator eſſet, à Dionyſio Halicarnaſſeo (Petro Caſtellano ejus anagnoſte hoc dante) initium ſumi voluit [Robertus Stephanus]. Et Idem in Traicté de la Conformité du Language François avec le Grec, Prefac. pag. 11. Du temps du Roy François premier de ce nom, il ſe trouva un grand Seigneur ſi ſottement curieux de nouveaux termes, qu'ayant ouy deux ou trois fois l'Eveſque de Caſtellan deviſant avec le Roy, des Atheniens & Lacedemoniens (lorſqu'il luy faiſoit lecture de l'hiſtoire de Thucydide) & puis s'eſtant informé de la ſignification de ces deux mots, il ſe laiſſa perſuader, que les mots de Medecins & Chirurgeons comme trop vulgaires commencoient à eſtre bannis de la Cour, & que les Atheniens & Lacedemoniens leur ſuccedoient. Luy fort joyeux de cet advertiſſement & en voulant faire ſon profit, ne ceſſa, qu'il n'euſt fait venir ſon nouveau ſcavoir juſques aux oreilles du Roy, auquel il donna un tel paſſe-temps, que le ſubject meritoit. Hinc Viro Nobili bonarum literarum ſcientiam haud prorſus eſſe inutilem, earúmque ignorantiâ aliquando ridiculum fieri eum poſſe conſtat.

“ ad ea, quæ in percontando ab eo ponebantur,
“ vocis lenitate, vultu geſtúque compoſito, elegan-
“ tiâ gratiâque reſpondebat. Hôc officio functus
“ ad Margaretam Regis filiam ſe convertebat; quam
“ tantâ ejus diſcendi aviditate & ſuâ docendi aſſi-
“ duitate itâ provectam in literis reddidit, ut præ-
“ ſtantes omnis generis auctores ſuo marte intelli-
“ gere potuerit. Certam præterea ſtudiorum ſuo-
“ rum rationem inſtituit: nam ſtatim è ſomno ex-
“ citatus, Bibliis Hebraïcis dabat horas duas, toti-
“ dem Novo Teſtamento ſacríſque Græcis ſcripto-
“ ribus, reliquum antemeridiani temporis Philoſo-
“ phiæ, Mathematicis, Deóque precibus placandò;
“ poſt meridiem quicquid temporis erat vacuum,
“ legendis oratoribus, poetis, & hiſtoricis tum
“ Græcis tum Latinis conſumebat. Cum duarum
“ Abbatiarum, quas alteri eſſe deſtinatas poſtea in-
“ tellexit, adminiſtrationem ſibi mandatam mode-
“ ſtè reſignâſſet, Rex animi tam ingenui & magni
“ ſignificatione in ejus amorem inflammatus tribus
“ ſacerdotiis, præfecturâ Envaonienſi, Epiſcopatu
“ Tutelenſi, & abbatiâ Belloperticenſi eum ornavit.
“ Is tum à Rege impetravit, (cujus olim rei quæ-
“ dam fundamenta à Gulielmo Budæo, Joanne Bel-
“ laio Cardinale adjutore, jacta fuerant) ut profeſ-
“ ſores & regio ſtipendio & ſacerdotiis inſuper ad
“ ſuum munus alacriùs obeundam incitarentur. Eò
“ Regem adduxit, ut Gymnaſium inſigni amplitu-
“ dine, ſtructurâ & artificio inaudito trans Sequa-
“ nam

" nam è regione Luparæ, ſumptu propè infinito
" ædificaret, cenſúque centum Francicorum milli-
" um alendis omnium artium linguarúmque docto-
" ribus & interpretibus ſacrificíſque, qui rem divi-
" nam facerent, & lectis adoleſcentibus præſtantí-
" que ingenio præditis ſupra ſexcentos, qui ibidem
" inſtituerentur, dotaret. Quo beneficio poſteri
" fruerentur, niſi Poïetus tunc Cancellarius, im-
" probitatis & malignitatis felle ſuffuſus, congruo
" vitæ exitu planè miſerabili ſatis notus, tergiver-
" ſando, & bellicas difficultates objiciendo opus
" deſtinatum impediviſſet. Caſtellanus præterea
" Regiam Bibliothecam conquiſitis non ex Italiâ
" modò & vicinis regionibus, ſed Græciâ & Aſiâ to-
" tâ regio ſumptu maximo, omnium artium vetu-
" ſtiſſimis libris referſit; librorum cuſtodes concin-
" natoréſque, qui totam hanc rem librariam ſartam
" tectam tuerentur, perpetuo Regis ſtipendio con-
" ductos apponi ibidem curavit; hoc etiam perfe-
" cit, ut ſculptis fuſíſque elegantiſſimis characteri-
" bus officina typographica, in quâ libri ſigillatim
" è Regiâ Bibliothecâ accepti excuderentur, con-
" ductis quoque regiâ pecuniâ variis ad eam rem
" neceſſariis artificibus, excitaretur. Porrò totum
" ſe ad perſuaſionem de Religione quàm maximè
" orthodoxam Regis animo tenaciter imprimendam
" contulit. Eum itaque quidam (qui, quicquid po-
" litioribus literis tinctum eſt aut ex Hebræis Græ-
" cíſque literis erutum, ſtatim Lutheranum eſſe
 " clamitant)

" clamitant) affinem ei ſectæ; alii verò (aulæ Pon-
" tificiæ corruptos mores, nundinationes rerum
" ſacrarum, &, quam vocant, ſuperſtitionem im-
" probantes) purpurei galeri deſiderio fictum & per-
" ſonatum & ſimulatorem putaverunt. Is tamen
" Regem, quem ad defectionem à Pontifice Roma-
" no ab externis Principibus & populis variè ſolli-
" citatum videbat hâc ratione opem ad debilitan-
" dum Cæſarem pollicentibus, in veteribus ritibus
" & ceremoniis ſemper confirmavit. Neque qui-
" dem diſſimulavit Romani Pontificis ejúſque Ec-
" cleſiæ adminiſtrorum flagitia & ſacrilegia, ſed pu-
" tavit nihil temere citra Synodum aliquam in Spi-
" ritu Sancto rite congregandam immutandum: ca-
" lumniatores eſſe, qui pro Lutheranis bonos ali-
" quando viros perſequerentur. Sic Regem in piâ
" de Religione ſententiâ continebat, & averſum à
" crudelitate ad animi lenitatem traducebat: Ejus
" operâ univerſo Valdenſium generi venia triennio,
" antequam exſcinderentur, conceſſa eſt; & Do-
" letus poſt longi carceris illuviem liberatus. Cum
" eum Epiſcopum Matiſconenſium Rex deſignâſſet,
" duos Epiſcopatus adminiſtrare noluit, ſed Tute-
" lenſi ſtatim ſe abdicans pro eo abbatiam Altovil-
" larenſem accepit. Quanquam contra novarum
" ſectarum invulgatores auctoritatem Eccleſiaſti-
" cam, &, quam appellant, Hierarchiam ſacroſan-
" ctam tueri vellet, nunquam tamen quiſquam ini-
" quis Pontificum Romanorum poſtulatis acerbiùs

dicto

" dicto ſcriptóve reſtitit, nemo clavium poteſtatem
" arctiùs circumſcripſit, & quâ proportione cum
" Epiſcopis cæteríſque Eccleſiæ membris caput eſſet,
" ſubtiliùs definivit: quod non parvum illi odium
" aliquando apud ſummum Pontificem conflavit.
" Idem illi quoque apud Theologos Pariſienſes
" propter Robertum Stephanum accidit, cum il-
" lum regio ſtipendio ſuâ commendatione auctora-
" tum contra illorum accuſationem aliquando de-
" fendiſſet. Quem etſi ut vero crimine Lutheranæ
" ſectæ, ità ſuſpicione carere non arbitrabatur,
" quia tamen nunquam fore putabat, ut apertè Lu-
" theraniſmum profiteretur, propter ſingularem ar-
" tis Typographicæ induſtriam, quâ cæteris omni-
" bus præſtare credebatur, cum eo moderatiùs agen-
" dum eſſe judicabat. Ante omnia probare non
" poterat, quòd Theologi libros ſacros ab illo
" typis excuſos, ſcholiis quibuſdam, ut aiebat, il-
" luſtratos, atque indicibus locupletatos damnarent,
" & pro hæreticis rejicerent, locis non indicatis, à
" quibus id colligi poſſet, neque ullâ ratione red-
" ditâ, cur ità judicarent, quódque lingua imperi-
" tiâ cum vocabula in alium ſenſum, quàm ferret ve-
" ritas, torquerent, hæreſim falsò ſubeſſe nonnun-
" quam dictitarent. Valde enim inſolens eſſe putabat
" tam gravem ſententiam ferre de libris quamplu-
" rima recta & ſana complectentibus, locis non no-
" tatis aut ratione redditâ, cur ità ſtatuerent Quam
" ad rem ſtabiliendam cum ex ipſorum ordine vir

" ſanè probatæ & laudatæ vitæ adduxiſſet illud è
" Divo Paulo, *Modicum fermenti totam maſſam corrumpit*, in frequenti procerum aulæ regiæ conſeſſu id
" non ſatìs aptè eò deduci docuit. Ad hominum
" enim mores & convictum eſſe referendum, ad
" libros autem nequaquam. Non enim ut pravus
" homo, quaſi vitioſa pecus, facilè corrumpit, &
" depravat eos, cum quibus vivit, ità ſententia perverſa in libris reliquas pias & ſanas labefactat.
" Paucula errata compluribus eruditè & ſanctè dictis compenſata obeliſcis transfixa (quod in veterum orthodoxorum libris factitatum legimus) caveri poſſe & cum delectu legi, ut alia permulta
" pia & religioſa maneant. Præterea liberalis, modeſti, & docere non perdere cupientis videri, cur
" quidquam improbetur, rationem reddere. Poſtremò intemperanter eſſe abutentium otio & literis, ex linguarum ignorantiâ præclaras utriuſque
" Teſtamenti ſententias à vero ſenſu in pravum detorquere malle, quàm navatâ linguis ediſcendis aliquâ operâ ſtatim in iiſdem collineare, & ſcopum
" attingere. Itaque auctore Rege faciendum eſſe
" ſtatuebat, ut, quæcunque pravæ doctrinæ affinia aut
" erronea in his libris à Theologis judicarentur, in
" unum collecta cum eorundem animadverſionibus
" & typis informarentur, & ad librorum calcem
" adjungerentur. Quæ cum aliquando liberè & per
" alios Theologis ſignificâſſet, & coram ipſe eorum
" delegatis dixiſſet, ſuſpicionem vitare non potuit,

" quin

" quin aliquâ ex parte cum hæreticis ſentire crede-
" retur. Quam ſuſpicionem multò etiam magìs
" auxit———quòd (cùm Cæſar paucis pòſt inter-
" jectis menſibus Regem urgeret, ut in Concilio u-
" niverſali, quo hæreſûm ſemina omnia tolli poſ-
" ſent, ſibi adeſſet, & pro Rege Conſiliarii ejus
" principes id jam Cæſari promiſiſſent) Regem
" monuerit, videret, quid ſuſciperet,—— negoti-
" um fore cum hominibus jam per annos quinque
" & viginti in literis ſacris exercitatiſſimis & in ſuâ
" ſententiâ itâ obſirmatis, ut vix ullâ ratione ab eâ
" deduci unquam poſſe viderentur, præſertim ſi à
" Theologis ingenia ſua magìs acuminibus quæſtio-
" num aculeatarum quàm eruendo germano ſcrip-
" turæ ſacræ ſenſu excolere ſolitis oppugnarentur.

' Baluz. Not. ad Galland. Robertus Stephanus in Reſponſione ſuâ adversùs Theologos Pariſienſes enarrat, quid præſtitum in hâc causâ ſit à Caſtellano—— Dein conqueritur, quòd qui ipſum antea tutatus fuerat, poſtea deſeruerit ſpe emerendi Galeri; mitiorem tamen deinde factum, quòd graviter & indignè ferret Robertum iſtorum Theologorum virulentâ, ut ipſe ait, immanitate oppreſſum de vertendo ſolo cogitare.

" Caſtellanus Franciſcum Regem moriturum piis
" officiis proſecutus eſt, mortuum duabus funebri-
" bus orationibus eluxit. Eum aulæ valedicturum
" Rex Henricus, Delphini inſtituendi provinciam
" deprecatum, aulam tamen (quomodo Franciſ-
" co vivo conſueviſſet) ſequi juſſit, & in locum
" Antiſtitis Conſtantienſis defuncti magni Franciæ
" Eleemo-

" Eleemoſynarii ſubſtituit. Poſtea reſignatâ ab-
" batiâ Belloperticenſi & Matiſconenſi pontificatu
" Aurelium obtinuit. Ubi, dum ad populum con-
" cionaretur, in morbum, quo ſtatim † interiit,
" morbum prolapſus eſt.

Baluz. not. ad Galland. † Tamen Theodorus Beza lib. 2. hiſt. Eccleſ. pag. 81. & Henricus Stephanus in introductione ad Apologiam pro Herodoto pag. 354. ſcribunt eum, quem vocant apoſtatam ac deſertorem veræ religionis, juſto Dei judicio perculſum eſſe graviſſimo morbo, dum è cathedrâ concionatoriâ contra veram religionem ac conſcientiam ſuam detonaret, ac mediâ tum parte corporis arſiſſe, mediâ maximum frigus ſenſiſſe, denique horrendâ acmiſerabili morte periiſſe cum maximis clamoribus & gemitibus ſupra fidem. Hæc verò ſunt partium ſtudia.

Pauca, quæ ad Franciſci Regis laudem ſpectant, excerpſi ex duabus orationibns funebribus à Stephano Baluzio unà cum Caſtellani vitâ editis, quarum alteram 23. Maii, in Pariſienſi Noſtræ Dominæ, alterum 24. Maii. in S. Dionyſii Æde, illam ipſo obſequiorum die, hanc poſtridie Caſtellanus anno 1547. in magnâ Regni Optimatum frequentiâ pronuntiavit.

" LE feu Roy n'a pas ſeulement honoré les let-
" tres magnifiquement en ſon Royaume &
" dehors, mais les a edifiées & plantées en ſon peu-
" ple par ſa largeſſe & liberalité, tant Latines,
" Greques, que Hebraïques. Il a entretenu & re-
" muneré excellement hommes eſleus pour leur do-
" ctrine

" ctrine, leſquelles liſent à preſent, tranſlatent en
" tous arts & toutes langues. Et s'il ne fuſt mort ſi
" toſt, il euſt fait, comme il avoit deſigné, ung col-
" lege de toutes diſciplines & langues, fondé de
" cent mille livres de Rente, pour ſix cent bourſiers
" povres Eſcoliers.—— Son eſtude & ſa volonté
" de ſçavoir eſtoit telle, que dés le commencement
" de ſon jeune age il n'a jamais ceſſé de faire lire
" devant luy les livres ſacrez, les hiſtoires, faire
" tranſlater, faire diſputer continuellement à ſa ta-
" ble, en beuvant & mangeant, à ſon lever, à ſon
" coucher, des plus interieures choſes & plus diffi-
" ciles de l'erudition Greque, Latine, & Hebraï-
" que, & en tous genres & eſpeces d'autheurs & de
" Lettres tant ſacrées que profanes. La memoire
" ſi retenante, que je croy certainement, qu'en ce
" monde n'en y ait une telle pour le preſent, dont
" eſt venu le ſçavoir ineſtimable duquel eſtoit
" plein. Premierement, il ſçavoit & parloit la
" langue Françoiſe mieulx que homme, qui fût
" vivant en ſon royaume. La Latine, il l'en-
" tendoit aucunement. Il n'ignoroit aucune hi-
" ſtoire où Poeſie, ny Greque, ny Latine, ny
" Hebraïque. La Chorographie & Coſmogra-
" phie de tout le monde, & meſmement de ſon
" royaume, ſçavoit-il mieulx que homme, à qui
" il parla jamais. La Philoſophie diſputative
" & la morale & la politique & la naturelle a-
" voit-il ſi bien comprins, tant par jugement
" naturel,

" naturel, que par avoir la memoire des choſes
" ouyes ou leües, que le plus ſçavant homme ne
" ſçavoit rien d'avantage. Aux mathematiques,
" tant d'une naturelle inclination, qu'il y avoit,
" que d'avoir voulu des ſçavans en entendre & con-
" noiſtre la plus grand part, il avoit ſi grand juge-
" ment, que pour la ſituation des lieux, pour le
" project & regard des veües, pour la perſpective,
" pour la raiſon des batiments (dont il a commen-
" cé & laiſſé les examples & patrons de l'Archi-
" tecture en ſon royaume ſi fort, & ſes frontieres ſi
" bien bordées) pour la conſtruction de toutes ma-
" chines & artilleries, & conduite d'icelles, il fût
" jamais peu d'hommes comparables à luy. Il a-
" voit l'eloquence ſi merveilleuſe, qu'il n'a eſté
" de ſon temps, ny ne ſera, comme je penſe, du
" noſtre, qui l'approche. De ce qu'il a laiſſé par
" par eſcript en poëſie Françoiſe, aſſeurez vous,
" que d'abondance & grandeur d'invention, de
" gravité & magnificence de ſtyle, de dignité &
" majeſté de ſon elocution, n'avons rien, ny Grec,
" ny Latin, qui la ſurpaſſe. Il eſtoit tres-ſçavant
" aux ſainctes Lettres; & y avoit peu de matieres
" difficiles, & de grande importance, qu'il n'euſt
" ouy traicter & retraicter devant luy; & en diſ-
" putant, monſtroit bien, qu'il n'en avoit rien oub-
" lié. —

Et

Et in alterâ Oratione,

" OR pouvons nous dire, que nous avons veu
" deſpouiller le vieil homme au feu Roy par
" penitence merveilleuſe, laiſſant de bon cueur le
" monde; veſtir le nouveau, deſirant eſtre avec
" Dieu, en façon que de ſa penitence, autant qu'il
" s'en peut juger par la comparaiſon de celles, dont
" il eſt eſcript aux ſainctes Eſcriptures meſmes,
" nous ne pouvons n'eſperer tout bien raiſonnable-
" ment; non pour deroger à la verité du purgatoire,
" que je ſouſtiens, mais pour magnifier la miſeri-
" corde de Dieu, que je benis & exaulce ſur toutes
" choſes; ſans diminuer de lajuſtice, ny pour re-
" froider la devotion du peuple de prier pour luy,
" laquelle je voudrois exciter; mais pour teſtifier,
" en cette conſolation, de la ſaincte & catholique
" mort, ſelon le jugement humain; à laquelle en-
" tre les exemples des penitents extremement il s'en
" trouve peu de ſemblables, qui me fait croire,
" qu'il eſt bien heureux.---- Eſt il croyable, que
" ce que Jeſus Chriſt a octroyé à la requeſte d'ung
" eſtranger & d'ung brigant, il ait denié à la priere
" à la treſdevote oraiſon d'ung Roy, & d'ung Roy
" treſchreſtien, & aux ſuffrages continuels de l'E-
" gliſe----- Pourquoy ne ſera-t-il eſtimable, qu'il
" ait la couronne de juſtice, couronne de gloire,
" couronne de vie — Il eſt probable, qu'il eſt de
ceulx,

" ceulx, de qui toutes les douleurs ſeront changées
" en joyes, & torchées toutes les larmes de leurs
" yeulx. Et deſquels ſe peut dire ce mot de l'A-
" pocalypſe. *Bienheureux ſont les morts, qui meurent en*
" *noſtre Seigneur*---- Voyons les biens qu'il attend en-
" cores apres la reſurrection, oultre ceulx, qu'il ha
" de preſent, qui eſt la glorification de ſon corps.
" Le feu Roy eſt, ſelon ce que jugement humain
" peut conjecturer, mort en noſtre Seigneur Jeſus
" Chriſt, & tresheureux, ou au cieulx, ou à tout
" le moins en la voye de ſalut, certain de ſa reſur-
" rection & gloire. ——

Hinc Theologi cauſam ceperunt; quo jure quâq; injuriâ Caſtellanum accuſaverunt, quaſi de Purgatorio igne dubitâſſet (uti priùs *notatum eſt). Tam facilè & citò accuſatur, qui vel minimè in ſuſpicionem venerit, præſertim ſi res agatur cum hominibus imperitiſſimis juxtà & anilium ſuperſtitionum œſtro partiúmque ſtudio percitis, quibus nunquam quicquam injuſtius. Qualemcunq; Caſtellanus de iſto vani ignis (imò bruto Jovis Laterani fulmine vanioris) terriculo ſententiam clam & in pectore clauſam habuerit, certè tamen apertè & diſertis verbis Purgatorium agnovit: Quod metúne & diſſimulanter an ex veritate & ſeriò dixerit, alterius eſt fori inquirere.

* Pag. 51.

Abs

Abs re non fuit, quòd in deſcribendo Franciſci Regis Petríque Caſtellani charactere diutius immoratus ſim: ut conſtet Roberti Stephani famam tantorum virorum authoritate (quam ex Eccleſiâ Romanâ nemo deſugiat) fultam invidis omnibus homuncionum allatrantium maledictis ſemper fore ſuperiorem.

VITA

by Google

VITA

Franciſci Stephani Primi.

FRancifcus Stephanus Typographus Pariſienſis & [1] juratus Bibliopola, Henrici filius [1] natu major, Roberti frater, Simonem Colinæum, cujus [2] privignus erat, [2] ſocium in Typographiâ habuit. Libri ab eo excuſi hactenus mihi pauciſſimi innotuerunt. [3] Excuſoriâ Franciſci Giraldi operâ aliquando utebatur. Prima (quantum adhuc comperi) ejus notitia fuit anno [4] 1537. continuata ad [5] annum 1547. quo tempore in clauſo brunello (ubi [5] Henricus etiam pater) habitavit. Libris ex illius officinâ prodeuntibus ſymbolum præfigebatur, aut [6] nullum; aut, ubi Colinæi nomen Franciſci nomini anteponitur, [7] Colinæïum; aut [8] Paternum cum literis F. S. ſubſcriptis, & inſcriptione, *plus olei quàm vini*, ad calcem libri; aut proprium, cum inſcriptione, πλέον ἐλαίου ἢ οἴνου. Colinæi ſymbolum fuit Tempus alatum & falcigerum, cum Epigraphâ, *Virtus ſola aciem retundit iſtam*. [8] Paternum nihil

[1] Hiſtoire de l' imprimerie &c. par Mr. la Caille. [2] Car. Steph. Pratum &c. 1543. [3] Terent. Andr. 1547. [4] Vinetum. 1537. [5] Phyſ. & Metaph. Ariſtot. 1504. [6] Pſalt. Gr. 1543. [7] Method. Confeſſ. 1542. [8] L' origine de l' imprimerie de Paris. par Sr. Chevillier. p. 320. 323. 326. 358. Volfang Hopyl imprima

imprima en ſocieté avec Henri Eſtienne chef de la famille de ce nom, l'Aſtronomicon de Jacques Fabri d' Etaples fol. 1503. où les Armes de l' Univerſité ſont gravées au premier fueillet avec pluſieurs petits Anges & Feſtons. Jean Petit aſſocié avec le même Eſtienne fit imprimer l' an 1510 fol. les ouvrages de Ch. Boville ornés des mémes armes à la premiere page, ainſi que fit Guillaume le Rouge au livre de Galien de Sanitate tuendâ 1517. Et Henri Eſtienne imprimant par luy ſeul mit à la teſte de pluſieurs de ſes impreſſions ces mêmes armes, qui ne ſont, comme on ſçait, que l' écu de France chargé d' une main, qui ſort d' une nuée, & preſente un livre fermé. On le voit à l' abregé de l' Arithmetique de Boece fol. 1510. avec le comment. de J. Fabri d'Etaples. Et au livre de Guillaume de la Mare Chanoine de Coutances, de tribus fugiendis ventre, plumâ & Venere. 4. 1512. Et au Pſalt. Quinc. fol. 1509. & 1513. Et au traité de Joſſe Clictou de Regis officio 4. 1519. Simon de Colines a auſſi mis les armes de l'Univerſité a ſon Promptuarium Juris de Jean de Montholon fol. 1520. Et Morales d' Ariſtote avec Comment. de Clictou. fol. 1522. Et l' introduct. de Fabri à la Politique d' Ariſtote fol. 1535. Et aux Comment. d' Alexandre Aphrodis. Sur les livres d'Ariſtote de primâ philoſophiâ. fol. 1536. Et à l' introduction de Fabri à la Morale d' Ariſtote. fol. 1545. —— Les anciens maîtres (Ulric Gering & Berthold Rembolt, Thielman Kerver au Corps du Droit 1507. 4. Jean Higman, Volfang Hopyl, Conrard Reſch, Henri Eſtienne premier, Simon de Colines, & pluſieurs autres) n'oublierent pas le reſpect pour leur mere, & mirent dans quelques unes de leurs editions, *finem accepit in almâ Pariſienſi Academiâ.* Et Joſſe Bade ſur le navis ſtultifera 1507. 4. &c. Thom. Ciſtercienſis ſur les Cantiques. 1521. fol.———— C'eſt à l' Univerſité de Paris, à qui on doit l' Eſtabliſſement de l' imprimerie dans cette premiere Ville du Royaume. ——— Quatre mois apres le Reglement fait par le Parlement 1542. 1 Juillet. Jacques Nymerd & † Iean André voulurent faire viſite chez François Eſtienne, qui la refuſa ; La plainte fut faite au Parlement, qui donna ſon arreſt le 30 Octob. où il eſt ordonné à ce Libraire de repreſenter, exhiber, & mettre entre les mains deſdits demandeurs tous & chacuns les livres, qui ſeront par eux demandés, pour étre viſitez ſuivant la dite ordonnance ; & cela ſur peine de priſon : Et eſt condamné aux depens, ainſi qu' on lit au Recueil pag. 21. dans les Repliques.

† Idem forſan fuit cum Johanne Andreâ, de quo priùs pag. 38. cujus etiam meminit La Caille. en l' Hiſt. de l' imprim. p. 107. Jean André libraire juré, imprima l' Epitaphe ſur la Mort du

Mareſchal de la Marche compoſée par Gilles Corrozet. 1436. Il étoit ſi zelé pour la Religion Catholique, qu'il étoit comme l' emiſſaire du Preſident Lyſet (de quo antea pag. 58.) pour luy decouvrir les nouveaux Calviniſtes, & les faire tomber entre ſes mains, comme il fit a Pierre Capot Libraire de Geneve, qui venoit de temps en temps à Paris, ou il fut arreſté en 1546. en debitant des livres contre la Religion Catholique. Jean Judet libraire a Paris faiſoit tout le contraire, avertiſſant les Heretiques des Aſſemblees & conferences des lieux & des heures, que les Catholiques tenoient entr' eux; ce qui fut cauſe, que ce Judet fut brulé en 1559.

aliud erat quàm Univerſitatis Pariſienſis inſignia, Scutum ſcilicet (utì p. 9. notatum eſt) Franciæ manu è nube emergente clauſúmq; librum proferente oneratum. Solebant enim antiqui Pariſienſes Typographi non ſolùm ſuis libris Univerſitatis inſignia affigere, ſed & hujuſmodi verba adjicere, *impreſſum in almâ Pariſiorum academiâ. abſolutum eſt* aut *finem accepit in almâ Pariſiorum academiâ*; in honorem Univerſitatis, cui munus Typographiæ ibi primùm receptum debuerunt. Franciſci Stephani proprium ſymbolum fuit vas aureum tripes libro inſiſtens, ex cujus margine prominet vitis racemus. [1] Filium habuit Franciſcum, cui (donec aliquis me certiorem faciat) malim quàm patri adſcribere Dictionarium Latino-Gallicum anno 1571. à Franciſco Stephano excuſum.

Id præterea non cenſui prætermittendum, quòd Franciſcus in ſuis excudendis [2] libris nonnunquam Pariſienſis Prætoris privilegio; ipſius verò fratres,

[1] [2] Terent. Andr. 1547.

utì

utì & ex familiâ Stephaneâ reliqui omnes, Regio uſi fuerint. [2] Pauca admodum privilegia videntur ante annum 1500 conceſſa. [3] Antiquiſſimum à Ludovico XII. anno 1507. indultum eſt Antonio Verard Epiſtolas S. Pauli cum cujuſdam Doctoris gloſſis imprimenti : à Parlamento, 1508. 12. Jan. [3] Rembolto : à Pariſienſi Prætore, 1517. 25. Jun. [4] Joanni de Celaya. Robertus Stephanus Biblia Latina prelo commiſſurus à Franciſco Rege ann. 1527. Feb. 5. diploma in quinquennium impetravit, Privilegio primus omnium Stephanorum, quoad potuerim adhuc comperire, uſus. Franciſcus Stephanus [5] ſui patris imitator [6] Pſalterii Græci à ſe excuſi frontem, Pſalmorúmq; titulos, et verſuum ſingulorum initia rubris literis inſignivit. Idem quoque [7] Henricum etiam ſecundum, [8] Paulum, [9] Robertum tertium [10] Antoniúmque interdum feciſſe in librorum titulis invenio.

[2] Andr. Chevill. Orig. de l' impr. pag. 395. [3] Cum S. Brunonem imprimeret. [4] Cum ejus *inſolubilia* Edm. le Fevre excuderet. [5] Pſalt. Quinc. Hiſt. de l'Imprim. pag. 98. Geoffroy Toury ou Tory ſit imprimer rouge & noir par Henri Eſtiennâ en 1512. Itinerarium Antonini, avec des Prefaces & avis de luy. [6] 1543. in16. [7] Thuryd. 1564. Herodot. 1570. N. T. 1587. [8] Concord. 1594. [9] Phæd. Fab. 1617. [10] Chryſoſt. Homil. 77. 1621.

VITA
Caroli Stephani.

CArolus Stephanus Roberti & Franciſci frater fuit, quem Henricus patruum, uti Robertum patrem, in Epiſtolâ ad Lectorem ſuæ Appiani editioni præfixâ appellat. Ricciolius (in Catalogo *perſonarum poſt Chriſtum inſigniorum*) Carolum Stephanum Gallum anno 1520. floruiſſe ſcribit. Quod ſi verum ſit, oportet eum fratre Roberto non multò natu minorem fuiſſe, & in tenerâ adhuc ætate annos viginti nondum aſſecutum inclaruiſſe. Bonis literis innutritus eſt, & iis imbutus ſtudiis, quæ alumnum Stephaneæ familiæ decebant. [1] Eum Lazarus Bayfius filio ſuo Antonio delegit præceptorem, ſecúmq; poſtea anno 1540. in Germaniam legatus duxit. Carolus præter cætera coluit Medicinam, quam [2] Pariſiis profeſſus eſt, & in quâ progreſſus non pœnitendos feciſſe eum liquet ex non paucis, qui ad illam ſcientiam ſpectant, tractatibus tam à ſe quàm à fratribus Roberto Franciſcóq; ac vitrico [3] Colinæo editis. Quum autem medici interſit occul-

1 *Menagius* in Anti-bailler. 2 H. Steph. in Epiſt. Dedic. Appian 1592. 3 Anatomia corporis humani, anno 1545. & 1549. tribus libris deſcripta, ubi in pingendis iis, quæ neceſſaria videbantnr, Riverio Chirurgo uſus eſt.

tam

tam vegetabilium vim explorare, necnon variam animalium hiſtoriam conquirere; quantum in hâc & illâ intellexerit, conjectare eſt ex ipſius operibus de Latinis & Græcis nominibus arborum, fruticnm, herbarum, piſcium et avium; de [1] agriculturâ; de re hortenſi, ſeminario, vineto, reliquiſq; in prædio ruſtico contentis: ex Petri Bellonii duobus de aquatilibus libris, [2] quibus conſcribendis & diſponendis omnem operam & excudendis Characteres conceſſit. Præterea libellos de re veſtiariâ & vaſculis ex Lazari Bayfii operibus ipſiúſq;voluntate excerpſit in gratiam atq; utilitatem adoleſcentulorum, [2] quibus Bayfius non æquè atq; eruditioribus conſuluerat; quóq; ſuus magìs prodeſſet labor, addidit (ſicut etiam in ſuo de arborum nominibus tractatu) Gallicam vocum interpretationem. Rei hortenſis ſtudioſiſſimum fuiſſe ex variis multíſque tractatibus ad eam pertinentibus conſtat. Libellum de re Hortenſi recognitum & [3] auctum anno 1536. Typis Roberti fratris vulgavit; poſtea anno 1545. [4] *multò quàm antea locupletiorem & purgatiorem*; in hôc libello [4] *authores qui de hâc re bene & eruditè ſcripſerunt, ſecutus eſt; eos ubique ſuis locis produxit; & ſi quid à recentioribus deſumpſit, habita eſt ipſis ab eo gratia, tituli honore minimè ſuppreſſo*: Hanc (1545.) editionem fui nepotis Henrici nomini inſcripſit, de quo deinceps

[1] l'Agriculture & Maiſon Ruſtique de Mr. Charles Eſtienne, Docteur en Medicine. [2] Car. Steph. ad Lect. [3] Neſcio an fuerit prior editio. [4] Edit. ann. 1545. pag. 7.

plura. Anno 1536. ſeminarium ſuum protulit in lucem; rurſúſque anno 1548. denuo auctum & locupletatum, cum auctario alterius libelli de conſerendis in ſeminario arboribus, iiſque in plantarium transferendis. In ejus operibus magna occurrit & varia eruditio. Ut Rem hortenſem ornaret, antiquos Scriptores diligentiſſimè excuſſit, Theophraſtum, Dioſcoridem, Plinium, multóſq; alios, quos alterâ quâq; ferè lineâ citat; ex recentioribus doctiſſimos, [1] Barbarum, [2] Ruellium, [3] Manardum. Hortos [4] Gaſparis à Gabrielis viri inter nobiles Patavinos nobiliſſimi, [5] Renati Belaii Cenomanenſis Epiſcopi, [6] ejúſque fratris Cardinalis Pariſienſis ſedulus exploravit. In medicis herbis adſcribendis eruditiſſimi juvenis [7] Franciſci Menantelli coadjutoris ſui diligentiam agnovit gratiſſimus, ſuíque fratris Roberti in hôc ſimillimus, quòd neminem laude juſtâ fraudare unquam voluerit. [8] Gallicâ paraphraſi donavit Vegetii veterinariam; conſcripſit de accipitrariis avibus librum; in quibus tractatibus fecit ſuæ domûs ruſticæ mentionem. [9] Collegit Bunelli Epiſtolas, velut naufragii reliquias, atque emiſit in lucem. [10] Quum pe-

[1] De Hort. Re. 1536. pag. 28. [2] pag. 91. vir incomparabili doctrinâ et eruditione præditus, et rei herbariæ omnium longè periti ſſimus. [3] Singulare quoddam noſtri temporis ornamentum. [4] pag. 49. [5] pag. 84. [6] pag. 36. [7] Pag. 95. [8] Almeloov. pag. 25. ex *Mr.* la Croix du Maine. [9] Sammart. in elog. Bunel. [10] Epiſt. P. Manut. Ven. 1566. p. 313.

regri-

regrinaretur, innotuit Paulo Manutio, qui Antonio Rolando ſcribens ſalutis impertitionem veterrimo amico ſuo ſpectatæ virtutis & induſtriæ viro Carolo Stephano ſubjungit.

Videtur fuiſſe ſtudioſiſſimus Antiquitatis indagator; & ut ſuæ in hujuſmodi rebus curioſitati aliorúmq; ſtudiis promovendis conſuleret, inter peregrinandum, quicquid notatu fuit dignum, obſervavit. [1] Venetiis ſe vidiſſe memorat quædam vaſcula ex oriente adferri ſolita, quæ neſcio quot annos in penitioribus terræ locis aſſervabantur, donec pellucerent, atq; ob id venenum non admittebant; vulgus Porcellanam vocat. [2] Lectorem monuit figuras navium,[3] veſtium, ac vaſculorum, in Bayſii opuſculis depictas cùm ex antiquiſſimis monimentis tum maximè ex vetuſtioribus illis marmoribus, quæ Romæ conſpiciuntur, deſumptas fuiſſe.

Arti Typographicæ tantum honoris detulit, ut non exiſtimaverit indignam, cui ſuam operam navaret; et ob ſuum meritum in Typographorum Regiorum numerum cooptatus eſt; eóq; titulo ſuorum librorum editiones ab anno 1551 ad annum 1561 ornavit. Communibus, cum [3] Roberto fratre, & [4] Regiis Typographis, in Græcis præſertim,

[1] De vaſcul. 1536. pag. 21. [2] De re nav. 1536. Car. Steph. Lect. [3] Cicero. [4] Appian.

 ſymbolis

ſymbolis, aliquando [1] nullo utebatur. [2] In Pithœanis legitur, Æmarum Ranconetum [3] Veſunâ Petracoriorum ortum, ex familiâ non admodum divite, [3] ſed poſtea ſenatorem Burdigalenſem, dein in Pariſienſi curiâ alterum Inquiſitionum Claſſium Præſidem, aliquando Correctoris munus apud Robertum & Carolum Stephanum exercuiſſe. Sed non eſt, quod quemquam pudeat hujus muneris, quo [4] multos tum illuſtri loco natos tum ad ampliſſimos honores evectos accipimus nonnunquam functos fuiſſe.

[1] Bacehanel-de conſens. Medic. [2] Menag. Anti-baill. cap. 36. [3] Thuan. Hiſtor. [4] Andr. Chevill. Orig. de l'impr. p. 194. 195, 196, 198. Marc. Muſurus de Candie & aprés Archeveſque de Raguſe corrigea le Grand Etymolog. Ven. 1499. imprimé par Zach. Callierg. aux dépens de Nic. Blaſtus. Iean Laſcaris de l'illuſtre famille, qui donna trois ſouverains a l'empire Grec.---- [correctoris munere functus eſt. Henr. Steph. Querim. Art. Typogr.] Ioſſe Bade correcteur dans l'imprimerie de Iean Trechſel a Lyon. & devint ſon gendre. Fred. Sylburgius à Francfort chez les Wechels, Sigiſmond Gelenius à Baſle chez les Frobens. Oecolampade chez Froben le pere, Ortuinus Gratius à Cologne chez les Quentels, Nicolas Gerbel à Strasbourg chez Mathias Schures, Phil. Melanchthon chez Tho. Anſelme à Tubinge 1517. & n'ayant que 20 ans il corrigeoit la Chronique de Nauclerus. (Lege Melch. Adam.) Eraſme chez Theodore Martin à Louvain, & chez Alde à Veniſe, ce qui luy eſt reproché par Albert Pie & Scaliger le pere. Lege Malincrot. de Art. Typ. pag. 96. Mais il faut penſer, qu'il ne corrigeoit que ſes propres ouvrages ni à Louvain ni à Veniſe. Mentel de verâ Typog. Orig. pag. 11. dit que Jean André Eveſque d'Aleria & Antoine Campanus Eveſque de Teramo (Naudé dans ſon addition à l'hiſtoire de Loüis XI. pag. 297.) étoient en même temps correcteurs a Rome: André chez Conrard Sweynheim & Arnoul Pannart, Campanus chez Udalricus Gallus.

Carolus

Carolus Patrones habuit † Jacobum Meſmæum Pariſiorum proprætorem Civilem, (cui dedit ſuum ſeminarium anno 1548) Gulielmum Baillium Regiarum rationum Præſidem, & ex Cardinalibus, Carolum à Lotharingiâ, Bertrandúmque Galliæ Cancellarium: Illi Prædium Ruſticum, & libros de nutrimentis; horum priori Ciceronem & Dictionarium Latino-Græcum in Remenſium uſum ex Budæi vigiliis confectum, [1] alteri De diverſis Regulis juris antiqui Pandectarum libri quinquageſimi Titulum ſeptimum decimum dicavit.

Cardinalis ille à Lotharingiâ fuit magnus literarum promotor: [2] ſibi enim typographeion inſtruxit; Typographiæ ab Henrico Rege impetravit Privilegia; [3] Remenſem inſtituit Academiam, Pariſienſem (cujus olim alumnus fuerat) auxit. [3] Eum Carolus Stephanus cum Cicerone contulit, quorum *utrique illud erat commune, quòd in ampliſſimis Rei-publicæ negotiis occupati in omni tamen literarum genere itâ verſarentur, ut eos etiam, qui id unum agebant ac profitebantur, labore ac induſtriâ facilè vincerent.*

† *Epiſtol. Dedicat.* animadvertit eum vehementer bonas literas amare; quódque nullum ex libellis, quos de hujuſmodi rebus conſcripſerat, prætermiſerit non à ſe diligentiſſimè perluſtratum. Libellum eum, quem adoleſcentulis in re Grammaticâ adhuc rudibus ſcribebat, expolivit; rem ipſam in Meſmæi gratiam paulò attentiùs interpretatus, ut non herbarum aut arborum oblectationem modò ſed etiam culturæ fructum aliquem perciperet, ac tum demum intelligeret, quâ cura quáve ratione ex Antiquorum ſententiâ excolendum eſſet Rœſſianum ſuum, ſatìs jam commodè & ingenioſè excultum. [1] Menag. Antib. cap. 59. [2] Epiſt. Diction. Lat. Gall. 1552. [3] Epiſt. præfix. Ciceroni.

[3] Is

Is etiam comparavit Henricum Regem Paternæ virtutis uti ſceptri hæredem Alexandro Macedoni & Auguſto, quorum ille in Græciâ hic Romæ literas ab interitu vindicaverunt.

[1]Carolus è regione Scholæ decretorum habitavit; ubi in Typographicâ arte tantum operæ poſuit, ut de [2] literis & omnibus ferè diſciplinis bene mereretur. Excudit enim in ſacris, Novum Teſtamentum; in Grammaticis Pagnini abbreviationem Inſtitutionum Hebraicarum, Inſtitutiones Angeli Caninii Syriacas, Clenardi Hebraïcas & Græcas, Deſpauterianæ Grammaticæ contextum; in Hiſtoricis, [3] Appianum; in Oratoriâ, Ciceronem; in Jure, titulum de regulis juris antiqui, in Medicinâ, Bacchanellum, de quo lectorem monet, ut nihil ob ſermonis venuſtatem (qui in eo haud ità fortaſſe terſus atq; expolitus eſſe videbitur) judicii atq; authoritatis illi adimat. Quanquam ſuum nomen medicinæ præſertim dederat, oſtendit tamen, quàm minimè alienus fuerit ab eâ politiore literaturâ Latinâ ac Græcâ, in quâ Medicum oportet eſſe verſatiſſimum. Fac periculum in Philologiâ, Poeticâ, Rhetoricâ, Hiſtoricâ, Geographiâ; quæ virum erudiriſſimum ſcire æquùm eſt, ſolertem invenies. Linguam Latinam contulit cum Græcâ;

[1] Apologia cujuſdam &c. 1551. [2] Sammarth. in elog. Bunell. [3] H. Steph. Lectori. Appian. ann. 1592. Roberti Stephani patris mei & patrui Caroli Stephani operâ, etiam ſi patrui tantùm nomen frons libri præferat, in lucem prodiit Pariſiis.

notas

notas ſcripſit in [1] Terentii Andriam, præfixâ ad Amuſum Epiſtolâ, in quâ ſententiam refellit eorum, *qui temere judicant illum, cujus operâ nonnihil fuerit Latinè conſcriptum, etſi familiares ſuos in conſilium adhibuerit, ab iiſq; quodcumq; ſibi utile ſit viſum, deſumpſerit relatâ atque habitâ gratiâ; tamen Authoris nomen jure non promeruiſſe.* Dictionarium edidit [2] Poeticum, Latino-Græcum; Latino-Gallicum, in cujus Præfatione *eos maximè aberrare ſcribit, qui quemadmodum de librorum indicibus, ſic etiam de Gallico-Latinis ac Latino-Gallicis dictionariis magnopere conquerebantur, quibus hoc commentum placuit, ut quemadmodum Typographiam, ſic etiam Indices & Dictionarios negligentiæ potiùs quàm eruditionis bonarum literarum ſectatoribus anſam præbere dicant.* Anno poſt editum Ciceronem indicibus ſeparatis locupletatum, [3] *cujus opera per ſcribarum aut librariorum vitium, nondam repertâ Typographiâ, variis lectionibus abundare queritur;* [4] *à quo nulla pars Reipublicæ, nullum munus boniq; civis officium non deſcriptum eſt & explicatum, nulla ars aut diſciplina non aliquid lucis & ornamenti accepit:* Theſaurum adornavit, qui univerſas Ciceronis divitias complecteretur. Præterea Gallico ſermone, [5] fabulas ſcripſit, Paradoxa in declamationum forenſium imitationem; Ducum Mediola-

[1] F. S. 1541. [2] multoties poſtea auctum. [3] [4] Præf. ad lect. Epiſt. ad Cardin. [5] Les Abuſes. Comedie de Profeſſeurs de l'Academie Sienoiſe &c. a Lyon 1543. 16. & a Paris 1556. 16. l'Andrie de Terence. en Proſe Francoiſe-avec un recueil des Jeux Grecs & Romains. a Paris. 1542. 16. Draud. p. 150.

nenſium

nenſium hiſtoriam redegit in compendium, compoſuit itinerarium Gallicani Regni cum Catalogo fluviorum, [1] aliud juxta Antonini exemplar promiſit, nondum editum. Plura Index librorum ſuppeditabit. Eum & Jacobum du Puis ſocios in excuſoriis ſumptibus fuiſſe conſtat ex editione Dictionarii Latino-gallici. 1561.

Carolo Stephano fratres Robertus & Franciſcus in ejus operibus ad rem ruſticam ſpectantibus, notíſq; in Terentii Andriam excudendis inſervierunt. Carolus Bibliorum Hebræorum editionem videtur in animo habuiſſe, cum Geneſin anno 1556 excuderet. Integrum Pentateuchum ab eo excuſum author eſt [2] Andreas Chevillier.

[3] Carolus Pariſiis obiit anno 1564. in cujus editionibus tam varia et expolita ſpectatur eruditio, tam nitidus & emaculatus character, ut ſi Typorum cernas elegantiam, nullos habuerit Typographos ſuperiores; ſi doctrinam & induſtriam, etiam doctiſſimos æquaverit; ſi breve (quod Typographiæ impendit) temporis ſpatium, librorum editorum numero ceſſerit pauciſſimis: neutiquam certè à familiæ ſuæ laudibus degener fuerit. Moroſus fuiſſe creditur ex Epiſtolâ Maumontii ad Jul.

[1] Almel. p. 25. ex Mr. la Croix du Maine. [2] L' Orig. de l'Impr. p. 297. Charles Eſtienne ſe ſignala dans l'impreſſion d'Hebreu auſſi bien que ſon frere Robert. Il imprima le Pentateuche in 4. 1546. (repone 1556.) [3] Hiſtoire de l' Impr.

rum

Scaligerum ſcriptâ, quam paulo poſt cum lectore integram communicabo, ut ei integrum ſit ſuo judicio uti.

Filiam reliquit † Nicolaiam, quódq; huic in illâ familiâ ſexui uſu veniſſe antea obſervatum eſt, doctiſſimam: cujus nuptias cupivit Jacobus Grevin, eóq; anno 1570. defuncto adeptus eſt Joannes Libaut, ambo medici; quorum hic ſoceri ſui librum de Domo ruſticâ plurimum auctam anno 1572 vulgavit. Eundem hunc librum vidi Italicé ab Hercule Cato verſum & Venetiis anno 1581 excuſum.

† De quâ hæc leguntur apud Mr. la Croix du Maine pag. 358. Nicole Eſtienne, Pariſienne, fille de Charles Eſtienne, & femme de Mr. Iean Libant, tous deux docteurs en Medicine. Iacques Grevin Medecin eſcrivit en ſa faveur les Amours d' Olympe. Elle a eſcrit pluſieurs Poeſies Françoiſes non encore imprimées & entre autres les reſponſes aux Stances du Marriage eſcrites par Ph. des P. Le meſpris d' Amour, non encore imprimé, non plus que les ſuſdittes Stances. Davantage elle a compoſé une Apologie ou defence pour les femmes, contre ceux qui les meſpriſent. Ce livre eſt eſcrit en proſe, & n'eſt encore imprimé. Elle floriſt à Paris l' année 1584.

Ea,

Ea, quæ ſequuntur, excerpſi ex [a] Hiſtoir. de l' Imprim. par la Caille. [b] Ex L' Origine de l' Imprimerie &c. par André Chevillier. pag. 259. [c] Ex Menag. Anti-baillet. cap. 59. [d] Ex Julii Cæſaris Scaligeri Epiſtolis. Epiſtol. 75.

[a] CHàrles Eſtienne Pariſien, Imprimeur du Roy, Docteur en Medecine de la Faculté de Paris, habile homme, étoit frere de Robert Eſtienne premier & oncle de Henri Eſtienne ſecond. Cette famille étoit heureuſe a produire des hommes doctes; entr' autres celuy-cy, qui a compoſé pluſieurs livres, ſcavoir, De diſſectione partium corporis humani lib. 3. fol. imprimé chez Simon Colinet 1550. Seminarium chez ſon frere. Rob. Eſtienne 1536. 8. Arbuſtum, fonticulus, ſpinetum. 1538. 8. Sylva tractatuum, Collis &c. 1538. La Maiſon Ruſtique en 4. qui a éte depuis augmentée par Jean Liebaut, Dr. en Medicine à Paris ſon gendre. Ces trois derniers Livres imprimées chez ſon frere Francois. De nutrimentis lib. 3. chez Robert 1550. 8. Abregé de l' hiſtoire des Vicomtes de Milan. 1552. 4. Hiſtoire de Lorraine. 1552. 4. La guide des chemins de France, avec le Catalogue des fleuves & rivieres 1553. Prædium Ruſticum. 1554. 8. Theſaurus Ciceronis. 2. Vol. 1556.

&

& pluſieurs autres. Il a traduit d' Italien en François la Comedie des Abuſes en 1540. Il mourût à Paris en 1564. & laiſſa une fille nommée Nicole Eſtienne, de qui Jacques Grevin Medecin de la Ducheſſe de Savoye devint amoureux, & qu'il rechercha en Marriage, ce qui luy donna même occaſion de compoſer en vers ſon Olympe en deux parties. Mais la mort l'ayant ſurpris le 5. de Nov. 1570. agé de 29. ans, elle fut mariée au Sr. Liebaut. Elle étoit ſçavante, & compoſa pluſieurs poeſies Françoiſes, & une Apologie ou defenſe pour les femmes contre ceux, qui les mépriſent.

b CHarles Eſtienne frere de Robert Docteur en Medicine de la Faculté de Paris connu par pluſieurs Ouvrages, qu'il a compoſés; particulierement par le Dictionarium Poeticum ------ & par le livre de la Maiſon Ruſtique. Il etoit fort habile Imprimeur. Il fit la belle edition d'Appian 1551. celle du Nouv. Teſtamen. in 8. [1] que cite Janſſon d' Almeloüe de l' année 1553.

[1] De eà videtur dubitare, et, quaſi non vidiſſet ipſe, Janſſonii teſtimonium affert.

Charles

CHarles Eſtienne. étoit Medecin, & en cette qualité Bucanan a fait mention de luy dans ſon Elegie ſur la goute [quam Elegiam ad Ptolomæum Luxium Taſtæum & Jacobum Tevium anno 1544 miſit.]

Sæpe mihi medicas Groſcollius explicat herbas,
Et ſpe languentem conſilióq; juvat.
Sæpe mihi Stephani ſolertia provida Carli
Ad mala præſentem triſtia portat opem.

Antoine Baïf en a fait mention en la même qualité dans ſes vers addreſſés au Roy Charles IX.

Je ne fûs pas ſi tôt hors de l' enfance tendre
La parole formant, qu'il fût ſoigneux de prendre
(Il parle de Lazare de Baïf ſon Pere.)
Des maîtres le meilleur, pour dés-lors m'enſeigner
Le Grec & le Latin, ſans rien y épargner.
Charle Eſtienne premier ; diſciple de Lazare
Le docte Bonami ; de mode non barbare
M'apprint a prononcer le language Romain, &c.
En l'an, que l' Empereur Charles fit ſon entrée
Reçeu dedans Paris, l' année deſaſtrée,
Que Budé trépaſſa, mon pere, qui alors
Alloit Ambaſſadeur pour voſtre aieul dehors
Du Royaume en Almagne, & menoit au voyage
Charle Eſtienne ; & Ronſard, qui ſortoit hors de page :
Eſtienne Medecin, qui bien parlant étoit :
Ronſard, de qui la fleur un beau fruit promettoit.

Il imprima le * *Prædium Ruſticum* à Paris en 1554. & le dedia à Guillaume Bailli Preſident de la Chambre des Comtes de Paris, biſaieul de Mr. Bailli Avocat General au Grand Conſeil ; auquel il a auſſi dedié ſon traité *de nutrimentis.* Et en 1577. (repone 1557.) il imprima un livre avec ce titre, *De diverſis regulis juris antiqui Pandectarum libri quinquageſimi Titulus ſeptimus decimus, cum Tuſco aut ex eo ducto accuraté collatus & emendatus. In eundem titulum vetus, ſed incerto Authore brevis & elegans commentarius : niſi tu Placentinum eſſe dixeris : eo argumento, quod ſequenti paginâ componitur.* Il dedie cet ouvrage au Cardinal Bertrand Chancelier de France. Et par ſa Dedicace, il paroiſt, qu'il avoit déja fait une premiere edition de ce livre. Dans cette premiere edition, il prend la qualité d' Imprimeur du Roy,-- & dans tous ſes autres livres.---- Il a fait un Dictionaire Hiſtorique Geographique Poetique. Et c'eſt de ce Dictionaire, dont a entendu parler Cujas en cet endroit du chap. 3. du liv. 27. de ſes obſervat. *Ne etiam credamus Indici Caroli Stephani, qui*

* Is liber verſus eſt Italicè, [1] *Caſa di Villa di Carlo Stefano.* 4. Gallicè (niſi fallor, Rothomagi, 4°.), Anglicè 4° & fol. *the Country-farm by Gervaſe Markham.* & Germanicè, [2] Caroli Stephani prædium ruſticum Germanicè tranſlatum à Melchiore Sebitzio Medico. Argentorati, fol. 1579. & 1588.

[1] Lege catalogum librorum ab Aldo excuſorum ad calcem libri, *Eſſame de gl'ingegni de gl'huomini, Di Gio. Huarte.* Ven. 1590. [2] Lege Ἐκλεκτὰ Γεωργικὰ Camerarii. Noriberg. 1596. pag. 231.

Pompeiopolin Ciliciæ, tanquam ex Solino, poſtea Trajanopolin fuiſſe appellatam : mutato, *inquit*, nomine, poſtquam in eâ fato cedere Trajanus coactus eſt. Car ces mêmes termes de Charles Eſtienne ſe trouvent dans le Dictionaire, dont nous parlons, au mot *Pompeiopolis. Pompeiopolis Ciliciæ urbs Melæ in deſcriptione Ciliciæ : deinde urbs eſt à Rhodiis Argiviſque, poſt Piratis, Pompeio aſſignante, poſſeſſa : nunc Pompeiopolis, tunc Soloe : Quæ etiam, Solino teſte, poſtea Trajanopolis eſt apellata ; mutato nomine, poſtquam in eâ fato cedere coactus eſt.* Cujas appelle *Index* ce Dictionaire de Charles Eſtienne ; & c'eſt comme il eſt appellé dans la Preface au Lecteur de l' Edition de 1618.----- Nicole Eſtienne ſa fille --- perſonne ſçavante, devant que d'epouſer Jean Liebaut, avoit été recherchée en Marriage par Jacques Grevin, Medecin de la Ducheſſe de Ferrare, lequel fit un tres grand nombre de vers a ſa louange, qu'il intitula *l' Olympe.* Voyez la Croix du Maine.----C'étoit un homme de facheuſe Humeur ; ce qui paroit par une lettre de Maumontius a Jules Scaliger, imprimée parmy les lettres de Jules Scaliger. J'ay cité tous ces témoignages, Mr. Janſon ayant écrit, que perſonne, a la reſerve de Scevole de S.Marthe, n'avoit fait mention de nôtre Charles Eſtienne.

---

[d] *Scaligero Maumontius.*

POſt ſuperiores ad te datas literas, cum nondum diſceſſiſſet, per quem ſcripſeram, quòd eum remorata eſſent quædam negotia, ego inter has moras Carolum Stephanum conveni, quem hodie reperi domi ſuæ, quum antea ſæpe fruſtra illò iviſſem, nec id quoque factum hodie percommodè, uti audies. Narrabo enim omnem fabulam, uti habeas, quem perpetuò ridere poſſis, atque etiam effundere in riſum Σαρδόνιον. Homo, cum ad eum acceſſi, ſurgebat tum ab accubatione epulari plus juſto potus, ſicuti exiſtimo, útque apparuit ex his, quæ ſunt conſecuta. Nam poſtquam ei ſalutem à te beniguiſſimè impertii, tuáſque literas tradidi, ille confeſtim ad nomen tuum commoveri, deinde ſubringi, deinde erumpere in excandeſcentiam magnam, quam & vultu & geſtu & omni reliquâ corporis actione oſtentabat, ità ut efficeret etiamnum, quæ furioſorum ſunt. Quod niſi eum antea probè noviſſem, exiſtimâſſem non ſanæ mentis eſſe. Ille præ irâ fervoréq; animi neq; me cognoſcere, hominem ſibi ſuíq; ordinis hominibus ſatìs notum, neq; poſſe ullo pacto conſiſtere, neq; ad ſe redire, literas tuas planè averſari, nolle legere, ad me torvè reſpicere, manus concutere, collidere, ſurſum deorſúmq; tollere, ità ut mirarentur, qui aderant, rideréntq; etiam importunitatem & efferatam men-

tem hominis: uxor verò valde id dolere, eúmq; aſpere reprehendere mihi videretur. Tandem cum rogâſſem perhumaniter, ut ſe aliquantulum ſuſtineret, dúmq; bilis defediſſet, tranſigeremus, quod cum eo de re tuâ habebam negotium, atq; curaretur utì id omne in rem utriuſq; veſtrûm decideretur, interim mihi paucis declararet, quid eum adeo pungeret, ut hunc fervorem animi tam aſpere præ ſe ferret: me daturum brevì operam, quo tu vel deprecando vel culpam avertendo, ſiquid inter vos offenſæ interceſſiſſet, excuſatione honeſtâ apud eum uterere: faceret modò ut expoſtulationem nunc ſuam mihi pacatâ mente aperiret. Ille primò nihil adhuc ad rogatum reſpondere, ſed in irâ perſiſtere. Demum cum chartam accepiſſet, pauca mihi verba fecit, hanc in ſententiam: Te illi omnes libros tuos antea pollicitum, ſed tamen poſtea, ſuaſu quorundam hominum (neſcio quidem an me inter illos poneret) fructuoſos Lugdunum atq; Lutetiam aliis miſiſſe, inutiles & non vendibiles apud ſe reliquiſſe. Librum tuum ejus eſſe generis, ut non niſi magno cum impendio excudi poſſet, & excuſus vix temere unquam vendi. Afferebat exemplum de Theſauro ſuo in Ciceronem, cujus etiam exemplar unum aiebat tibi miſiſſe, quo in excudendo Theſauro cum multum quidem referretur expenſum, nihil planè adhuc aut quamminimum in tabulam accepti retulerat: & tamen plauſibilis quidem erat materies, valdéq; à multis expetita.

Tuam

Tuam porrò elevabat, hoc eſt, artis Poeticæ tractationem, in quâ quum multi antea laboràſſent, id, aiebat, parvo eis fuerat honori parvæq; utilitati. Præterea diſpoſitionem reprehendebat, quòd diceret multa ſinè ordine locata, multáq; longa prolixáq; & non bene adſuta. Quare magnâ ex parte librum circumcidendum (quod tum te facturum illico præcisè negavi), ſi futurum eſt in eo aliquod operæ pretium, in eámq; rationem nonnullas paginas à ſe deſcriptas & concinnatas oſtendebat. Addebat præterea nonnulla interjecta eſſe, quæ depravatæ religionis ſuſpecta (ut ſunt nunc tempora) viderentur, dum ſcilicet in Sacerdotes præter rem (inquit) inveheris; in ſummâ, ſe in eo imprimendo libro neq; laborem ullum neq; operam omnino ullam velle deſumere. Si alios tuos, quos habes multos in arcâ, admodum utiles, de utilíq; diſſerentes materiâ illi mitteres, ſe & tibi & amicitiæ ſatisfacturum: hunc porrò librum Poeticæ tractationis ſe mihi reddere, ut ad te referatur, vel ad alium eatur librarium; quanquam ſciat nullum futurum, qui huic rei, in quâ multus labor multa impenſa quæſtus verò eſt modicus, ſuam velit dare operam: túncq; librum mihi contemptim tradidit, cum ſua, id eſt, quæ in eum pauca ſcripſerat, manu ſuâ ad ſe retraxiſſet: ſimúlq; foras furibundus ſe proripuìt: ac neſcio, an aliquid ex libro tuo perverterit. Evolvam tamen diligentiſſimè, téq; de eo certiorem faciam. Habes nunc ineptiam

hominis omni riſu omne in tempus proſcindendam, quam breviter tibi ſcripſi; nam multò etiam majora exhibuit. Virum quidem malum eſſe paulò ante noveram; nam mihi fuerat narratum, eum erga nepotes fratris filios impiè atq; inhumaniter ſe geſſiſſe. Sed ea nihil ad rem. Nunc quæ eum exulcerârant, duo poſtea, dum redeo, ex ſcriptis illius eſſe conjeci; nam tunc ad ea, quæ ſcribebat, non bene adverteram. Unum, quòd liber tuus in plantas Ariſtotelis à Vaſcoſano recens fuiſſet excuſus, ſibíq; putabat hoc præreptum lucrum, quanquam dixeram te inſcio ab amicis id factum; & tum quia bene ceciderat, fuerátq; Vaſcoſanus eâ in re egregiè ſuo functus officio, te factum approbâſſe, quòd ante librum Cardanum mecum attulerim, ille planè ignorat. Alterum eſt, quòd Theſaurum ſuum non tanti neq; tam multis vendebat, quanti putârat; & ad eum venio, quum recens illa plaga, nondum cicatrice obductâ, illum pungeret. Sed quæ tua aut mea in eo culpa eſt, aut quid ad hanc rem noſtram pertinet, ſi ille res privatas ſuas nequit expedire? In quo videre potes hominis ſtoliditatem atq; adeo inſolentiam. Nunc vide, quid de libro tuo artis poeticæ factum velis: nam illum penès me habeo. An ſcilicet vis illum tradi alii chalcographo (quod equidem experiar), an ad te remitti.

Ex

EX Theſauri Ciceroniani mentione conſtat hanc epiſtolam poſt annum 1553 datam. Vides, quàm ægre tulerit Carolus Vaſcoſanum ſibi præpoſitum; quid ipſe de Scaligeri Arte Poeticâ ſenſerit; quòd ipſius Theſauri pretium ſpem de tam utili opere conceptam fefellerit; quod erga fratris filios (Roberti, ut puto, nam neſcio an plures uno Franciſcus habuerit) inhumanè ſe geſſerit; (forſan nepotibus nimiùm favere non auſus eſt, ne id ſibi invidiam ob fratris fugam mutatámq; religionem pareret) Totam rem, Lector, expende; & uti viſum fuerit, judica.

NEque forſan te pœnituerit, ſi legeris, quid de noſtro Carolo Hubertus Suſſanneus Legum ac Medicinæ Doctor in primo ſuorum Ludorum anno 1538 apud Sim. Colinæum excuſorum libro ſcripſerit.

Ad Carolum Stephanum Medicum.

QUis non det applauſum tibi
Surgenti ad altam gloriam?
Quis demereri te ſuo
Labore nolit, omnium
Fert quotquot orbis optimum?
A moribus quis, Carole,
Non laudet & ſcientiâ?
Ut adminiſtrum muneris
Lauti, decentis & pii.
Quâ mentione proſequar
Hunc, qui perutilem omnibus
Profitetur artem Apollinis
Celebritate maximâ,
Compendiariis notis,
In corrigendo Hippocrate,
Qui perperam in multis Scholis
Docetur, intentiſſimum.

Morbo impeditos allevas
Curationis munere.
Fortuna quicquid obtulit,
Natura quicquid & labor,
Tot temperatus artibus,
Confers in uſus publicos.

Laudare te cum omnes decet,
Tum maximè Suſanneum
Ingentia ob beneficia.

Cum ſit tamen vix primulis
Inauguratus literis,
Miſcere mel poeticum
Tibi quî, vir excellens, queat,
Tempus terenti molliter,
In literis & otio,
In Palladis blando ſinu,
Quem antiquitas fautrix canet
Dignum perenni gloriâ?

JAM quum, quicquid undequaq; de literato hôc fratrum ternione corrogare potui, in eorum vitas contulerim; æquum eſt Henrico Patri id in laudem verti, [1] quòd, poſtquam per annorum ferè viginti ſpatium editiones optimas plurimáſq; ſuâ induſtriâ protuliſſet, eos poſt ſe reliquerit filios, qui artem typographicam eò uſq; promoverunt, ut nullum ulterius admitteret incrementum.

[1] L' Hiſtoire de l' Imprim. & l' Origine de l' Imprim. p. 163.

Nihil me natalium ordo morabitur; Robertus Franciſcúſne natu maximus fuerit, quamlibet dubium controverſúmq; ſit, multæ tamen cauſæ, ut illum duobus aliis prætulerim, monuerunt, vel eruditio et Linguarum peritia, vel excuſorum

emen-

emendatiſſimè [*] Typis elegantibus librorum numerus, vel potiſſimùm, quod is Romanæ Eccleſiæ errores maturè præſenſerit, tandémq; nullo, quod aditurus erat, diſcriminis metu ab eorum odio avulſus natale, ubi Evangelicæ veritati non fuit locus, ſolum deſeruerit. Sed ſatis de his ſuprà. Horum nunc vitas claudet Epiſtola Jacobi Fabri Stapulenſis ad Henricum Stephanum anno 1504 data, quæ ejus introductoriis in Phyſicam dialogis ab Henrico excuſis præfigitur; unde facilè conſtabit, quanto in precio inter homines eruditos eâ tempeſtate habebatur Stephaneæ Stirpis primus ille parens & fundator.

[*] Hìc minimè reticendum cenſeo, quòd Franciſco Regi in Hebræis Regiæ Typographiæ Characteribus Gulielmus le Bé optimus tunc fuſor operam ſuam locaverit, idem qui à Philippo II. Hiſpaniarum Rege delectus eſt, ut Characteres Bibliorum à Balt. Plantino Antverpiæ impreſſorum formaret. (Hiſt. de l' impr. pag. 114.)

Chariſſime Stephane,

QUanta ſit animorum benevolentia inter liberalium artium cultores in hôc noſtro Pariſio ſtudio (ubi res cognita eſſet) exteri mirarentur. Certè mordaculum virum, et qui (ut aiunt) naſum Rhinocerotis habet, tanquam Cerberum trifaucem irrident execrántq;, magíſq; operæ pretium ducunt ſanctæ amicitiæ jura colere: tanquam à Minervâ (quæ olim & ſapientiæ & pacis Dea putabatur) geniti

niti videantur. Nec injuriâ (ut aiunt), nam et Philoſophia & Philoſophus nomina ab amore ſortiuntur. Quid enim Philoſophia niſi ſapientiæ amor? Quid Philoſophus niſi verus ejuſdem amator? Jure decet itaq; (ut rectè ſentiunt) ipſos eſſe amicos. Quo fit, ut, cum primùm invidos malevolos & ſeſe mutuis dentibus lacerantes ſentiunt, non ampliùs Philoſophos reputent: ſed eos pro flagitii conditione in Pythagoreos canes verſos putant. Et ne nos ab eorum officio deciderемus; mutuâ nos multos annos aſtrinximus benevolentiâ: ut tua & tui & noſtri Bohuſlai Tinnenſis [1] michi ſemper gratiſſima fuerit frequentia, et itidem vobis gratiſſima. Tu curâſti, ut noſtræ Paraphraſes caſtigatæ ab ipſorum efformatorum manibus prodeant in lucem, qui ſæpe ab Archetypo deviant, niſi vigilans caſtigator affuerit. Bonum inſuper tibi viſum eſt nos introductorios dialogos adjicere; quod eò libentiùs feci, quò magìs tu & amicus & pro hôc negotio vigilans optaveris petieríſq; amiciſſimè noſtrorum conphiloſophantium turbæ exponendos, *&c.*

[1] Notum eſt olim voces *mihi* & *nihil* ſcriptas & prolatas fuiſſe *michi* & *nichil*, de quibus lege Joannis Theodorici Bellovaci libellum apud R. Steph. anno 1540. excuſum.

APPEN-

APPENDIX BREVIS

De Roberti Stephani ſocero Jodoco Badio Aſcenſio, vitrico Simone Colinæo; affinibus Michaele Vaſcoſano, Johanne Roigny, & Conrado Badio: ex *Hiſtoire de l'Imprimerie par Mr. la Caille: & l'Imprimerie de Paris par le Sr. Chevillier.*

JOſſe Bade ſurnommé Aſcenſius d'Aſc en Bruxelles naquit en 1462; eſtudia à Gand, à Ferrare ſous Baptiſte Guarini en Grec & Latin; il alla à Lyon, où il enſeigna & expliqua les Poëtes, fût correcteur dans l'Imprimerie de Jean Trechſell, épouſa Thelif Trechſell ſa fille, de laquelle il eût pluſieurs enfants. Aprés la mort de ſon Beaupere, il vint à Paris l'an 1499 ou 1500 pour enſeigner le Grec, & y rétablir l'art de l'Imprimerie, à qui il s'addonna preſqu'en même temps qu'Alde Manuce, & l'exerça plus de 30 ans. Il s'eſt ſervi de la lettre Gothique preſque juſqu'à la fin de ſa vie. Il fit commentaires ſur Horace, Seneque, Juvenal, Martial, Lucrece, Salluſt, Valere Maxime, Quintilien, Aule Gelle, &c. Il avoit un frere nommé Jean; & un fils Conrad; & trois filles, Perrette, (qui fût mariée à Robert Eſtienne) Catherine & Jeanne. Il mourût en 1534, ou 1535: car il imprima Alphonſus à Caſtro contra Hæreſes 1534. fol. & Lombard

in

in Epiſt. Paul. 1535. fol. où (Joſſe Bade étant mort avant la diſtribution du livre) on mit à la premiere page pro hæredibus Jod. Badii 1535. menſe Decembri. Sa marque étoit Prelium Aſcenſianum.

SImon de Colines ou Colinet épouſa la veuve de Henry Eſtienne premier; qui luy apporta en marriage l'Imprimerie de feu ſon mary. Il fût un des premiers, qui s'addona à tailler des poinçons, & à frapper des matrices pour les caracteres d'imprimerie. Il imprimoit en bon papier, en belles lettres, & correctement. Il commença à imprimer l'an 1519. Jud. Clictov. de Regis officio 4. On lit ſur la † logique d'Ariſtote imprimée avec les commentaires de Jaques Fabry d'Etaples, ex officinâ Henrici Stephani & ſucceſſoris ejus Simonis Colinæi 1520. Il prit le privilege de François I. 11. Octob. 1520 pour le || Promptuarium utriuſq; Juris de Jean de Montholon. fol. Sur ſa reputation de tres bon Imprimeur & tres correct, on luy donna les Actes du Concile de la Province de Sens, que le Chancellier du Prat, Archevêſque de Sens, aſſembla à Paris contre les Hereſies Lutheriennes l'an 1528. C'eſt une des plus belles editions in fol. de ce temps-là, & des plus correctes. Il ſe ſervoit d'une tres belle lettre Italique. Il imprima les ſix

† Penes me eſt hic liber, qui Simonis Colinæi nomen non gerit. || Hunc librum (ut conjicio) Colinæus cum Henrico Stephano primo excudit.

pre-

premiers livres d'Euclide fol. 1536. en Grec & Latin avec les demonſtrations d'Oront. Fin. 174 pages & l'errata de deux fautes, qui ne ſont qu'à quelques exemplaires: le plus petit Errata des in folio de ce temps-là. L'honneur d'avoir retabli le beau caractere dans les Imprimeries de Paris appartient à Simon de Colines, à Robert Eſtienne, à Michel Vaſcoſan, & Jean de Roigny, qui n'ont fait que de belles editions. Simon de Colines eſtoit un des habiles Imprimeurs de ſon temps pour le Grec & le Latin, & tres entendu dans ſon art. Il avoit pour marque *Le temps* avec ces mots *Virtus hanc aciem ſola retundit:* & quelquefois des lapins, que l'on appelle *Conils* faiſant alluſion à ſon nom de *Colines*.

Michel Vaſcoſan épouſa Catherine Badius, & en ſecondes nopces Robine Coing. Il étoit Libraire juré & Imprimeur ordinaire du Roy, l'un des plus celebres & renommés Libraires non ſeulement de Paris,†mais encore de toute la France, tant pour ſon ſçavoir, que pour le choix, qu'il faiſoit des bons livres,qu'il imprimoit en leur derniere perfection; & † pour toutes les autres perfections requiſes en l'art d'Imprimerie, pour les beaux Caracteres, & le bon papier, pour la correction, & la belle marge. Vaſcoſan étoit d'Amiens, & avoit ſon imprimerie dans la ruë St. Jaques, à l'enſeigne de la Fontaine. Il étoit gendre de Badius, beau-

† Janſſon. Differt. p. 37. ex Mr. la Croix du Maine.

frere

frere de Robert Eſtienne, & beaupere de Frederic Morel Interprete des Langues & Imprimeur du Roy. Il floriſſoit ſous les regnes de Francois I. Henry II. Charles IX. & mourût ſous Henry III. Son Epitaphe eſt la même que celle de Joſſe Bade. Il laiſſa deux enfans, Pierre né le 13me d'Avril 1542. & Michel né le 23me d'Aouſt 1545.

L'Epitaphe de Joſſe Bade, Michel Vaſcoſan, & Frederic Morel à St. Benoiſt, où ils ſont enterrés.

Portrait de Jod. Badius.	D.O.M. B.Q.V.M.S.	Celuy de ſa femme Thelif Trechſel.

Viator, artes qui bonas piáſque amas,
Siſte hìc. Quieſcunt ſubter illuſtres viri.
Jacet *Jodocus* hìc *Badius Aſcenſius*,
Candore notus ſcriptor & ſcientiâ.
Gener Jodoci *Vaſcoſanus* propè ſitus eſt,
Doctiſſimorum tot parens voluminum,
Socer *Morelli* Regis olim Interpretis;
Muſarum alumni quæ gemunt hìc conditum
Fœdúſque Federici ademptum ſibi dolent.
Tres cippus unus hic tegit cum uxoribus
Lectiſſimis & liberorum liberis.
Hos Chriſtus olim dormientes ſuſcitet
Ad concinendum Trinitati almæ melos.

I. X. Θ. Y. C.

Federicus Morellus Paris. Profeſſor & Interpres Regius, Federici Morelli nobilis genere Campani, Regii quoque interpretis filius, Michael. Vaſcoſani ſcuti-

ſcutiferi Ambiani nepos, Jodoci Badii illuſtris Belgæ pronepos, marmoreum hoc epitaphium Patris, Avi, Proavi piæ memoriæ ære ſuo poſuit; ejuſdem, cum Deus vocans volet, tumuli compos fieri optans, ἐν τῷ εὐέλπις. anno Salutis 1603. Qui idem Morellus unus erat è Duûmviris togatis hujus ædis ſacræ D. Benedicti Παροικίας Γαζοφυλακείῳ præfectus.

JEAN Roigny libraire juré avoit la même marque que Simon du Bois, dont il avoit acheté l'Imprimerie, qui eſtoit un arbruiſſeau avec ces mots, *Unum arbuſtum non alit duos Erithacos.* Il eût de Jeanne Badius ſa femme, fille de Joſſe Badius, un fils nommé Michel.

COnrad Badius, Pariſien, Imprimeur & Libraire, fils de Joſſe Badius, ſcavant és langues, imprima la Tragedie d'Abraham ſacrifiant par Theod. de Beze en 1552. Et traduiſit l'Alcoran des cordeliers en 1560. Il alla l'année ſuivante à Geneve, où il imprima quantité d'ouvrages de Jean Calvin en folio. Son Epitaphe fût écrit par Henry Eſtienne en Grec & Latin.

KONΡΑΔΟΥ ΒΑΔΙΟΥ 'ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ.

Ἐνθάδε Κονράδον Βάδιον κατὰ γαῖα καλύπτει,
Χαλκογράφον, Μουσῶν τε θεράποντα μέγαν.
Ἔπλετο γὰρ Μούσαις πεφιλημένος ἔξοχα πάντων,
Ἔξοχα καὶ δώροις τῶν δ' ἐκέκαστο πάντων.
Ἀλλ' ὅσσῳ δώρων ὅγε πλείονος ἔλλαχε μέτρου,
Ἥττονα ἡ γενετὴρ ἔλλαχε μέτρα βίου.

CON-

CONRADI BADII EPITAPHIUM.

QUod patri haud dederant rudioris tempora ſecli,
Addiderant largè tempora noſtra tibi.
Doctrinæ hæredi tibi nam Conrade paternæ
Acceſſit cultûs gratia magna novi.
Sed ſuperi dotes tibi quantum auxere paternas,
Tantum ævi fines diminuere tui.

FInem hìc accipiet Tomi hujus Pars Prior, quæ Henricum primum Stephaneæ familiæ parentem, ejúſque tres filios cum brevi affinium eandem artem profeſſorum notitiâ exhibuit: Poſterior nepotes eorúmque liberos exhibebit. Inter illos eminuit Robertus; inter hos primas facilè vendicabit Henricus; Patre tantùm minor: &, ſi idem Regis Optimi patrocinium affulſiſſet, fortunæque ſuperfuiſſent integræ, forſan major futurus.

TOMI PRIMI

PARS POSTERIOR.

SIVE

Henrici Stephani Primi

NEPOTES

AC

POSTERI.

Digitized by Google

Henricus Stephanus ſecundus.
Robertus Stephanus ſecundus.
Franciſcus Stephanus ſecundus.
Mamertus Patiſſonius.
Paulus Stephanus.
Robertus Stephanus tertius.
Antonius Stephanus.
Henricus Stephanus tertius.

VITA
Henrici Stephani ſecundi.

MInimo temporis intervallo diſtabat Henrici ortus & pervulgata *Proteſtantium* epocha, quæ ab anno 1526. April. 26. ſumpſit initium. Hinc cœpit Papatûs cauſa peſſum ire, graviúſque multò vulnus accepit, quàm quum biennio antea Romanus Pontifex urbe captâ direptâque obſeſſus potuit ægre ſe tueri, & ad deditionem redactus eſt. Sua igitur laus, ſua gratia referatur generoſis illis Principibus, qui contra Wormatienſe edictum ſolenniter *proteſtati* in Papiſticis erroribus ex ſuis regionibus eliminandis bonam operam navaverunt, noménque deinceps celebre *Proteſtantibus* indiderunt. Mihi autem videntur nomen illud, clarum quantùmvis & laudabile, neotericum tamen & ex occaſione natum, antiquiſſimo longè illuſtriſſimóque *Catholici Apoſtolici* Titulo, à Pontificiis immeritiſſimè (tanquam proprio ſibi) uſurpato, malè prætuliſſe nonnulli, quorum ſola relligio eſt internecinum in Pontificios odium, quíque nihil penſi habent, ad quorum, dum modò non ad illorum,

partes acceſſerint. Hujuſmodi homines partium ſtudio magìs quàm cauſæ meritis ducti id volunt, ut vicinas quaſdem nationes tantò impenſiùs ſibi devinciant; aut, quòd eos Reformationis Anglicanæ pudor & mutandæ deſiderium ceperit. Verùm quæ cauſa illos moveat, juſtiúſne an cautiùs agant, viderint ipſi; me longiùs forſan, quàm par erat, evagatum aliò revocat mei inſtituti ratio.

† Henricus Stephanus Roberti filius in * ipſâ Galliæ Galliâ, id eſt Pariſiis, || anno 1528°, 14° Franciſci Regis, natus eſt, quum Pater inclareſcere ſuâ Latinorum Bibliorum editione incepit. Patris animo alacritatem & laboriſtimulos addebat infans ſuæ induſtriæ hæres olim & æmulus. Ille huic tantæ ſpei alumno nullum paſſus eſt vitæ tempus eſt perire. Multi parentes id curant magìs, ut diu, quàm

† De Orthographiâ vocis *Henricus* ſic ſcribit ipſe Stephanus in *Pſeudocicer.* pag. 18. 19. *Erricus ſcribitur, quoniam literam N ſequente R ità mutandam in Latinâ Linguâ putâvit, quum in nonnullis vocibus talem mutâtionem obſervâſſet. Sic* Ἐῤῥῖκος *non* Ἐνεῖκος *ſcribebat; ſed Petrum Daneſium & in hâc ſcripturâ Græcâ & in Latinâ illâ ſequebatur,* In libris ab ipſo excuſis Latinè ferè ſemper *Henricus* legitur; & penes me eſt nomen ipſius manu ità ſcriptum. Græcè Ἐῤῥῖκος in verſibus legitur Novo Teſtamento 1550 excuſo præfixis, in Epiſtolâ Anacreonti præmiſsâ, & in Pſalmorum ab ipſo Metaphraſi Græcâ donatorum titulis. ‡ Dionyſius Lambinus nomen *Henricus* ferè ſemper ſcribit *Erricus.* Erricus II. Erricus Memmius. Erricus Valeſius. * Henr. Steph. in epiſt. Theſ. Gr. pag. 17. Et Muſ. Monit. pag. 26. || Nam obiit anno 1598. natus annos 70.

‡ Lege ejus epiſtol. præfix. Lucret. Horat. Æm. Prob.

ut

ut bene vivant liberi; magíſque corpori, quod cum pecudibus commune eſt, ſaginando, quàm animæ, quæ cœlitus fluxit, ornandæ inſerviunt. Operæ pretium eſt audire † Quintilianum de molli iſtâ puerorum educatione conquerentem, noſtrorúmque temporum non minùs quàm ſuorum mores depingentem. " Utinam liberorum noſtrorum mores non " ipſi perderemus! Infantiam ſtatim deliciis ſolvi- " mus. Mollis illa educatio, quam Indulgentiam " vocamus, nervos omnes & mentis & corporis " frangit. Quid non adultus concupiſcet, qui in " purpurâ repit? Nondum prima verba exprimit, " & jam coccum intelligit, jam conchylium poſcit. " Antè palatum eorum quàm mores inſtituimus. " In lecticis creſcunt: ſi terram attigerint, è mani- " bus utrinque ſuſtinentium pendent. Gaudemus, " ſiquid licentius dixerint. Verba, ne Alexandri- " nis quidem permittenda deliciis, riſu & oſculo " excipimus. Nec mirum: nos docuimus, ex nobis " audierunt.—— Fit ex his conſuetudo, deinde " natura. Diſcunt hæc miſeri, antequam ſciant " vitia eſſe. Inde ſoluti ac fluentes non accipiunt " è ſcholis mala iſta, ſed in ſcholas afferunt.

Noſter verò Robertus id videtur caviſſe, ne ſuus Henricus, quem laborum ſuorum comitémque, &

† Inſtitut. lib. 1. cap. 1.

poſtea ſucceſſorem Reipublicæ Literariæ deſtinaverat, inter nutrices, [1] genus illud mulierum quàm plurimis exitiale, diutius molleſceret ; ſed [2] quaſi ab ipſâ infantiâ Græcis literis initiandum curavit, antequam Latinas addiſceret ; [2] quam quidem pueros inſtituendi rationem, quantumvis mori recepto pugnet, Henricus ipſe ſuis amicis, uti omnium optimam, commendavit.

" [3] Lectionis Poetarum ſtudioſus à [4] teneris pro-
" pemodum unguiculis fuit. Primi autem hujuſce
" amoris igniculi indè accenſi ſunt, quòd quum in
" primâ pueritiâ præceptori cuidam traditus eſſet,
" qui Euripidis Medeam aliis ſuis diſcipulis inter-
" pretabatur, quoties eos fabulam hanc agentes
" ſpectabat, (ſummè enim illi præceptori hæc
" pueros exercendi ratio placebat) tantâ dulcedine
" voluptatéque ejus aures illa Græcarum vocum
" modulatio titillabat (quas alioqui non ultra ſo-
" num intelligebat) ut ab eo tempore unum hoc
" noctes diéſque verſaret, & in hôc uno conten-
" dendos omnes ingenii nervos exiſtimaret, ut fa-
" bulæ, cujus ſpectator ſæpe fuerat, actor & ipſe
" tandem evaderet. Quum autem ſinè literarum
" Græcarum cognitione voti compos effici non poſ-
" ſet, is tum illam itá deperire, ut nullus unquam

[1] Non quales deſcribit Quintil. l. 1. c. 1. [2] Pref. Conformité. p. penult. [3] Pref. ad edit. Heroic. Poet. [4] Muſas à teneris co- luit. Parod. 1575. Præf. ad Lect.

" amator

" amator amicam vehementiús. Sed ecce huic ad
" curſum parato paratum oſtenditur obſtaculum,
" Linguæ nimirum Latinæ (quæ Græcæ interpres
" eſſet) ignoratio. At ille tum repugnare, & ſe
" ignarum Latinæ Linguæ eſſe acriter pernegare.
" Quum enim Latinis domeſticorum confabulatio-
" nibus pueriles aures circumſonantes ità illi ſer-
" moni paulatim aſſueviſſent, ut magnam eorum,
" quæ dicerentur, partem intelligeret, (quod &
" matri ipſius uſu veniebat) ſatis ſe ſupérque illius
" peritum eſſe habebat perſuaſiſſimum: ideóque
" ad declinationum conjugationúmque tyronicium
" ſe vocari & mirabatur, & non leviter indignaba-
" tur: denique in Græcâ Scholâ aſſiduum ſe futu-
" rum, à Latinâ verò fugitivum fore profitebatur.
" Hìc in conſilium adhibitus pater, eò faciliùs deſi-
" derio filii & animi inclinationi acquievit, quò
" magìs illis aſſentiebatur, qui Literas Græcas ante
" Latinas diſci debere cenſebant. Declinationum
" & Conjugationum Græcarum tædium avidiſſimè
" devorat: & continuò pòſt, illam ipſam Euripi-
" dis Medeam in manus ſumens, præceptori Græ-
" ca ejus verba non Latinis, ut mos eſt, ſed verna-
" culis id eſt Gallicis verbis interpretanti aures at-
" tentiſſimas præbet: (quem adhuc librum, tan-
" quam ſuæ, quantulacunque erat, doctrinæ in-
" cunabula, non ſecus ac precioſiſſimum theſaurum
" ſervare anno 1566. teſtatur) denique fabulam il-
" lam aliquando tandem ipſe quoque egit, & qui-

" dem tòties, (dum Jaſonis modò, modò Creontis,
" modò Medeæ perſonam repræſentat) ut totam
" ferè non ſecus ac Dominicam Orationem memo-
" riæ infigeret. A quo tempore tam altas in ani-
" mo radices ſtudium poeſeos egit, ut illâ non ſe-
" cus ac Sirenum cantibus deliniretur. Sed tan-
" tum abeſt tamen, ut cerâ ſibi obſtruendas aures
" adversùs ſonorum Poeticorum delicias blanditiáſ-
" que & illecebras exiſtimaret, ut contrà ſi ſibi tot
" eſſe aures quot Argo lumina contigeret, eas ſi-
" mul omnes ſonis illis libenter patefacturus fuerit.

[1] Magnos poſtea progreſſus fecit ſub illius ſæculi clariſſimo lumine Petro Daneſio [2] linguæ Græcæ apud Pariſienſes tunc temporis profeſſore ac Franſciſci primi Galliarum Regis filii Delphini directore. [3] qui majorem quàm quiſquam eo ſæculo alius (ſi Gulielmus Budæus excipiatur) Græci ſermonis cognitionem adeptus eſt.

" [1] Nullus unquam tantum præceptori ſuo debu-
" it, quantum illi debere ſe fatetur: quum ejus
" tantus & tam zelotypus in ipſum adhuc puerum
" amor foret, ut nec ab alio quàm à ſe doceri eum
" tum temporis pateretur, nec ut alium doceret,
" adduci ullâ ratione poſſet. Nam quamvis quo-
" tidie multi Regis in ſenatu conſiliarii, & duo eti-

[1] Epiſtol. H. S. ante Exc. ex Cteſ. [2] Almel. p. 60. [3] Epiſtol. H. S. ante Macrob.

" am

"am ex illis, qui ei præſidebant, multis aſſiduíſq; "precibus ab eo contenderent, ut eidem lectioni "filios ſuos intereſſe permitteret, irritæ omnes eo-"rum preces erant, nullóq; modo eum exorare po-"terant. Ac initio quidem hoc illis allegabat, eum "ad ipſum ſæpe fruſtra venire, & quùm ſibi otium "eum docendi non eſſet, frequenter operam per-"dere. Quòd ſi (aiebat) & filii veſtri ad me ven-"titent, eandem mihi permittere libertatem non "audebo. Quum & hoc & alia ei, quam patie-"bantur, repulſæ prætexeret, ipſi autem ità re-"ſponderent, ut ad omnes conditiones deſcende-"rent, & omnibus ejus objectionibus ſatisfacere "videri poſſent; & tandem non precarentur ſolùm "ſed etiam obſecrarent, ac propemodum ſuppli-"carent: ille poſtremò unum hoc illis opponebat, "amare ſe ac ſemper amâſſe Henrici patrem, non "ſecus ac fratrem; & ſicut peculiari quâdam cha-"ritate patrem complectebatur, itâ etiam peculi-"are illius familiæ eſſe velle, quod â ſe conferre-"tur inſtitutionis beneficium.

[1] Jacobum etiam Tuſanum [2] Regium Linguæ Græcæ Profeſſorem, qui deceſſit [2] anno 1547. audivit annos circiter ſeptendecim natus; ut patet ex Epiſtolâ, quam patruus ejus Carolus ei inſcriptam ſuo de Re Hortenſi libro præmiſit anno 1545.

[1] Epiſtol. H. S. ante Herodot. Lat. [2] Thuan. pag. 83

Carolus

Carolus Stephanus Henriculo ſuo S.

Video tandem in te, Nepotule, quod jam pridem ſummo deſiderio cupiebam, atque id quantum gaudeam, ſatìs exprimere non poſſum. Magnum enim eſt adoleſcentem paternis non ſolùm moribus ſed etiam ingenio adſequendo ità ſtudere, ut jam ab ineunte ætate fælicem omnibus ingenii ſui expectationem relinquat. Sed neſcio an omnium maximum eſſe dici debeat, præceptorem nactum fuiſſe, qui bene natum ingenium excolat, patri ſimilem efficiat, omniúmque bonarum literarum ornamentis illuſtrem atque inſignem reddat. Qualem fœliciſſimè te adſecutum fuiſſe audio Jacobum Tuſanum, virum & in docendo & in dicendo ac ſcribendo tantæ apud eruditos omnes authoritatis, ut nunquam Ciceroni magìs commendatus Cratippus. Ab eo non tantùm utriuſque linguæ venuſtatem perdiſces: ſed etiam mores edoceberis, planè dignos, qui tuum ingenium commendent: quod quid aliud dici debet quàm philoſophicum? Eum ſi ſequeris ducem, multò tandem celeriùs, multò rectiùs ac commodiùs iter abſolves, quod ad omnes virtutes adipiſcendas ducit. Non parùm enim eſt aurigæ aut nauclero ſuæ artis peritiſſimo currum navem vitam denique ſuam commiſiſſe. Itaque jam non ampliùs video tibi proponenda eſſe, Nepotule, quæ ſolebam ſuperioribus diebus, cum ea graviter perdidiceris. Solidiore igitur opus eſt cibo, & qui majora te doceat, oblectétque aliquantulum iis rebus, quas nimirum ſcio tibi perplacere. Fuiſti enim ſemper etiam admodum tenellus, hortorum ſtndioſiſſimus: ut vel adhuc ſemeſtris, compoſito floribus ſertulo plurimùm delectareris: in quo paternum quiddam referebas. Mitto ob id meum hortulum ad te, quo per otium animum & oculos quotidianis ſtudiis defeſſos aliquantulum reficias: Naturæ artificium admireris: bonos authores intelligas: iiſque tum demum incumbas, quæ bene natos adoleſcentes decent Neque verò audias eos, qui noſtrum in hâc re inſtitutum linguis traducunt ſuis, quaſi id adoleſcentes minùs deceat, quod aliquo prælegente (ſi diis placet) fuerit exceptum.

aut

aut ex recentiorum, qui de hâc re ſcripſerunt, vigiliis tranſcriptum. Atque illis hoc commentum placet: quibus velim planè nota eſſet mea ſententia, ut, quid rectum ac juſtum ſit, perfectò intelligerent. Non enim is ſum, cujus animus eo errore vagetur, qui velim alienos labores mihi adſcribere. Sed ſiquid aut ab antiquis aut recentioribus de rebus ad rem hortenſem pertinentibus dictum fuit, quod idem in Hortulo noſtro deſcribendum eſſet id malui ab ipſis, quod optimum mihi viſum eſt, tranſumere, quàm nova confingere, quæ fortaſſis minùs adoleſcentulis noſtris profutura eſſent. Id quandocunque fecimus, habita eſt à nobis bonis authoribus gratia, ipſorum nomine minimè ſuppreſſo: ſed & ſiquis erogatâ in præmium pecuniâ aliquid in hâc re ſe publicè nos docuiſſe conqueratur (quanquam id, ſiquid eſt, omnium minimum eſſe debet) quæ ſupereſt habenda gratia ei, qui præmium ob laborem accepit? Si quid nunc te doceat in re grammaticâ Tuſanus, quod aliquando per ætatis maturitatem diſponas, & in libellum digeras, publicæ utilitatis causâ, accepto poſtea à bonis authoribus, quicquid in rem tuam eſſe videbitur: dicendúſne ob hoc erit Tuſanus libellum tibi dictâſſe? Ingratiſſimum me hercle hominum genus, qui, quod publicé tanquam in foro divendunt, id tamen poſtea fœnus redimere cupiunt ſuæ mercimoniæ, ut ſiquid laudis aut utilitatis indè poſtea provenerit, ſibi adſcribi velint, tanquam ipſa ſola merces id ipſum pepererit. Tale quiddam in judicio repetit impudentiſſimus tonſor ab eo, qui rem anatomicam conſcripſerat: cui cum nihil aliud ob præmium præſtiterit, quàm quod rogatus fuit de diſſecandarum partium ratione, ſibi tamen & nomen & authoritatem omnem alieni operis expoſtulat. Redeo ad meum Hortulum: quem non ſolùm curſim obeas velim, Nepotule, ſed diligentiſſimè perpendas, quicquid herbarum aut fruticum in eo deſcriptum fuerit. Locupletiorem & multò purgatiorem videbis quàm antea: villici enim ſegnitiem arguit non quotidie emundata domus: hortus non quotannis repurgatus, & novo quodam herbarum genere locupletatus. Vale.

Poſt

[1] Poſt Daneſium & Tuſanum Henricus præceptorem habuit Adrianum [2] Turnebum, Tuſani in Regii Profeſſoris munere ſucceſſorem.

[1] Epiſtol. H. S. ante Herodot. Lat. Dialog. Philocelt. & Coron. pag. 307. [2] Hiſtoire de l'Imprimerie.

Henrico * *tum temporis fœliciſſima manus in exarandis cum Latinis tum verò Græcis literis: atque his potiſſimùm; dicebatur enim* † *Angeli Vergecii manum æmulari, quæ pro exemplari fuit pulcherrimis illis characteribus ſeu Typis Regiis.* [1] *Tantâ pollebat memoriâ, ut totum Horatii Epiſtolarum librum primum memoriter recitare, cum nec adhuc juvenis nec jam puer foret, poſſet. Ei enim puero Horatius propoſitus fuerat primus, & tunc fœliciùs memoriæ mandabat verſus ejus Poetæ, quàm aliorum; ac igitur majore ſemper quàm alium quenquam amore proſecutus eſt.*

Domi hactenus eas artes Henricus perdidicit, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet; Græcúmque, à quo pueros incipere mavult [2] Quintilianus, ſermonem trium Profeſſorum Regiorum auxilio ſibi reddidit adeo familiarem, ut [3] Hoeſchelius eum Ἑλλάδος εὐφώνου γλώσσης ἐπίκουρον ἄριστον meritiſſimò vocaverit.

* Dialog. Philocelt. & Coron. pag. 307. † Hiſtoire de l'Imprimerie, dans la vie de Turnebe. Angelo Vergerio de Candie fit ces beaux caracteres Grecs, qui eſtoient l'admiration & le plaiſir de la veüe, dont ſe ſervoit Turnebe. [1] Epiſtol. H.S. ante Horat. [2] Inſtitut. lib. 1. cap. 2. [3] Præf. in Synon. Rulandi.

" Quum

" ⁎ Quum eâ in ætate (ſcil. adoleſcentiâ) omni-
" um ſcientiarum eſſet φιλομαθὴς, ſed ſimul etiam
" ἀψίκορος, contigit poſtremò ut γενεθλιαλόγος quoque
" evadere ſummopere cuperet. Quod tamen deſi-
" derium patri aperire non audebat: quòd ſciret
" fore, ut non ſolùm hunc ab hôc propoſito deter-
" reret, ſed interminaretur etiam, ne huic ſtudio
" quidquam temporis impenderet. Verùm (ut
" humanum eſt in vetitum niti) eò acrior vehe-
" mentiórque cupiditas illius ſcientiæ huic excita-
" batur. Tandem verò clam patre invenit Pariſiis,
" qui ipſi μαινομένῳ (quod tamen tum temporis non
" putabat) vellet συμμαίνεσθαι. Adeunt ambo igitur
" quendam hujus ἐπιστήμης (ſi tales obſervationes
" ἐπιστήμην efficere poſſunt) ἐμπειρότατον. Petit ille
" pretium mirum quantum in ſingulos menſes;
" ſed tamen quod petit, paciſcuntur. Patrem de-
" inde rogat Henricus, ut per eum ſibi liceat cui-
" dam Geometriæ & Arithmetices longè peritiſſimo
" operam dare, cujus familiariſſima futura ſit in
" privatis ædibus inſtitutio. Concedit. Ad eum itant.
" Et quoniam tam grande pretium rem patri ſuſpe-
" ctam reddere potuiſſet, unam duntaxat partem
" ab illo petiit, & ità cum indulgentiſſimâ matre
" egit, ut alteram ſuppeditaret. At ecce quod in

⁎ A. Gell. Specim. Emend. p. 150. 151.

" Græco

" Græco Proverbio eſt, Theſaurus Carbones. Nam " ubi eorum ingenia multùm diúque extractionibus Radicum ac Regulis Algebræ fatigavit, & " propemodum cruciavit (quæ ad genethlialogiam " eſſe προπαρασκευαστικὴν dictitabat) & tandem ad illius " ſcientiæ rudimenta venerunt ; doctrinam de domibus, quæ illius eſſe firmiſſimum fundamentum " debebat, incertiſſimam eſſe cognoverunt; ideóque τῷ γενεθλιαλόγῳ & τῇ γενεθλιαλογίᾳ, multum de " temporis & laboris jacturâ queſti valedixere. " Hæc autem de ſe retulit Henricus, ut juvenes " ſuo exemplo ſapere diſcant ; Poſtea enim cognovit ipſum nihil certi nihil veri ſolitum prædicere ; & ſæpe quod à Favorino apud Gellium " (l. 14. cap. 1.) de genethliacis ſui temporis dicitur, facere, ut lubricâ atque ambagioſâ conjectatione nitens, inter falſa atque vera pedetentim, " quaſi per tenebras ingrediens iret. Et tamen " omnium, etiam τῶν ὁμοτέχνων, teſtimonio, nullum " tota Gallia magìs hujus ſcientiæ peritum, magìs " in eâ exercitatum habebat. Ab eâ autem inſaniâ ſe fuiſſe liberatum ſæpe Deo Opt. Max. gratias egit Henricus, ſempérque ſe acturum prædicavit.

Anno 1546. † videtur Henricus à Patre in laboris partem adſcitus fuiſſe, eúmque Dionyſii Halicarnaſſei hiſtorias excudentem in exemplari conſulendo adjutâſſe.

† Athenag. Not. pag. 195.

Cum

Cum jam annos ferè novendecim numeraret, tot ſcilicet, quot Pater, ubi primum ſui ſpecimen in clariſſimo Colinæi Typographeio dederat, nil in votis prius habuit, quàm ut [1] *paternam in paternâ diligentiâ gloriam æmularetur*, exemplo etiam complurium virorum illuſtrium motus, apud quos maximo honori ducebatur Typographicùm munus obiiſſe; quales fuerunt Lovanii Rutgerus Reſcius, apud Baſileenſes Johannes Oporinus, apud Lugduno-batavos Franciſcus Raphelengius, hic Hebraïcæ linguæ, illi Græcæ Profeſſores & Typographi. Henricus opibus ſuæ patriæ literariis locupletatus, ſuâ juuenili nec ſatìs robuſtâ ætate [1] mediocríque corporis firmitate neglectâ, varios longorum itinerum labores aggreditur, ut exterarum nationum divitias partis addat, [2] in Bibliothecis *artem exerceat venatoriam* exemplaria undecunque conquirendo Authorum vetuſtiſſima; & doctorum, ubi ſe obvios darent, virorum familiaritate ſuum ſcientiæ augendæ deſiderium expleat.

Anno itaque 1547° ætatis circiter 19° quo luctuoſus Franciſci Regis obitus Robertum Stephanum omnéſque Literatos præſidio orbavit, eúmque ſuorum inimicorum invidiæ nudum expoſuit; Henricus calamitatibus, quæ Patri imminere ob Patroni

[1] Epiſt. H. S. ante Gell. p. 6. [2] Sched. ann. 1589. p. 273.

mortem

mortem videbantur, afflictus, ideóque forſan patriæ pertæſus, cœpit peregrinari; ſcilicet ut eâdem operâ animum ſolaretur, & variâ eruditione paſceret. Ignoſcet, ſpero, Lector, ſi ſæpius aberravero, dum ſequor Juvenem πολύτροπον, qui multorum hominum mores & urbes vidit, per Reges diſcurrens & luſtrans omnia, cui [1] duo vitæ genera fuerunt, unum Aulicum alterum Peregrinatorium, quíque primus negotia, quorum longiſſimè diverſa eſt ratio, typographicum ſcilicet & politicum in vitâ ſuâ [2] ſemiaulicâ conjunxit.

[3] In Italiâ peragrandâ ejúſque ſermone perdiſcendo poſuit ſuæ juventutis [4] triennium; quo adivit urbes præcipuas viróſque in eis eruditione celeberrimos. " [5] Florentiam amavit puer in annis " teneris, quúmque Romulî mœnia peteret, & à " Romuli mœnibus pedem referens: Nec ejus ſpe- " ctator per dies paucos eſſe voluit, ſed ſæpe luna " ſua reparauit cornua, dum ſpectaculo fruitur. [6] Clariſſimam Bibliothecam Mediceam ingreſſus ex vetere quodam codice Græca Homericorum Herorum Epitaphia, è quibus Auſonius multa diſſimulanter tranſtulerat, deſcripſit, & primus poſtea Latini-

[1] Epiſtol. ante Herodot. 1592. [2] Epiſtol. ante Gell. pag. 22. [3] Precellence du Language François. p. 4. [4] Apologie. environ trois ans & demy, employant une partie de ce temps à me promener de ville en ville. p. 4. [5] Muſ. Monit. p. 253. [6] Anthol. p. 49. Certam. Hom. & Heſiod. p. 135. 136.

tate donavit. [1] "Cum ibidem Theophraſtei περὶ
" αἰσθήσεως opuſculi exemplar haberi intellexiſſet,
" ſæpe Franciſcum Iambularium ei præfectum, ut
" illius inſpiciendi gratiâ ad eam pateret aditus,
" rogavit. Quod ipſe, (fecerat enim antea viden-
" dorum in eâ neſcio quot librorum copiam) ſi per
" adverſam valetudinem licuiſſet, denegaturus non
" erat. Quæ etiam multò diuturnior, quàm ille
" putârat, & ſanè periculoſior fuit. Nam eo ipſo
" morbo, ut ex amicorum literis Henricus paulò
" pòſt accepit, intrà aliquot menſes interiit vir
" longiori vitâ & doctrinæ & vitæ integræ ergô
" (ſi tamen ità cœlo viſum fuiſſet) digniſſimus.

[2] Henricus partim hìc, partim Venetiis, partim etiam Neapoli non pauciora quindecim exemplaria Æſchyli (in quorum bonâ parte tantùm primæ tres tragœdiæ haberentur) vidit; quæ omnia, ut erat curioſus, pervolutavit.

[3] Illi Romæ agenti Athenagoræ exemplar oſtendit, [4] & quædam in Xenoph. Libell. περὶ ἱππικῆς, item in Hipparchico ac Cynegetico ex antiquis & fide dignis codicibus emendata dedit Vir non vulgaris eruditionis Gulielmus Sirletus. Ibidem & eodem [5] fortè tempore (niſi malueris id referre ad poſteri-

[1] Ariſtot. & Theophr. quædam. Præf. [2] Æſchyl. p. 356. [3] Caſtig. in Cicer. pag. 21. Epiſtol. H. S. ante Not. in Athenag. [4] Præf. in Not. Xenoph. 1561. [5] Athen. Iſaac. Caſaub. Not. ad Lector.

us illius iter in Italiam) ad oram ſui Athenæi ex Farneſiano codice omnes varietates ſcripturæ accuratiſſimè adnotavit; quas ab ipſo acceptas Iſaacus Caſaubonus poſt annos ferme quinquaginta ſuæ Editioni inſeruit. "[1] Romæ aliquando ſermoni "doctorum quorundam virorum & in poeticâ præ"ſertim fœliciter & cum laude verſatorum inter"erat, qui illam artem in Hebraïcam ([2]cujus minimè imperitus fuit Henricus Stephanus) "linguam "aſperam adeo atque horridam poſſe cadere nega"rent; ideóque mirarentur, quid Antonio Fla"minio in mentem veniſſet, ut venam ſuam in ver"tendis Pſalmis exercendam putaret. Ille, qui eos "ſacri voluminis adyta nunquam ingreſſos eſſe "ſciret, non veritus eſt palam reclamare, & pri"mùm pro ipſo Davide, deinde & pro Flaminio "ejus Interprete reſpondere.

[3] Patavii, unà cum Joanne Bellevræo Galliarum Regis poſtea apud Helvetios Legato literis operam dedit. Ibi, [4] Franciſci Robortelli familiaritate uſus eſt, [5] & nonnullas ex ſuis in Horatium obſervationibus Dionyſio Lambino communicavit.

Venetiis, [6] Muretum cognovit, ingenio acutiſſi-

[1] Præf. in Pſalm. Expoſ. Eccleſ. 1562. [2] Apolog. pro Herod. pag. 21. —— nos, quibus familiares ſunt Hebraïcæ literæ ——. [3] Epiſtol. H. S. ad Bellevr. ante Horat. [4] De Latinit. falsò ſuſpect. pag. 366. Franc. Robortellus Patavii mihi dixit ſe mirari tantam inter Pindarum & meum (quem ex profundiſſimis tenebris erueram) Anacreontem eſſe diſſimilitudinem, cum uterq; ſit Lyricus. [5] Schediaſm. Januar. pag. 79. [6] Diatrib. in Horat. pag. 1-5.

mo

mo præditum; & [1] cum Michaele Sophiano Græco Græcè collocutus eſt; cujus linguæ uſum adeo promptum ſibi fuiſſe affirmat, eò quòd hanc primam puer excoluiſſet.

[2] Genuæ " conviviis ità circa delicias Gallicizan- " tibus exceptus eſt, ut non Genuæ, ſed in medio " Lutetiæ natalis ſoli & in menſarum ibi lautiſſi- " marum lautiſſimâ epulari ſibi videretur.

[3] Inter Italos, Caſtelvetro & Annibali Caro ([4] à quo accepit poſtea paginam Româ miſſam, exemplar vetuſtæ tabulæ illic repertæ) inter ſe quantumvis de vocum Orthographiâ digladiantibus æquè gratus fuit.

" [5] In Italiæ Bibliothecis exemplaria vetera prio- " rum Euripidis tragœdiarum extare, contra vix de- " cimam quamq; Bibliothecam imò vix viceſimam " poſteriorum exemplar ullum habere obſervavit " oculatus teſtis, quippe qui omnes propemodum, " quæ per univerſam Italiam ſunt, Bibliothecas, " non ſolùm publicas, ſed etiam ex privatis eas, " quæ locupletiores putabantur, pervagatus ſit, " perluſtrârit, perveſtigârit. Cujus ipſe perveſti- " gationis fructum cum linguæ Græcæ amatoribus

[1] Precellenc. Pref. pag. 4. [2] Orat. adverſ. Foliet. pag. 53. [3] Precellenc. Pref. p. 10. [4] Caſtig. in Cicer. p. 105. [5] Annot. in Sophoc. & Eurip. pag. 98.

« variis Authoribus edendis ſemper communicavit. Ex Italiâ attulit [1] Sexti Pyrrhoniarum Hypotypoſeων libros tres, [2] Appiani Hiſpanica & Annibalica: Ibi « [3] in ipſo propemodum venationis ſuæ tyroci-« nio Anacreontem venatus eſt. [3] Eo tempore iis « annis, qui ejus juventutem vel potiùs adoleſcen-« tiam eámque primam in ſenectutem mutârunt, « contigit in quandam hiſtoriam incidere, & om-« nia propemodum poſſe in eâ legere præter no-« men Authoris, cujus prima litera ſe ſubducebat « oculis quantumvis perſpicacibus & in lectione « cujuſlibet ſcripturæ veteris Græcorum librorum, « ſuprà quàm ætas ferre videretur, exercitatis» Longo verò pôſt reperit illa Hiſtorici verba apud Suidam (Οὐ κατασχὼν &c.) at non addito [4] Authoris nomine.

« Dum in Italiâ verſabatur, primi ibi ordinis vi-« ris innotuit, & inter hos Bernardino Maphæo « Cardinali, qui ſtudioſos omnes bonarum artium, « quarum ipſe refertum habebat pectus, amplecte-« batur. Henrico Maphæus literas dedit ad Pe-« trum Victorium ; qui probum adoleſcentem ac

[1] Conformité. epiſt. . 2. [2] Appian. epiſtol. 1589. [3] Sche-
diaſm. 1589. pag. 273, 274, 275 &c. [4] Hunc eſſe Nilum cre-
mitam in Narrat. pag. 106. (edit. Cramois.) annotavit Vir in li-
teris Græcis doctiſſimus Ludolfus Kuſterus in Suid. In codice
Henrici Stephani vox legebatur ΕΙΛΟΥ, cujus prima litera mag-
nâ ex parte ſubterfugiebat oculos, & Henrico Stephano videba-
tur eſſe Γ, cum revera foret Ν.

« liberali

" liberali doctrinâ ſupra ætatem inſtructum, inge-
" nii ſui dotibus commendatum ac gravi etiam ho-
" neſtiſſimi viri teſtimonio ornatum, cum Florentiâ
" tranſiret, domi excepit. Ibi tum Henricus Vi-
" ctorio munuſculum obtulit, ſuave ſcilicet lepi-
" dúmque Anacreontis carmen [Λέγουσιν αἱ γυναῖκες
&c.] " inventum à ſe fortè (ut aiebat) in antiqui
" libri tegmine. Eo ità delectatus eſt Victorius, ut
" hinc crediderit, ſi reliquæ partes illius ſimiles
" huic erant, verèſ[1] Ciceronem dixiſſe, totam Ana-
" creontis poeſin eſſe amatoriam; obſervavit idem
" etiam Victorius, confirmare brevitatem horum
" numerorum, quod [2] Demetrius de carmine quo-
" dam ipſius inquit. Superiora excerpſi ex cap. 17.
lib. 20. Variarum Pet. Victorii lectionum; quæ
ſcripſit paucis menſibus, poſtquam ipſum conve-
niſſet Henricus Stephanus. Singula deinceps in vo-
lumen redacta Alexandro Farneſio Cardinali 1553.
10. Cal. Sept. inſcripta Lugduni anno 1554 prodie-
runt.

[3] Sic multum laboris & temporis, multum etiam pecuniarum in congerendos ex omnibus Italiæ Bibliothecis libros impendebat eo animo, ut aliquando

[1] Tuſcul. Quæſt. lib. 4. [2] Victorius videtur reſpexiſſe ad ea, quæ in Demetrii περὶ Ἑρμηνείας initio leguntur, Καὶ ὐκ ἂν τὴν Ὁμήρε Ἰλιάδα πρεπόντως τις γράψειε τοῖς Ἀρχιλόχε βραχέσιν, οἷον, Ἀχνυμένη σκυτάλη, ϗ, Τίς σὰς παρήειρε φρένας· ὐδὲ τοῖς Ἀνακρέοντος, τὸ φέρ' ὕδωρ, φέρ' οἶνον ὦ παῖ. [3] Excerpt. ex Cteſ. Appian. 1557. Epiſtol.

ex peregrinatione domum reverſus eos typis ſuis excuſos ederet. [1] Omnium in Italiâ civitatum gratiſſima ei fuit, poſt Neapolim, Florentia; quam & gratiorem ſibi fuiſſe fatetur, ſi impio Machiavelo ſolum natale non foret. An triennium, quod ſe juvenem Italiæ dediſſe affirmat, ex tribus annis continuis aut ex unâ & alterâ peregrinatione conficiendis conſtet, definire non audeo. Ex [2] ipſius enim & [3] aliorum ſcriptis liquet eum Florentiæ anno [2] 1547. (& forſan [3] 1553) Venetiis anno [4] 1556 vixiſſe. Hinc cum multa & in patriâ & alibi interjecto tempore geſſerit, conjicio iter illi in Italiam bis ſaltem & forſan ter fuiſſe. Quando omnes, quibuſcum in Italiâ familiariter verſatus eſt, viros convenerit, non certum habeo; ſed peregrinationum uni aut alii, prout cuique viſum fuerit, aſſignandum relinquo. Præterea quò quàm poſſim maximè, in re incertâ, quod veriſimile videatur, & Henrici ſcriptis non pugnet, aſſequar; primæ peregrinationis initium feci ab anno 1547°, ut pars triennii maxima ad annum 1549 intercedat.

Anno 1549 domum reverſus, Patrem invenit manum ultimam Græcæ Novi Fœderis in folio editioni imponentem, cui Græca carmina à ſe [5] penè adhuc puero ([6] adhuc adoleſcente) ſcripta affixit

[1] Muſ. Monit. pag. 253. [2] Lege priùs pag. 208. [3] Lege pag. 213. & [4] poſtea. [5] Edit. N. T. H. Steph. 1565. [6] Henr. Steph. in Not. in Juſtin. Mart. Epiſtol. ad Diognet. pag. 87.

cum

cum hôc titulo; ΕΡΡΙΚΟΣ Ο ΡΩΒΕΡΤΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΦΙΛΟΘΕΩ ΠΑΝΤΙ: [1] iis continetur deſcriptio ſummi boni, quod Chriſtus ſe naſcentem morientem & reſurgentem nobis attuliſſe illis à ſe obſignatis Fœderis Novi tabulis teſtatum reliquit. [2] Janſſonius ab Almel. ſcribit "ſe aliquando ſibi "comparaviſſe Novum Teſtamentum cum vari- "antibus lectionibus apud Robertum Stephanum "M. D. L. Lutetiæ impreſſum, ubi elegantiſſimis "manu Henr. Stephani conſcriptum literis legitur: ΕΡΡΙΚΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΣ νέος ὢν τοὺς ἐξ ἐναντίας σίχους ἔγραψα· ταῦτ' ἤδη γέρων ὢν ἢ τῷ γήρᾳ ἐγγίζων. Ε. Στέφανος.

Anno etiam 1549, Horatium à Patre excuſum ſibíque jam à teneris perfamiliarem ſcholiis & argumentis illuſtravit.

Ab Italiâ redux ſe domi diu non continuit; ſed [3] anno ipſo 1550 inviſit Angliam, Edvardo ([4] cui fuit gratus acceptúſque) tum regnante; [5] ubi nullus dubito, quin ſalutaverit Gallici Regis Legatum, uti & in aliis locis, [5] Italiâ ſcilicet, Germaniâ, & Helvetiâ.

Quicquid ubique fuerit obſervatione dignum, annotavit, ut variis Authorum poſtea excudendorum locis lucem aut fidem afferret. In [6] ſuâ Ari-

[1] Edit. N. T. Henr. Steph. 1582. [2] Diſſert. de Vit. Steph. pag. 79. [3] Athenagor. 1557. pag. 190. [4] Almel. pag. 65. [5] Precellence. Epiſtol. p 2. [6] Ariſt. & Theophr. quæd. p. 165.

ſtotelici de Mirabilibus Narrationibus Libelli editione inſeruit ex vetere exemplari hanc ſententiam [πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἰχθύων λέγουσιν ἀκούοντας καὶ πεπτωκότας μὴ αἰσθάνεσθαι]: Quod ne incredibile videatur, aſſerit ſe id in quibuſdam piſcibus in Britanniâ ac præſertim Londini expertum fuiſſe. [1] In Græcâ Heroicorum Poetarum editione (& in Apologie pour Herodote. chap. 18.) cum in muſicæ mentionem incideret, Arionei delphinis hiſtoriæ nonnihil veritatis aſtruere conatur ex eâ re, cujus oculatum ſe teſtem fuiſſe profitetur. Quum enim "Londini ageret, animum cupido inceſſit viſendi leonem in Turre "Londinenſi ſervatum, cujus omnes vaſtitatem "prædicabant. Fortè accidit, dum ejus unà cum "aliis ſodalibus ſpectator eſſet, ut ingrederetur ju-"venis organum quoddam circumferens. Is quum "paulò pòſt hortatu aſtantium (experiri enim li-"bebat, quàm verum eſſet, quod de Leone fere-"batur) pulſare illud cœpiſſet, repentè vaſtam "illam belluam, relictis, quas avidè alioqui vora-"bat antea, carnibus, non modò attentam muſi-"corum ſonorum auditricem eſſe, ſed & in gyrum "corpus circumagere, pèrque certos orbes ire ac "redire, tanquam tripudiantem, non ſinè ſtupore "omnes conſpexerunt. Pulſare organum ille de-"ſinebat? ad carnes hic ſuas redibat. Ad pulſan-"dum organum ille revertebatur? miſſas carnes

[1] P. 8. Præf.

hic

" hic faciebat, ſuámque tripudiationem iterum in-
" cœptabat. Nec verò hoc tum aliquoties experiri
" ſatis viſum eſt; ſed & aliquot poſt diebus eò re-
" verſus iterum experiri voluit: & expertus certè
" eſt, ſed minore tamen cum admiratione, quòd
" tunc in vorandis carnibus occupatus minimè eſſet.
Hìc adjiciam, quâ ratione ad Poeticen (artes enim ambæ affines ſunt) [1] magìs quàm ad ullam aliam artem probet " Naturam indere occulta quædam mul-
" torum hominum animis ſemina. Ex clariſſimo
" Viro Theodoro Bezâ audivit vidiſſe ſe Pariſiis
" plebeium quendam, qui adeo linguæ ab Homœ-
" optotis rhythmicis (quibus Galliæ ut & aliarum
" nationum poeſis conſtat) temperare non poterat,
" tu etiam judici reſpondens illis uteretur. Qui
" quum initio illi tanquam ludificanti iraſceretur,
" ubi rem cognovit, iram & ipſe in admirationem
" vertit.

[a] Ex Britanniâ diſcedens anno 1551°. per [2] Flandriam & Brabantiam reditum paravit; ubi " [3] Lo-
" vanienſem Academiam & Petrum Nannium ejus
" columen celeberrimum inviſit; à quo tempore
" ei non jam de nomine duntaxat, ſed etiam de
" facie notus eſſe cœpit. Ibi cum de aliis ſcripto-
" ribus δυσευρέτοις, tum de Athenagorâ orto ſermo-
" ne, quam de illius exemplaribus ſpem Nannio

[1] Ibid. p. 15. [2] Athenag. p. 190. [3] Conformité. Pref. p. ult.

" quidam

" quidam eripuerant (ſuum ſolum in univerſâ Eu-
" ropâ antigraphum extare dicentes) is non ſinè
" magnâ Nannii voluptute reddidit. Jam enim al-
" terum exemplar illius De Reſurrectione libelli
" reperiſſe ſe, inſuper verò de tertio ſperare eti-
" am audere aiebat. Gaudium verò eo, quem
" paulò poſt attulit, nuncio de inventâ alterâ ejuſ-
" dem Athenagoræ oratione cumulavit.

Eodem (niſi fallor) tempore Lovanii Joannem Clementem Anglum [1] Thomæ Mori contubernalem convenit, ex cujus [2] vetere codice ſe deſcripſiſſe γε/φώδη epigrammata, quæ [3] ſuæ Anthologiæ inſeruit, fatetur. [1] Ab eo etiam accepit alterum duorum MSS codicum, ex quibus odas Anacreontis reliquas eum collegiſſe ſcribit Bælius. Henricus certè Stephanus initio ſuarum in Anacreontem obſervationum mentionem fecit duorum exemplarium, quorum alterum fuiſſe corticem monet. Is ex Belgio ſecum domum attulit Linguæ alterius peritiam, nempe Hiſpanicæ; [4] quam, licèt non in Hiſpaniâ, utì prius Italicam in Italiâ, tamen ex conſuetudine, quam cum Hiſpanis in Angliâ & Flandriâ habuerat, & librorum eâ dialecto ſcriptorum frequenti lectione didicit. Cum domum reverſus eſſet, anno 1551[9] exeunte, Pater ſolum ver-

[1] Alb. Fabric. in Bibl. Gr. ex Bælii Lex. edit. 2. pag. 214. [2] Antholog. in fine ad Lector. [3] Pag. 535. [4] Conformité. Pref. p. ult.

tere

tere parabat; Hinc " [1] variæ, quibus ſe diſtineri " queſtus eſt, occupationes eum è medio ſtudio" rum curſu adeo revocaverunt, ut, quod illis eri" pere tempus poterat, ad ſeria tractanda ſatis non " eſſet; interim quod dabatur, accipiens, eas " [2] ſui Anacreontis [1] odas, quas jam ante Gallicas " fecerat, in aliquot amicorum gratiam Latinè " quoque aggreſſus eſt vertere. Patrem Pariſiis abeuntem forſan comitatus fuit; nil tamen ſuppetit, quo hæc conjectura nitatur, præter filii officium, cui neutiquam credo eum defuiſſe, quòd Patris mentionem faciendi occaſionem & ſæpe & nunquam ſinè ſummâ reverentiâ & laude arripiat.

Si autem Patrem in eum, quo ſe recepit, locum deduxerit, certum eſt eum rediiſſe, Typographeium inſtruxiſſe; & [1] extremâ manu Anacreonti impoſitâ, in eo Authore primum ſuæ Artis periculum feciſſe. In id fortè tempus incidet, quod Henricus [3] refert, ſe unà cum ſuo Advocato & Procuratore Sorboniſtis exhibuiſſe diploma ſive literas ab Henrico Rege per Robertum Stephanum impetratas, quibus, quod minimè iis placebat, imperabatur; eóſque, cum de reſponſo dando inter ſe non conſentirent, penè ad manus veniſſe. Id accidiſſe vix putaverim ante migrationem Roberti Stephani, qui, quicquid ne-

[1] Anacreon. Epiſt. Lat. ad Lect. [2] Meus Anacreon— Annot. in Soph. & Eurip. p. 107. [3] Apologie pour Herodote. chap. 22.

gotii

gotii cum Sorbonæ Collegio habuerit, non alii quàm ſibi tranſigendum committere ſolitus eſt: Neque poſt ejuſdem obitum, quum Henrici Regis tunc defuncti literæ minùs valuiſſent; quúmque Henricus Stephanus Typographi Pariſienſis nomen ſumere deſiiſſet. De hôc liberum cuivis judicium eſto. Interea donec quis, quod rectius noverit, candidus impertiat, conjicio Henricum Stephanum literis Patri à Rege Henrico indultis apud Sorboniſtas uſum fuiſſe, quò minùs per eos mora fieret ipſi Typographeium inſtruere paranti. Hinc etiam puto conſtare, quòd Roberti exilium fuerit ſpontaneum; quódque in illum (quicquid forſan Sorboniſtæ intra ſui Collegii parietes in ejus ludibrium egerint) [a] nullâ pœnâ animadverſum ſit: Unde enim filius auſus fuiſſet diploma patri damnato conceſſum ideóque irritum in ſui gratiam proferre?

Anno 1554°. ſuæ ætatis 26°. Anacreontis Odas nunc primùm luce & Latinitate donatas (adjectis quibuſdam Alcæi & Sapphûs fragmentis) Lutetiæ majuſculis characteribus ex Regis Privilegio edidit; Epiſtolâ Græcâ & epigrammatibus binis Latinis uno Græco Anacreontico præfixis, additóque commentario, in quo ſuas de corruptis aliquot locis conjecturas aperit, & præter alia multa erudita ſanè

[a] Petrus verò de S. Romuald. in Gallico ſuo Theſauro Chronologico ad annum 1559 ità ſcribit, *Robert Eſtienne étoit Heretique, & pour cela brulé en effigie à Paris.*

&

& ætate grandiori digniſſima notat verſus in quibus Horatius Anacreontem & Alcæum imitatus eſt : ùam deniq; adjunxit eodem carminis genere expreſſam interpretationem earum duntaxat Odarum, quæ ut venuſtiores ità etiam ab omni labe puriores ipſi videbantur. Verſionis tamen ſub Henrici Stephani nomine editæ authorem Joannem Auratum à Joſepho Scaligero in ejus codice agnoſci refert ex Iſ. Voſſii fide Colomeſius in opuſc. pag. 109. (Quod annotavit Albertus Fabricius in primâ ſuæ Græcæ Bibliothecæ parte, vir in authoribus utriuſq; linguæ exercitatiſſimus.) Quis tamen Henricum credat eò dementiæ potiùs quàm impudentiæ proceſſiſſe, ut opus alienum authore adhuc vivente & nemini (qualis fuit Auratus) non notiſſimo pro ſuo toties vulgaverit? An tale plagium in tot Anacreontis editionibus ità eruditis omnibus impoſuerit, ut nemo id detexerit præter unicum Scaligerum? An inter Auratum & Stephanum convenerat, ut hic fœtum, quem illum puduit agnoſcere, ſuo nomine dignaretur? Unicum quidem Joſ. Scaligi ſuffragium non ſufficiet, ut illius verſionis honor Stephano eripiatur. [1] Helias Andreas paucis pòſt menſibus ſuam omnium odarum verſionem edidit, [quam Gul. Morelius & Robertus Henrici frater anno 1556 excude-

[1] Lege quid lectorem monuit H. Stephanus in calce Lyricorum edit. in 12.

runt;

runt;] in quâ non eandem ubique lectionem ſibi ſequendam propoſuit; unde fit, ut Stephani & Andreæ interpretationes non conſentiant; ſuas itaque quibus ſua verſio aſtipulatur, conjecturas annotare in Lyricorum editione (ann. 1560) neceſſe habuit Henricus Stephanus.

Idem, quod Pater, Symbolum Typographicum habuit, olivam nempe cum inſcriptione [*Noli altum ſapere*] & viri imagine ad arboris ſiniſtram. Inſcriptio [*Noli altum ſapere, ſed time*] legitur in Catechiſmo Græco-Latino, 1580. Quia autem Typographi nomen non præfigitur, ambigi poteſt, annon à Roberto Henrici fratre impreſſus fuerit, apud quem ea perfrequens eſt inſcriptio. Ille tamen Robertus nomen urbis ac ſuum vix unquam; Henricus urbis ſæpiſſime, ſuum aliquando omittere ſolebat. Henricus in ſui Platonis editione anno 1578. & in hiſtoriis ex Memnone Græcè excerptis Laertióque anno 1590, novum adhibuit lemma [*ut ego insererer, defracti ſunt rami*] ex Epiſtolæ ad Romanos cap. 12. Comm. 19. deſumptum; pronunciatum ab ore viri genua flectentis, vultu ſurſum aſpiciente, manibúſque in ſupplicis modum porrectis. In Plinianarum Epiſtolarum Editione 1591 ſymbolum & viri Iconem uſurpavit, ſed ſinè lemmate. Homeri (1588.) editioni ſymboli vice præfixit Græcam ſui nominis compendiariam notam, qualem quarto Theſauri ſui Græci tomo ad calcem adjecit.

Aliquando

Aliquando mihi Catechiſmum Hebraïcum à Rob. Stephano excuſum comparavi, in cujus paginâ ad finem vacante Henricus Stephanus eas, quæ m ox ſequuntur, ſententiolas cum ſuo nomine & illo ſui nominis compendio ſuâ manu exaravit.

—— ſed credula vitam Spes fovet &
melius cras fore ſemper ait.

Θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε· τάχ' αὔριον ἔσσετ'
ἄμεινον.

Henr. Stephanus.

Henricus, ut erat amicitias, quas inter peregrinandum ſibi pepererat, colendi nuncupatione librorum ſtudioſiſſimus, [1] Odetto Selvæ Galliarum Regis Venetiis, ubi eum priùs cognoverat, Legato Literarium munuſculum mittere decrevit. Ex quo Italiâ redierat, à ſuorum ibi amicorum quodam Codices nonnullos acceperat, inter quos reperit quædam Dionyſii [3] opuſcula, eò pulchriora, quo inventu difficiliora; quorum antigrapha apud [4] Henricum Scrimgerum erant, ſed mendoſiſſima. [2] Ejus conſilium erat omnes ejuſdem Authoris ejuſdémque argumenti libellos nondum vulgatos (eúmque præſertim, qui ad Q. Ælium Tuberonem ſcriptus eſt) unà

[1] Lege Epiſtol. Henr. Steph. ad Odett. Selv. [2] & ad Petr. Victorium. [3] Vide Indic. Libr. [4] Ἐῤῥῖκος ὁ Σκριμγέρος ἀνὴρ διὰ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα παντὸς ἐπαίνου κρείττων, διὰ δὲ τὴν σπουδὴν ἣν ὁσημέραι περὶ τὴν τῶν παλαιῶν βιβλίων συγκομιδὴν ποιεῖται, καὶ ἐν τῷ τῶν μουσῶν πρυτανείῳ τρέφεσθαι ἄξιος.

edere.

edere. Sed quum mirum in modum depravati eſſent, expectandáque forent alia exemplaria; hæc interim, amicorum conſilio, [1] edenda cenſuit: quæ Odetto Selvæ dicata Patrui ſui Caroli Typis excudi anno 1554 curavit: in Epiſtolâ Græcè ad Selvam ſcriptâ [2] iniquum rerum ſuarum ſtatum cauſatus, quòd majora ei non obtulerit.

Anno 1554 exeunte, Romam ſe contulit (Patrem forſan Genevæ de viâ ſalutaturus); [3] ubi in quodam volumine cum aliis collectaneis excerptas quaſdam ex poſterioribus Diodori libris hiſtorias invenit, & quàm primùm juſſu cujuſdam nobilis viri de Græcis Latinas fecit. [4] Româ, anno 1555, cum Imperator Carolus V. Senas adverſùs Henricum II. obſideret, Neapolin profectus eſt: communitus commendatitiis Cardinalis S. Crucis ([5] creati eodem anno 5. Id. April. Pontificiis Maximi Marcelli ſecundi nomine) literis, quibus ſibi viam aperuit aliquò, ubi nonnihil detegere poſſet, quod Odettus Selva Venetiis Galliæ Legatus ſcire percupiebat, quódque in rem maximè Gallico Regi fore noverat. Accidit Neapoli Henricum à quodam priùs apud Selvam viſum rurſus agnoſci. Is verò tum nullum aliud remedium imminenti, cui ſe ſui Regis gratiâ expo-

[1] Horum opuſculorum editionem memorat in Caſtigat. in Ciceron. pag. 70. 71. [2] Ἡ τῶν ἐμῶν πραγμάτων πονηρὰ κατάστασις. [3] Diodor. pag. 798. [4] Precellence. pag. 4. 5. Conformité. Pref. pag. ult. [5] Thuan.

fuerat,

fuerat, malo invenire potuit, niſi quòd ſuo Italico ſermone perſuaſerit hunc valde errare, qui Gallum putaverat. [1] Eam enim ex ſatis longâ in celebrioribus Italiæ urbibus commoratione Italici ſermonis pronuntiationem addidicerat, ut facilè pro Italo haberetur. [1] Adeo perfectam illius linguæ peritiam poſtea ex deſuetudine amiſiſſe ſe fatetur ; maximam tamen Idiomatum partem ſemper memoriæ hæſiſſe, quibus, quandocunque opus eſſet, uteretur. Venetiis, Odettum Selvam convenit ; ut ſcilicet, quod exploraverat, nunciaret ; [2] cui ità percharus fuit, ut & ad menſam & ad pleraque, à quibus alios excludebat, admitteretur. " Ille aliquando voluit " Henricum audire ſermonem cujuſdam Itali, qui " ſe apoſtaſiæ ad Turcarum religionem(cum ſectam " dicere potiùs deberet) accuſabat : ſed ab eà per " pœnitentiam revocatum ſe aiebat, dummodo " Pontifex ſe ad veniam ipſi dandam haud difficilem præberet. Promiſit Legatus ſe ad Pontificem ſcripturum. Quod cum feciſſet, Pontifexque non tam facilem,quàm ille cupiebat,ſe oſtenderet,tandem Italus in hæc verba erupit : Certiorem velim Pontificem facias, ſi ullâ pœnæ ſeveritate adversùs me uti velit, adhuc mihi fores, ſi libeat redire,unde diſceſſi,patere. Exemplum hoc " referre viſum eſt, ut in eo perſpiceretur, quam

[1] Conformité. Pref. p. ult. [2] Oratio. contra Foliet. p. 34, 35. Dialogues du Nouveau Language Italianizé. pag. 80.

« periculoſum & quàm ſanatu difficile ſit illud
« transfugii malum.

[1] Venetiis dum commoratur, in Bibliothecâ S. Marci exemplar Xenophontis vidit, & aliud rurſum in Bibliothecâ S. Antonii; ſed exemplar inveniri non potuit, quum prior Xenophontis editio excuderetur.

Ibidem [2] anno 1556[a] cum Carolo Sigonio duobúſque patritiis ([3] fortean Lauredanis, † nam in ædibus Andreæ Lauredani Patritii Veneti lapidem antiquum ſe deſcripſiſſe refert; [2] & Bernardinum Lauredanum cum Michaele Sophiano cæteríſque communibus amicis per Epiſtolam ad Sigonium ſalutat) Bibliothecam Beſſarionis ingreſſus, [4] editionem Diogenis Laertii Germanicam cum antiquo Beſſarionis exemplari contulit; quod exemplar unà cum ſuis ex eo caſtigationibus laudanti Henricus Scrimgerus [5] Scotus vieiſſim protulit pulcherrimos aliquot & maximi momenti locos, quos ſuum alioqui peſſimum & à Stephano ſpretum exemplar caſtigatiſſimos reddiderat. [2] Venetiis etiam Henricus ab Arnoldo Arlenio (cui & aliorum quorundam ſcriptorum editionem literati acceptam ferre debent) Appiani exemplar accepit, adeo tamen depravatum, ut multoties iratus abjecerit, ipſique Arnoldo abſenti graviſſimè ob ejus δῶρον ἄδωρον ſuccenſuerit.

[1] Xenoph. 1581. lege Annot. pag. 52. [2] Epiſt. Excerpt. ex Cteſ. Appian. [3] Almeloov. p. 63. † Caſtig. in Cicer. p. 105. [4] Max. Tyr. Epiſt. [5] Ibid. p. 360.

Ille

[1] Ille autem noverat, inſtar Maronis, qui de Ennii ſtercore aurum colligebat, ex libro ſæpe turpiter mendis conſpurcato bellam & concinnam lectionem elicere; quod quidem in quodam Maximi Tyrii exemplari, quod à Joanne Stracelio literarum Græcarum Profeſſore Regio commodatò acceperat, præſtitit. Imò etiam cum ei & Arlenio Petrus Victorius oſtendiſſet multas inſignéſque caſtigationes in ea Polybii ſcripta noviſſimè edita (falsò ἐπιτομαῖς nomine inſcripta, quum ἐκλογαὶ vocari debuiſſent) ex duobus optimis exemplaribus depromptas; in eodem volumine, in quo Maximi quædam erant, reriebantur cum ex aliis Authoribus tum etiam ex Polybio nonnulla: in quibus cum nihilominus depravatus eſſet ille liber, ex eo tamen elegantiſſimas locorum aliquot caſtigationes ad Victorianas addidit. In quo igitur Scrimgerum antea reprehendebat, in eo ſummum ejus judicium admirari didicit, qui in caſtigandis novis veterum ſcriptorum Editionibus (cui rei natus eſſe videtur) nullius exemplaris auxilium, etiamſi multa multóque præſtantiora alia habeat, aſpernatur. [2] Idem Scrimgerus exemplarium ope Strabonem à multis errorum millibus purgavit.

[1] Max. Tyr. Epiſt. [2] Ibid. p. 360.

Henricus Stephanus [1] juvenis eruditus ac diligens, poſtquam per varia, quæ pertranſivit, loca, apud omnes omnium ordinum homines gratioſus, ſuâ haud vulgari eruditione nomen ſibi aſſecutus fuiſſet; multas virorum ſcientiâ loco & honoribus illuſtrium amicitias comparâſſet; quicquid ubique reconditioris diſciplinæ in Bibliothecis publicis & privatis latebat, ſtudioſiſſimè conquiſiviſſet; nullámque ex doctorum colloquio proficiendi occaſionem non avidiſſimè arripuiſſet: tanquam apis florum ſuccis onuſta ad alveare, Lutetiam remeavit anno 1556 exeunte, ſuæ ætatis 27°. [1] Illi quotidie Roberti Patris ([2]quem laudandi nullam non cauſam capit pius filius) vigiliæ ob oculos verſabantur, quæ ipſum omnium hominum alioqui (modeſtè de ſe pronunciat) maximè μισόπονον ad laborem accendebant. [3] Patri ſuam operam unà cum multis aliis navabat in Heroico illo & planè Herculeo labore, ingenti ſcilicet & immenſo Linguæ Græcæ Theſauro, quem jam à [3] multis annis, ſumptibus propè infinitis, ex præſtantiſſimis Græcæ Linguæ authoribus congerebat. [2] Paucis horis, quas ex ſuo penſo, plerumque etiam ex ſomno, ſuffurabatur, properanter & tu-

[1] Sic eum vocat Victorius in Epiſtol. ante Æſchyl. & Leopardus, *doctiſſimum, diligentiſſimum, vigilantiſſimum, virum magnæ eruditionis*, in Miſcell. lib. 3. cap. 3; lib. 5. cap. 17, lib. 8. cap. 19. Hunc fortè novit non ex ſcriptis tantùm, ſed ex Petro Nannio Alcmario Lovanienſis Academiæ Latin. Liter. profeſſore. [2] Ciceron. Lex. Epiſt. ad Lector. [3] Lege priùs in Vit. Rob. Steph. pag. 88. 89.

multuariè

multuariè, ſed utiliter tamen, libellos quoſdam concinnabat. Aliquot Moſchi, Bionis & Theòcriti Idyllia Latinè reddidit, aliáque carmina compoſuit non diverſi ab illis argumenti; quæ omnia Lutetiæ frater ejus Robertus ann. 1556. 3. Cal. Jan. excudit. Hôc etiam anno (ſi Bigotianæ Bibliothecæ catalogo fides habeatur) Henricus ipſe [1] Pſalmos aliquot metricè à quatuor illuſtribus Poetis expreſſos Typis mandavit.

Anno 1557° ab illo in publicum multi prodierunt libri, quorum titulo ſolebat addere [2] *ex officinâ Henrici Stephani*, aut [3] *ex officinâ Henrici Stephani Pariſienſis Typographi.* Quo ordine ſinguli lucem aſpexerint, noſſe haud ità facile eſt, Vix enim [4] unquam, Patris more, librorum calci menſis & diei notam adjecit. Aliquando tamen conjecturæ dabitur locus, ſi animadvertatur; in ejus notis ſæpe lectorem referri ad quædam notarum in alios libros loca; haberi oportere inter librum excuſum & editum diſcrimen; nonnunquam enim [5] libri excuſi editionem

[1] Lege Indic. libr. pag. 41. [2] Æſchyl. Athenag. [3] Lexicon Cicer. Caſtigationes in Cicer. Maximus Tyr. Opuſcula Ariſtotelis & Theophr. Excerpta ex Cteſ. [4] In Streinn. Stemmat. 1559. additur dies menſis, 15. Cal. Mart. [5] Erotiani, ex quo locus apud Æſchylum p. 384. citatur, quíque eodem tempore excudebatur, editio non prodiit niſi ſexto anno, poſtquam manus ei extrema impoſita fuiſſet; ideóque non ſecus de eo fama ſpargi cœpit, ac ſi jam editus foret; adeo ut etiam Bibliopolæ vulgò in Catalogum librorum ineunte anno M. D. LVII. editorum, hunc quoque, quem nunquam viderant, referrent. Epiſtol. Diction. Medic. præfix..

etiam per aliquot annos premi ſolere; libros duos pluréſve ſub diverſis prælis eodem tempore ſudare, ac igitur invicem ex alterutro in alterutro locos (quod in [1] Maximo Tyrio & [2] Æſchylo accidit) allegari poſſe. Eâ ratione colligo, Æſchyli Tragœdias ante [3] Lexicon Ciceronianum excuſas, & ante [4] Caſtigationes in Ciceronem editas; Lexicon Ciceronianum ante [5] Caſtigationes in Ciceronem editum; Appiani libellos ante [6] Maximum Tyrium excuſos; quorum [7] Editionem remorata eſt aliqnandiu expectatio Latinæ Interpretationis, quam invitus in biennium diſtulit; [8] Athenagoram, quem Petro Nannio dedicatum 10. Cal. Jun. miſit, poſt Lexicon Ciceronianum editum; Ariſtotelis & Theophraſti opuſcula vel paulò ante vel circa idem tempus, quo Æſchylus, edita & miſſa ad Petrum Victorium, apud quem [9] epiſtolâ ſe purgat de ſuâ in excudendo Æſchylo procraſtinatione, cujus ab eo per literas accuſabatur; Maximum Tyrium certè non niſi poſt alios ſaltem plures editum, [10] quem Arnoldo Arlenio per tabellarium, & cum eo Græcos alios nuper à ſe editos libellos miſit. Sed jam de Libris ſingulis nonnihil dicendum eſt.

Carolo Sigonio, [11] viro doctiſſimo & diligentiſſimo, cujus curæ inter alia ad hiſtoriam Romanam

[1] P. 250. [2] p. 356. [3] p. 199. [4] p. 35, 36, 38, 56. [5] Epiſt. ad lector. [6] p. 361. [7] Epiſtol. [8] Epiſtol. p. 160. & p. 193. [9] Præfix. [10] Epiſtol. [11] Excerpt. ex Cteſ. Not. pag. 214.

ſpectantia

ſpectantia Veneta Livii editio [1] poſtrema debetur, inſcripſit excerptas ex Cteſiâ, Agatharchide, Memnone ([2] quem totum aut pro eo [3] Nymphin ad nos vellet perveniſſe) hiſtorias, Appiani Iberica & Annibalica, Græcè omnia nunc primùm ab ipſo cum caſtigationibus edita. [3] Perſica enim hiſtoria, eò quòd μοναρχικὸς eſſet, ἐν μοναρχουμένῃ χώρᾳ non ſolùm natus ſed educatus, ei mirificè ſemper placuit. At quis ferat iſtos ſordidiſſimos plebicolas juratos Monarchiæ hoſtes, qui, licèt ἐν χώρᾳ μοναρχουμένῃ natis educatíſque nil deſit præter malè agendi licentiam, ipſâ fœlicitate ſaturi, obedientiæ liberæ pertæſi, ac dominationis, ad quam ordo natalium eos minimè evexit, avidi, ſus déque habent omnia, ut veterem & avitum imperii Monarchici morem, Democratico tumultu & populari (omnium peſſimâ) tyrannide evertant? Henricus [2] *In Appiani exemplari valde depravato adhibuit multas τέχνας & μηχανὰς, quibus inexpugnabilia alioqui errorum monſtra non in hôc libro ſolùm ſed & in aliis κατεσεστηγμένα; quas edoctus eſt à ſuo olim præceptore Petro Daneſio, qui quàm fœlici ad eluendas librorum etiam abſtruſiſſimas labes ingenio præditus ſit, Gallia & Italia optimè noverunt; cui pares nullos invenit præter duos magni nominis in Galliâ viros Adrianum Turnebum & Joannem Auratum.*

[1] Scil. ann. 1555. quam Bernardino Lauredano Andreæ fil. Patritio Veneto dicavit. [2] Excerpt. ex Cteſ. Epiſtol. [3] De quo Voſſ. in Hiſt. Gr. pag. 103.

Opuſculis illis ad Hiſtoriam pertinentibus adjecit alia Græcè ad Philoſophiam ſpectantia cum brevibus annotatiunculis ſcripta quædam Ariſtotelis & Theophraſti inter omnes ejus diſcipulos præſtantiſſimi, cum nonnullis ex Archytâ, Sotione, & Athenæo decerptis, quæ vel nunquam antea vel minus emendata prodierant. [1] Illas ἐκ τοῦ περὶ ἀκουστῶν Ἀριστοτέλους, & ἐκ τῶν τοῦ Ἀρχύτα ἐκλογὰς ex quodam Porphyrii libro nondum edito deſcripſit. Hæc miſit dona Victorio, [2] quem rogat veterum exemplarium auxilium; quod niſi hactenus ſibi defuiſſet, inſtituerat Ariſtotelis & Theophraſti quæcunq; nunquam edita eſſent vel caſtigatiùs quàm antea edi poſſent, eo volumine complecti opuſcula.

Inter Henricum & Victorium inchoata Venetiis jam ſatis invaluerat conſuetudo; Hìc de illius eruditione tam bene ſentiebat, [3] ut illi ſuas in Æſchylum lucubrationes, quas edendi facultatem apud ſuos nullam habebat, divulgandas dederit. Penès hunc erat vetuſtiſſimum nobiliſſimúmque volumen ([4] cujus oculatus teſtis fuit Henricus), quo continebantur omnes ſuperſtites Sophoclis & Æſchyli tragœdiæ, nec non etiam Apollonii Argonautica. Inter Æſchyli fabulas Agamemnonis finiś & Choephorarum

[1] Lege Not. pag. 151. [2] Lege epiſtol. [3] Epiſtol. Victor. [4] Not. pag. 354.

phorarum initium deſiderabantur (unde orta eſt utriuſq; in unam apud Turnebi editionem confuſio); hanc farcire non potuit; illam ex alio libro integram deſcriptam & cum exemplari in Alexandri Farneſii ſummi Antiſtitis Bibliothecâ Gulielmi Sirleti operâ collatam non ſine ope eruditi juvenis Bartholomæi Barbadori emendavit. Quod ſcholia attinet, Victorii eſt opinio, ſcholiis Æſchyli ([1]quorum magna authoritas apud Euſtathium) primas, Sophocleis Romæ ſeorſim editis ſecundas, Euripideis ultimas dari oportere. [2] Henricus, ne tanti viri diligentia per ſuam negligentiam deperiiſſe diceretur, poſt tragœdias excuſas, varias omnes lectiones exemplaris margini adſcriptas in unum collegit, aliiſque quibuſdam, quas ex alio codice habebat, (neque enim ubique Victorii librum, ubi quid mendoſum occurreret, ſecutus eſt) auctas, obſervationibus ſuis in locos Æſchyli variis modis ſcriptos, ex viri cujuſdam amiciſſimi conſilio, illuſtravit. [3] Magnum præterea judicium adhibuit in ſcholiis, quibus ſæpe accidit, ut, quum undique ſint collecta, doctis antiquorum adnotationibus permiſceantur recentiorum quorundam deliramenta; [4] qualia margini cujuſdam libri veteris adſcripta Florentiæ legerat.

Ut verò non minus de Latinis quàm Græcis Scriptoribus mereatur, Ciceronianum Lexicon Græco-

[1] Albert. Fabr. Biblioth. Gr. [2] Not. pag. 354. [3] pag. 389. [4] pag. 387.

Latinum

Latinum conſtruxit, in quo collegit, quicquid Cicero ex Philoſophis, Hiſtoricis, Poetis, ſoluto aut pedeſtri ſermone interpretatus aut imitatus fuerit. Huic Lexico ſtatim adjunxit ſuas in plurimos Ciceronis locos partim ex ſuo ingenio partim ex vetuſtiſſimo emendatiſſimóque exemplari caſtigationes cum mendorum exemplis & cauſis ad calcem adjectis. In illo & his notat iſtos [1] Ciceronianos (& unum inter eos [2] aliquem, cujus nomini parcit), qui tantâ in numine Ciceronis colendo ſuperſtitione imbuti ſunt, ut, quæcunque apud eum reperiunt, Craſſi librarii, dormitantíſve Typographi errata tanquam verè Ciceroniana revereantur & adorent.

Philoſophis Ethnicis Chriſtianum addidit Athenagoram, cujus binas vulgavit pro Chriſtianis & de Reſurrectione Orationes; Græcè priorem nunquam antea, alteram caſtigatiùs editam; Utramq; Latinè verſam, hanc olim à Petro Nannio ([3] cui nonniſi unicum erat exemplar non paucis vitiis infectum) & Antonio à Granuella Epiſcopo Atrebatenſi 1541. 13. Cal. Maii. dicatam; illam nunc Non. Febr. à Conrado Geſnero ([4] illo literariorum laborum Atlante) & Bullengero Tigurinæ Eccleſiæ Paſtori inſcriptam notíſque [5] elucidatam. Ambas

[1] Epiſtol ad Lector. præf. Lex. & Caſtig. De Ciceronianis Italis lege epiſtol. Nann. ad Leopard. anno 1551. 15. Cal. Dec. lege Eraſm. Ciceronian. [2] Sciunt multi, quem dicam. Caſtig. Cic. pag. 41. [3] Epiſtol. Nannii. [4] Epiſtol. ad Nann. [5] Epiſt. Geſner.

Hen-

Henricus ſuis annotationibus Nannio dicatis, fretus antigrapho hujus à Sirleto olim accepto, illius in Regís Gallorum Bibliothecâ juxta pagum Calliroen Pariſiis vicinum reperto, ornavit; [1] in Nannii interpretationem familiariter & liberè inquiſivit; [2] nil tamen in Græcis aut Latinis ex ſuo ſenſu immutavit, ſed omnia integra doctorum virorum judicio ſervavit.

[3] Janus Laſcaris ſolertiſſimus antiquitatis indagator è Græciâ [4] primus Maximum Tyrium [3] ad Laurentium Medicen attulit inter multos alios libros ipſius Laurentii munificentiâ ad lucem eductos. Hunc Coſmus Paccius Archiepiſcopus Florentinus Laurentii nepos Laſcaris rogatu Latinum fecit, [5] exemplaribus vix duobus iiſque vitioſis adjutus, ac Julio II. Pont. Max. inſcripſit. [3] Id opus à Laſcari, Zenobio, & Acciaiolo probatum Petrus Paccius authoris morte præventi nepos Chalcographis dedit excudendum. Eum Authorem Stephanus nunc primùm [6] Græcè edere aggreſſus eſt cum caſtigationibus in ipſum Textum. [4] Ad manum ei erant Arſenii Antigraphum non optimum quidem ſed Pacciano melius, ac Joannis Stracelii Græci Regii profeſſoris exemplar omni mendorum genere fœdatum. Paccianæ interpretationis plurimos, quibus ſcate-

[1] Epiſtol. ad Nann. [2] P. 208. [3] Epiſtol. Pet. Pacc. [4] Epiſt. H. S. [5] Epiſtol. Coſm. Pacc. [6] Æſchyl. p. 356.

bat,

bat, errores emendavit; [1] ad cæteros omnes, donec valde otio abundaret, connivere decrevit.

Henricus [2] ſuis aliquando erratis excuſationem affert non illam tantùm generalem, quòd homo ſit; ſed alias ſibi cum paucioribus communes; nimirum & juvenilem ætatem & Typographica negotia & (quod ſtudiis maximè adverſatur) aſſiduam de re domeſticâ ac familiari curam & ſollicitudinem. Quâ excuſatione an magìs modeſtiam oſtendat quàm famam aucupetur, lector judicet. Nonnunquam enim mihi videtur gloriæ avidior; exempli gratiâ, [3] cum ſcribat ſe locos reſtituiſſe adeo permutatos, ut vel Oedipus ipſe ibi hæſitare potuiſſet: [4] cum ſuas in Eraſmi Adagia animadverſiones à ſe juvene editas glorietur. Id interim in ejus cauſâ dixerim; quòd, ſi quando vanæ (quam vocant) gloriæ ſtudeat, veram nemo magìs meruerit.

Cenſuram quidem ferè ubique agit [5] liberam, ſed non niſi gravi de cauſâ. Μνημονικοῦ ἁμαρτήματος arguit [6] Maximum Tyrium, [7] Ciceronem, [8] Galenum; in citandis locis hunc Æſchyli, illos Homeri: ubi ſe minimè putat falli, quippe qui non à multis diebus poetam utrumque pervolutaviſſet. Notat erraſſe

[1] P. 317. [2] Caſtig. in Cicer. p. 113. 114. [3] Opuſc. Ariſtot. pag. 166. [4] Aul. Gell. Specim. Emend. pag. 93. [5] Athenag. p. 97. l. 33. [6] Max. Tyr. p. 247. [7] [8] p. 357. 358. [8] p. 247. Æſch. l p. 324.

nonnunquam

nonnunquam [1] Gazam hominem alioqui doctiſſimum & diligentiſſimum, ſed hominem; [2] Euſtathium quoque in ſuis ad Dionyſium περιηγητὴν commentariis, (quos olim ejus pater Robertus ediderat). [2] Euſtathius itaque, quem in majoris momenti rebus inſcitiæ convicerat, apud eum fidem impetrare deſiit; præterquam in iis, quæ ex antiquis illis doctiſſimis grammaticis profert.

Subſiſte pauliſper, Lector; mecúmque animum recipe; vidiſti noſtri Henrici varios in Authoribus variis, Rhetoribus, Hiſtoricis, Philoſophis, Poetis, Græcis, Latinis, ſacris & profanis per hunc annum labores: ex uno hôc ſequentes æſtima, & expecta; attonitus expende incredibilem in ætate nondum virili ſcientiam, induſtriam, judicium; mecúmq; facilè ſenties ſenes pauciſſimos illius juvenis veſtigia aſſecutos fuiſſe.

Anno 1558. incepit eſſe Typographus illuſtris viri Huldrici Fuggeri Domini in Kirchperg & Weyſſenhorn, [3] nati anno 1526. 20°. April. [4] propter virtutes egregias ſingularéſque animi dotes, pronum in literas ſtudium, necnon [5] ob locupletiſſimum muſæum clariſſimi: cui Juſtiniani, Juſtini ac Leonis novellas conſtitutiones [6] Græcè ante annos tri-

[1] Opuſc. Ariſtot. Theophr. pag. 157. [2] Æſchyl. pag. 388. [3] Almeloov. p. 66. [4] Epiſt. Scrimger. ad Juſtinian. [5] Diodor. Epiſtol. [6] Scrimger. ad lect.

ginta

ginta à Gregorio Haloandro editas,ſed nunc primùm ex vetuſtis exemplaribus reſtitutas auctáſque, ab Henr. Stephano excuſas ac ejuſdem in Leonis conſtitutiones caſtigationibus ornatas dedicavit [[1] Auguſtæ Vindelicorum 4. Cal. Jun.] Henricus Scrimgerus Scotus; [2] qui " novem abhinc annis vetuſta
" exemplaria accuratè & diligenter contulerat, eò
" magìs in illud opus incumbens, quòd Biturigi-
" bus Gallorum Equinarium Baronem & Franciſ-
" cum Duarenum viros doctiſſimos & ævi illius
" juriſconſultorum facilè principes, quos in jure
" civili audiebat publicè docentes, queri ſolitos
" meminerit, Novellas has Conſtitutiones, quarum
" uſus in totâ juris ſcientiâ eſt adeo neceſſarius,
" multis in locis depravatas, ſermone denique bar-
" baro converſas negligi; quamvis [1] Hervagius
" Andreæ præſertim Alciati ([2] qui primus ad bene
" ſperandum de juris civilis recuperatione quaſi
" ſignum aliquod ſuſtulerat) operâ adjutus illas,
" quum totam juris civilis Juſtinianeam compoſi-
" tionem excuderet, additis quibuſdam auxerit.
Henricum Scrimgerum & Stephanum magna conjunxit neceſſitudo, imò & (Iſaaco Caſaubono [3] Authore) [4] affinitas; unde [5] quidam dubitant, annon ejus uxor de ſtirpe Scrimgerianâ fuerit. Eum certè Stephanus paſſim [6] honoris cauſâ nominat, ſæpius

[1] Præf. ad lector. [2] Epiſtol. ad Fugger. [3] [4] Epiſtol. 660. [5] Almeloov. p. 103. [6] Epiſtol. ante Laert. 1570.

laudat

laudat uti [1] magnum Scotiæ ornamentum, [2] integritatis veterum Authorum cupidiſſimum, [3] cujus primùm operâ Xenophontis ſcripta repurgari ab illis, quibus ſcatebant, mendis cœperunt, quum per Italiam multa ejus vetuſtiſſima exemplaria conquiſiſſet; [4] virum reſtituendis bonis Authoribus natum; ex cujus [5] exemplari Strabonem non ſemel emendat.

Hôc anno Henricus iter fecit Genevam; ubi à Scrimgero ſequentem [6] Epiſtolam accepit.

Genevam.

Henricus Scrimgerus Henrico Stephano S.

ACcepimus duos codices *νεαρῶν*. Valde [7] Domino placet operis elegantia & magnificentia, quod gaudeo. In epiſtolâ noſtrâ priori vel meâ incuriâ factum vel quod te, quem volui ea diligentiùs expendere, non ſatìs ad id temporis habere dixeris, ut nonnulla, quæ in margine fortè erant nec deleta, in alienum locum irrepſerint, ut illud primâ paginâ paulò ante imum marginem *fecit inquam*, quod omnino ponendum non erat, aut, ſi ponendum, non eo loco, ſed ante illa *ut in eam cogitationem.* Paginâ ſequenti ubi *ſubſecivis* ſcripſeram, tu *ſucceſſivis* communi more ſcripſiſti, cum neque id ratio patiatur, & veteres non modò codices ſed authores rerum ruſticarum & agrimenſores *ſubſecivum agrum* ſemper vocent, & docti omnes id probant, imprimus Turnebus quodam in loco adversùs Ramum. Sed in eo nihil eſt momenti, cum hoc poſitum à te receptum jam paſſim eſſe ſciam:

[1] Sched. Mart. p.99. [2] Xenoph. 1561. Not. p.2. [3] Xenoph. 1581. Epiſtol. ad Jacob. Reg. [4] Æſchyl. pag. 357. [5] Ibid. & excerpt. ex Cteſ. p. 221. [6] Goldaſt. epiſtol. Philolog. [7] Intelligit Dominum Huldr. Fuggerum, cui Novellas dicaverat.

te tamen admonere volui, quid in eo ſpectaverim, cum ſic ſcriberem. Item illud *augiæ*, quod ego *augei* ſcripſeram, te puto Latinos quoſdam codices ſecutum, cum αὐγέος Græcè vocetur. Reliqua optimè, nec in iſtis quicquam incommodi, præter illud *fecit unquam*. Tibi cum iſto Diogenem Laertium mitto, quem cum acceperis, reſcribes. Vale. Auguſtâ, 1558.

Dum Genevæ moratus eſt, [1] Adagiorum Eraſmianam, quam Pater vulgabat, editionem quantum per temporis anguſtias & typographicas occupationes licuit, ornavit animadverſionibus; [2] in quibus cur majore brevitate uſus non ſit, in cauſâ erat, quòd ſe, niſi latè expoſitis ſuis, qualeſcunque erant, rationibus fidem adversùs tantum Virum (Eraſmum ſcilicet, quem ſæpe notat, & [3] in quo Palladam ἐπιγραμματοποιὸν laudante, ſi quid in eo deſiderare fas ſit, judicium deſiderat) non facilè impetraturum cerneret. [4] Eraſmum tamen laudat, utpote qui, ſi ſuo operi diutius ſuperſtes fuiſſet, nullam vel viris doctiſſimis animadverſionum reliquiſſet materiam. [4] Promittit etiam ſe proverbia non pauca, quæ in his collectaneis deſiderantur, additurum, quum linguæ Græcæ Theſauro (in quod paterno auſpicio atque ductu dies noctéſque incumbebat) colophonem impoſuiſſet.

Genevâ deinde regreſſus eſt Pariſios, quò Joachimus Camerarius, cum dudum libros ab Henr. Stephano

[1] Præf. ad Lect. [2] Pag. 1122. [3] Anth. Pref. & Epigr. ſelect. in epiſtol. [4] Præf. ad Lect.

phano editos, literáſque nuper ab ipſo accepiſſet, ei reſcripſit epiſtolam; quam poſt annum 1557. (nam in eâ mentio fit *rationum emendandi libros veteres*, quas anno 1557 promiſerat, cum ederet Caſtig. in Cicer pag. 98. 110. 113.) & ante annum 1559. 7. Id. Sept. (nam in eâ de morte Rob. Stephani ſiletur) certè ante annum 1560 (nam in eâdem memoratur Melanchthon, qui obiit 1560. Apr. 19.) ſcriptam, anno ſcilicet 1558. Prid. Id. Oct. conjicio.

Pariſios.

Joach. Camerarius Henr. Stephano V.C.L. S.D.

REddidit Guichetus literas mihi tuas ità ſcriptas, ut perſpicuè declaretur ſingularis affectio animi erga me tui. Libros verò abs te editos jam acceperam, ſed ſinè literis. Itaque tum nihil reſcripſi. Ago autem gratias humanitati tuæ, cum præclara opera & ingenii & elaborationis communicanda mecum exiſtimas. Nam quod tantum mihi etiam tribuis, ut de illis judicium me facere poſſe credas, eo me ut magnopere lætari neceſſe eſt, quòd tam bona ſit exiſtimatio de me tua, ſic ſanè ego ὥσπερ τις ἀναλογιζόμενος τὰ τῆς φιλομαθείας impenſarum quidem ab operâ & labore nonnihil reperio, ſed quod pactum eſt & factum lucri, id perexiguum eſt. Quo etiam tempore illud quicquid erat & poterat & debebat diligentiâ creſcere & excolendo reddi fructuoſius, hoc cum Reip. perturbationes, tum privatæ difficultates eæ inciderunt, ut copiam diminui neceſſe eſſet, nedum tenuitas augeretur. Sed de his plura ſcribere non eſt opus. Te hortor, qui & naturæ adjumenta habes, & in quo eximia doctrina atque induſtria & ætas ad tolerandam ſtudii defatigationem vegeta eſt, ut pergas operam navare in iis publicandis, emendandis, perpoliendis, quibus inſtrui adjuvarique poſſunt amatores optimarum diſciplina-

rum & artium. Etſi autem eruditio literarum indies minoris ſit à pleriſque, nihilominus tamen & conſilium honeſtum eſt, & præclara ſedulitas eorum, qui, quicquid poſſunt, ad hujus conſervationem & incrementa conferunt. Quoniam autem concedis mihi jus quoddam ſententiam dicendi de tuis ſcriptis, de aliis fortaſſe alias tecum amanter agemus quærentes magìs quàm definientes. Nunc facere non potui, quin ſignificarem tibi, miratum me eſſe, quod in mentem venerit tibi, ut Eobani Heſſi verſus, quibus pſalmos Davidicos eſt interpretatus, penè futiles perhiberes, atque laudem facultatis Poeticæ operi illi penitus detraheres. De quo certè plurimorum doctorum virorum alia opinio eſt. Nam meum quaſi teſtimonium non modò ut rudioris καὶ ἀμυσοτέρου ſed ut amici & benevolentis minus ponderis fortaſſe habere debeat. Tu autem cum ἀναπολογικῶς pronunties, utrum authoritate an judicio obtinere cauſam velis, tibi ſcilicet eſt videndum. Venio nunc ad γραμματικὸν ζήτημα delatum ad Philip. Melanchthonem. Atque ille quidem ità reſpondit, ut non ſolùm ἀποψήφισιν ſed omnino διαγνώμην meam eſſe voluerit. Ego tamen & aſſentior illi, & quid præterea cenſeam, non habeo. Nam quid ſignificatione & reipsâ, prius poſteriúſve ſit, non arbitror te ambigere, cum ſcias Ariſtotelem facere τὸ δίκαιον ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης παρώνυμον. Et Priſcianum ab *armis* verbum *armo* & contra à verbo *curo curam* deducere. Quod reſtat igitur, tuum opus expectamus. Ego autem valde expeto promiſſas abs te rationes emendandi libros veteres. Quæ cum prodierint, videbis ut ad noſtros mercatus afferantur. Quod de deſiderio filii mei Guichetus narravit, id ſcito commune eſſe utriuſque. Sed filius ante dies aliquot diſceſſit Petrus Italiam conficiendi curſum ſtudiorum ſuorum gratiâ. Mihi autem non tam ætas ingraveſcens quàm alia impedimenta obſtant, quominus ſuſcipere talia itinera poſſim, quibus nihil eſſet mihi jucundius. Te bene valere, & fœliciter rem gerere, & ſtudio, induſtriâ, laboribus tuis quàm diutiſſimè prodeſſe ſapientiæ virtutíſque cupidis, precor. Vale, Guicheto officii à me hôc tempore variarum occupationum amborum præſtari nihil potuit.

Qui

Qui cum ſignificâſſet, ſe poſtridie abiturum eſſe, hæc feſtinanter exaravi ad lucernam, cum lippitudo etiam mihi eſſet moleſta: quæ in optimam partem accipies, & conſervabis benevolentiam erga me tuam, tibíque perſuadebis me eſſe ſtudioſiſſimum nominis tui. Vale. Lipſiæ pridie Idus Octobr.

Anno 1559° Henricus Stephanus, [1] cœptam à Patre ſuo auſpiciis Franciſci Regis Typographiam Fuggeri ductu auſpiciíſque perſequens, nihil antiquius habuit, quàm ut excudi cœptum à Patre pulcherrimum ſcriptorum genus ad umbilicum duceret. Quum igitur hic, ſumpto ab iis initio, qui nondum in vulgi manus veniſſent, hiſtoricos tres ejuſdem argumenti edidiſſet, Dionyſium Halicarnaſſeum, Dionem Cocceium, Appianum; ille, velut traditâ ſibi ab eo lampade in curſu ei ſuccedens, Diodori Bibliothecam decem libris nunquam priùs editis, & [2] hiſtoriis, quas ex libris poſterioribus excerpſerat, partim Græcis, partim Latinè à ſe abhinc quadriennio Romæ verſis (quarum exemplar Græcum ſecum non attulerat) ſupplementóque libri 17ⁱ. ex Arriano & Curtio auctam cum ſuis in eam annotationibus vulgavit, & dedicavit Huldrico Fuggero: quem orat atque obteſtatur, ut ſumptibus (quos in re literariâ & libenter fecit & facere potuit maximos) non parcat ad librorum deperditorum perquiſitionem; & caveat, ne aliquis ex ejus fratribus viris ornatiſſimis hanc ei palmam præriperet.

[1] Diodor. epiſtol. [2] Ibid. p. 798.

ret. Ii enim libri, [1] quos ([2] quamvis extare non crederentur) [1] in Siciliâ viſos ex Lazaro Bayſio & audiverat & literis compererat, Librorum Livianorum jacturam minuerent. [2] Diodorum cæteris hiſtoricis tantò præſtantiorem, quòd hi μεκὸν ille οἰκουμενικὴν hiſtoriam reliquerit, [3] vendicat à criminationibus Lodoici Vivis, qui eo ſæculo natus Hiſpaniæ ſuæ maximum decus & lumen ob doctrinam extitit.

Hôc anno, 15. Cal. Mart. excudit Gentium & Familiarum Romanarum Stemmata, Ric. Streinnio Barone Schuuarzenavio authore, [4] vix vicenni, qui apud Franciſcum Hotomanum Argentorati ſexdecim menſibus in Romanarum Antiquitatum ſtudium incubuerat, ſuáſque has lucubrationes dicaverat Carolo Archiduci Auſtriæ anno 1558. 16. Cal. Sept. Tum Hotomanus Id. Aug. eas ad Bezam miſerat Apelli illi Roberto Stephano, ut illuſtraret, committendas. Beza autem reſcripſit ſe, ſimulatque in hanc urbem [Genevam] veniſſet, fidem liberâſſe, minimè tamen veritum, ne, quòd illi auctor fuerit, ut hunc librum ederet, illius pudori non ſatis caviſſe viſus eſſet. At verò quod pater non præſtiterat, filius perſolvit.

Henrico Stephano annum ætatis trigeſimum a-

[1] Diodor. epiſtol. [2] Ibid. p. 798. [3] Tractat. de Diodor. [4] Lege epiſtol. Præfix.

genti,

genti, [1] necdum ullum, quo lecto affigeretur, morbum experto calamitatem graviſſimam [2] reíque ejus familiari pertubationem attulit 7. Id. Sept. mors Patris Roberti [3] viri pietate, virtute, doctrinâque præſtantis; [4] cujus hæreditatem adivit.

Annus hic & duo utrinque proximi propter multorum virorum ſummâ dignitate illuſtrium mortem memorabiles fuerunt. [5] Obierunt enim ann. 1558. Febr. 12. Otto Henricus Elector Palatinus Rheni: Sept. 21. Carolus V. Imperator. Nov. 17. Maria Angliæ Regina. 1559. Cal. Jan. Chriſtianus Daniæ Rex: Aug. 18. Paulus IV. Papa: Jul. 19. Henricus II. Galliarum Rex, ([6] quem Henr. Steph. ſcribit puerorum Regiorum educationi tam bene conſuluiſſe, ut eis literariæ non minùs quàm equeſtris artis magiſter adfuerit, hujus Carnavaletus, illius Auratus) cui per 15 menſ. ſucceſſit Franciſcus II. 1560. Sept. 29. Guſtavus Sueciæ Rex: Dec. 5. Franciſcus II. Gal. Rex, cui Carolus IX. adhuc puer ſucceſſit.

Henricus Stephanus nullâ calamitate à ſtudiis abſterritus poſt mortem Patris ad labores redit. Ejus dolorem non parum minuerant [7] Literæ à Philippo Melanchthone redditæ, non ſolùm humani-

[1] Conformité. Præf. pag. 2. [2] Pag. 170. [3] Camerar. epiſt. ad H. Wolf. 1560. 5. Non. Feb. [4] Lege Vit. Rob. Steph. pag. 89. [5] Calviſ. Chron. [6] Muſ. Monit. p. 96. [7] Epiſtol. præf. Pind.

tatis plenæ, ſed inſigne etiam propemodum paternæ benevolentiæ indicium præbentes: quibus eum ad promovendum Linguæ Græcæ Theſaurum, ſuo & Joachimi Camerarii conſilio de illo opere aperto, currenti calcar addidit, & viam faciliorem patefecit. Quo autem gratum erga Melanchthonem animum teſtaretur, ejus nomini inſcripſit Pindarum, cui in tyronum gratiam addiderat interpretationem Latinam; quamvis alioquin omnes Græcos ſcriptores (præſertim Poetas) ad verbum tranſlatos, arboribus, quibus autumnus ſuum foliorum honorem decuſſit, ſoleret comparare. Optabat, ut Melanchthonis tranſlationem ſingulis verbis non adſtrictam ex ipſius autographo excudere licuiſſet. Pindaro appendicem adjecit Lyricorum fragmenta, Præfatione in Anacreontem ex Græco Sermone in Latinum verſâ; in quo opere Marcum & Joannem Fuggerum fratres carminibus trimetris & dimetris præfatur. Hæc prodiit editio prima, anno 1560, Aprili ineunte, ſcilicet ante Melanchthonis mortem (Apr. 19.). Tanti illum Poetam fecit, ut cum ter ediderit in minori formâ; [1] & ex immenſo circa illius interpretationem labore olim ægritudo corporis foret contracta. [2] Juvenis erat & quidem valde juvenis, cum Pindarum verteret, ideóque & minùs exercitatus, & (ut minùs exercitatis accidit) tumidus. Hoc anno excudit prætereà Appiani Hiſpanica &

[1] Epiſt. ante Sixt. [2] Ex Dial. de Inſtituend. ſtud. 1587. p. 57.

Annibalica

Annibalica Latinè verſa, [1] ad quod munus virum Græcæ linguæ non parum peritum Franciſcum Beraldum Aurelianenſem delegerat; necnon Leonis & aliorum conſtitutiones Latinitate donatas & Gulielmo Arauſionis Principi Cal. April. dicatas ab Henrico Agyleo, [2] quem Henrici Stephani viri mirâ in emendandis authoribus tum diligentiâ tum induſtriâ annotationes & Græca Scrimgeri emendata editio, cujus paginas numerorum notæ hujus margini appoſitæ indicant, permultùm juverunt.

Henricus ante Patris obitum Græcorum Hiſtoricorum editionem à Generali Diodori hiſtoriâ auſpicatus, nunc ad ſingulorum Regum Gentiúmve res geſtas deſcendere meditatur: & à quo potiùs quàm à Cyro illo in ſacris Codicibus celebrato, ejuſque ſcriptore Xenophonte, [3] cujus voce Muſas quaſi locutas refert Eloquentiæ Pater, ordiatur? [4] Eum itaque in lucem propediem vulgatum iri Melanchthoni promittit. [5] Hòc anno, magnæ turbæ in Galliâ [6] religionis ergo [5] coortæ, temporaque reipublicæ calamitoſæ conſecuta, bellum domeſticum, peſtilentia, ſcholarum infrequentia, ſolitudo, & vaſtitas. Ad hunc fortè annum referendum eſt initium illius [7] morbi, [8] quo ter ſe laborâſſe cujúſque

[1] Appian. 1592. ad lect. [2] Epiſtol. [3] In Oratore. [4] Epiſt. præfix. Pind. [5] Epiſt. Lambin. ad lector. ante Demoſth. [6] Lege Thuan. ad ann. 1559. 1560. [7] Forſan qui apud Anglos vernaculè vocatur *Vapours.* [8] Conformité. epiſt. p. 1.

nullam mentionem à medicis fieri conqueritur Henricus. Erat quædam actionum, (qualis ciborum aliis accidit) conſuetarum ſatietas & faſtidium. Tunc, cum libros omnes adverſaretur, cogitare cœpit, quo pacto ægroto animo mederetur; & ([1]ut erat manu ad id fœliciſſimâ) Calligraphiæ Græcæ ſcripſit exemplar, quod buxeis [2]poſtea [3]tabulis curavit exarandum. [3] Is tamen morbus non ultra decem aut duodecim dies eum tum malè habuit; nec ſanè potuit unquam à librorum conſortio penitus avelli; neque diutius hujuſmodi ægritudo commorari in [4]domo, quæ adeo à doctiſſimis frequentabatur viris, ut quoddam pulcherrimarum diſputationum emporium meruerit appellari.

Antequam progrediar, de Henrici nuptiis dicendum eſt. Qualem duxerit, ex ipſo comperies: "[5]clariſſimam fœminam, quæ, quum titulis avo-"rum generoſa eſſet, animi nobilitate genus exu-"perabat; cujus liberali indoli & τῇ εὐφυΐᾳ paren-"tes convenientem educationem inſtitutionémque "adhibuerant; quæ nativam ac genere dignam "generoſitatem & verè μεγαλοφυΐαν longâ cum nobi-"liſſimis fœminis (quibuſdam earum, etiam prin-"cipibus) conſuetudine non parùm auxerat; nec "non in obſervandâ honeſtiſſimâ harum familia-

[1] Lege priùs. [2] fortè anno 1566. cum etiam Alphab. Hebr. edidit. [3] Conformité. epiſt. p. 1. [4] Epiſtol. ante Sext. Pyrrh. [5] Gell. Epiſt. pag. 8. 9. 10. 11.

" rum

" rum diſciplinâ diligens fuerat; cujus in gravitate modeſtia, & mirè placens omnibus affabilitas, in cujus frugalitate liberalitas, & in liberalitate frugalitas (niſi quum afflictis dextra porrigenda ſublevandáque inopia eſſet) in cujus facilitate prudens cautio, in cujus denique hilaritate & jocis aliquid ſerii cernebatur: in cujus labris Pitho reſidebat: cujus vultus, tam ſerenus ſemper, nec minùs quàm ſermo benignus aliquas perſuadendi partes agebat; quæ à liberis ea ſæpe verbis impetrabat, quæ aliæ pleræque matres ne verberibus quidem obtinere queunt. Quæ fuerit ea mulier tot præconiis celebrata, incertum eſt; quidam (ut priùs monui) è Scrimgeri genere fuiſſe opinantur. Quando ei nupſerit, incertius; & vix conjecturâ aſſequendum. Eam peperiſſe [1] liberos Paulo Stephano ſeniores, & Pauli pueritiam educaſſe, anno denique [2] 1568 obiiſſe ſatis conſtat: Paulus anno 1585. quo [3] Gellium Pater ad eum miſit, annos 23 non multò videtur ſuperaſſe. Annis igitur à 1585 ad matris mortem retro numeratis, adjectóque ad minimum triennio, quo mater ejus pueritiam educavit, alteróque forſan triennio, quo liberos natu majores enixa eſt; veriſimile fiet noſtri Henrici matrimonium annò 1560°. non multò prius aut poſterius fuiſſe.

[1] Gell. Epiſt. pag. 8. [2] Conformité. pag. 2. lege poſtea ad ann. 1566. [3] Lege Epiſtol. A. Gellio præfixam. De his plura vitâ P. Stephani.

Anno

Anno 1561° promiſſum excudit Xenophontem, qui ante menſem Auguſtum non prodiit. Camerarius enim in Epiſtolâ ad Hieronymum Wolfium 1561. 9. Cal. Sext. Lipſiæ datâ ſcribit ſe ex Franciſco Hotomano audiviſſe, quòd Stephanus convaluiſſet, ipſúmque Stephanum ſibi de Xenophontis editione ſignificari ſtuduiſſe ; Idem in Epiſtolâ ad eundem 1561. Id. Jan. datâ teſtabatur ſe nil de Henrico Stephano longo tempore cognoſcere potuiſſe. Camerario Stephanus Latinam Xenophontis ſui partem cum oratione de conjungendis cum Marte Muſis rerúmque Indice dedicavit, graviter queſtus, ope illius fruſtra imploratâ, ſe ad hoc opus (quamvis crebrò refricans quartana priſtinum animo vigorem non concederet, quamvis negotia typographica eum ad alias curas avocarent, quamvis infirmæ vires à ſuſcipiendo tanto onere deterrerent) accinxiſſe ; cum Franciſco Porto, ut natione Græco, ità etiam Græcæ (cujus erat Profeſſor) linguæ cognitione apprimè inſtructo, de recognoſcendâ Hellenicam interpretatione egiſſe ; cum Conrado Geſnero de *omnimalâ* Omniboni verſione operis De venatione corrigendâ : Camerarium interim rogat, ſuam libelli de re equeſtri verſionem (quam ejus judicio permiſerat) ipſe recenſeat, adnotationes adjungat ; quibus aliquando [1]Fr. Porti in Hel-

[1] Edita ſunt anno 1586 apud le Preux.

lenica

lenica, Geſneri in librum De venatione ſymbolas collatitias addere decrevit. [1] Græcum textum emendavit ope veterum exemplarium, quorum bonam partem ſuppeditavit Fuggeri Bibliotheca, necnon caſtigationum ex aliis codicibus deprompatarum, quas Scrimgerus, Tuſanus & Stracelius (eodem tempore Græcæ Linguæ Regii in Academiâ Pariſienſi profeſſores), Chriſtophorus Longolius, Sirleti excerpta, Gulielmi Budæi liber, Gallica Claudii de Seyſſel Jano Laſcare adjutore verſio ſuggeſſerunt. Eum potiſſimum juvit editio una ἀπομνημονευμάτων, quam Petrus Victorius (quem honoris cauſâ nominat) non multis abhinc annis ex hæredum Juntæ prelo; altera Ageſilai, Apologiæ, & Hieronis, quam Joannes Reuchlinus olim ex Germaniâ dederat. His auxiliis inſtructus, eam vulgavit Xenophontis editionem, Prolegomenis, Notis, & Vocabulorum Ποιητικωτέρων ſpicilegio ornatam; quæ tantò Aldinæ præſtat, [2] quantò Aldina Florentinæ; in quâ depravatè duo libelli in unum coaluerant eâdem depravatione, quâ Æſchylus etiam laboraverat. Obſeruato, [3] quàm longè Bilibaldus interpres à ſenſu Xenophontis abierit, monet ſtudium Græcæ Linguæ neutiquam oportere contemni, quòd Græci Authores in Linguam Latinam prope-

[1] Not. in Xenoph. pag. 1,2. [2] H. Steph. in annot. ad Xenoph. 1581. pag. 17. notat Aldinum exemplar, antequam editio ſua prodiret, pretio 4. aut 5. coronatorum & majore etiam vendi ſolitum fuiſſe. [3] Edit. Xenoph. 1561. Not. pag. 26.

modum

modum omnes converſi ſint. Eâdem de re multos nunc temporis monitos velim, qui Latinæ & Græcæ minùs quàm Gallicæ ſunt ſtudioſi, quòd in hanc omnes ferè illarum ſcriptores tranſlati fuerint. [1] Stephanus damnat judicium Angeli Politiani, qui Epheſium Xenophontem Athenienſi æquiparaverit; videtúrque in animo habuiſſe illius Xenophontis Epheſiaca, rariſſima quidem, Charitoníſque (quam nactus perlegerat) hiſtoriam luce donare. Hôc anno, Jul. 13. Privilegia Plutarcho & Theſauro Græco à Rege Galliarum, & poſtea ab Imperatore 1570. 15. Feb. at ſuis Gloſſariis ab Imperatore tantùm 1570. 15. Feb. Unde colligo eum de illis non niſi poſt inchoatum Theſaurum cogitâſſe. Dubius ſum, quis Diſticha Catonis moralia excuderit, adjectis (ſinè Typographi nomine) in libri fronte his verbis *Olivâ Roberti Stephani*, quæ etiam & in Gloſſis & in Harmoniâ & in N. Teſt. Gall. ann. 1560 excuſis leguntur. Certum enim eſt Robertum illis quidem verbis, aut his [[2] de l'imprimerie de Robert Eſtienne] in titulo librorum, poſtquam Genevam migraviſſet, uſum fuiſſe; at verò ante annum 1560 obiiſſe. Libros igitur poſt ejus mortem Olivæ ſymbolum cum illis verbis gerentes Henricus filius, aut quidam ex Typographei operariis, potuit imprimere, aut potius iis, [3] quos (dum adhuc inter

[1] Prolegom. pag. penult. & ult. [2] Le Nouv. Teſtam. 1552.
[3] Lege Vit. R. Steph. pag. 88.

vivos

vivos eſſet) inchoaverat, finem imponere. [1] Roberto Corderius anno 1556 Diſticha Catonis rurſus excudenda commendaverat, quæ anno 1561 prodierunt; quæque licèt in Roberti Stephani ſecundi catalogum inſeruerim, vix tamen ab eo excuſa credo, qui Pariſiis habitavit, nec in Typographeion Patris ſucceſſit, nec hujuſmodi inſcriptionem (quantum adhuc comperi) libris ſuis præfixit.

Dum [1] immoderato literarum ſtudio ſe macerat Stephanus, [2] tertianæ quartanæque febres ei vice jam ſecundâ librorum faſtidium attulerunt; quod ut quâdam novitate lectionis aut abigeret aut levaret, ſumptis in manum, quos ex Italiâ recens habuerat, codicibus, pervicaciſſimum aggreditur exemplar Sexti, cui, quod aliis album, nigrum; quod fervere, algere videbatur; cuíque quâdam Sympatheiæ ratione prope aſſentiebat, quâ, uti Scepticus omnium artium profeſſores, ità ille omnes libros haberet ſuſpectos. Uno eodémque tempore primùm adversùs febrim, deinde adversùs argumenti magnam pleriſque in locis difficultatem mirámque verborum peregrinitatem luctatus, Pyrrhoniarum Hypotypoſeων tres Libros Latinè à ſe

[1] Lege priùs pag. 84. [2] Epiſtol. ante Sext. [3] Conformité. epiſt. pag. 1. 2.

verſos

[1] verſos edidit, Sextíque ex Diogene Laertio vitam notis in illas & hanc adjectis unà cum Galeni de optimo docendi genere adversùs Pyrrhonios libro Henricóque Memmio ſupplicum libellorum in Regiâ magiſtro inſcripſit anno 1562. [2] Camerarius, an Sextus decem libros compoſuerit, dubius id ad Henricum Stephanum refert diſceptandum. Anno ſuperiore Xenophontem dedit, Hôc cum brevibus Annotationibus Themiſtium (cujus Græcæ Orationes octo emendatiores, ſex poſteriores novæ prodierunt), utrumq; Philoſophum; quorum ille armis, [3] hic togæ Philoſophiam conjunxerat.

Henricus [4] paternæ ſedulitatis hæres [5] nullis aut laboribus aut ſumptibus parcebat, dum in promovendâ re literariâ veſtigiis patris inſiſteret; [6] nil cauebat magìs, quàm ne ab inſigni patris erga Rempublicam literariam ſtudio degeneraret. [7] Robertus morte præventus Catholicam in Novum Teſtamentum expoſitionem (quam Auguſtinus Marlora-

[1] Pet. Faber in Comment. ad Academ. Quæſt. Cicer. Edition. Cl. Morel. 1611. pag. 64.) notat Henricum Stephanum in Sexto quædam audaciùs vertiſſe. Et in libr. Academ. edit. prim. p. 32.) eum (virum de Græcis literis & Latinis tam bene meritum), cum Sextum verteret, non meminiſſe verborum Ciceronis, quibus meliùs Sexti textum expreſſiſſet: & in ſuum Lexic. Ciceron. quædam ex Sexto non retuliſſe, quæ Cicero verterat. [2] Epiſtol. ad H. Wolf. 1560. 5. Non. Feb. [3] In ſenatotium ordinem cooptatus. lege Vitam Themiſtii editi à Petav. ann. 1684. [4] Th. Bez. in præfat. N. T. 1565. [5] Herodot. Lat. epiſt. pag. 3. [6] Annot. in Soph. & Eurip. pag. 98. [7] Lege Præfat. H. Steph. ante Geneſin. & Vitam Rob. Steph. pag. 87, 88.

tus

tus ex univerſis Theologis excerptam Evangelii ſtudioſis [1] epiſtolâ 1559. Cal. Jan. Viviaci datâ dicaverat) reliquerat imperfectam. " [2] O mortem mo-
" rienti quidem, ſi annos ſpectes, maturam, at ſu-
" perſtitibus literarum ſtudioſis præmaturam! O
" mortem ſpes eximias intercipientem! O mortem
" multos præclaros conatus interrumpentem, mul-
" táque præclara opera nobis invidentem! O mor-
" tem tribus linguis & tribus trium linguarum ſcri-
" ptoribus magnam jacturam afferentem! O typo-
" graphi mortem arti typographicæ exitium mini-
" tantem! O mortem denique multis damnis &
" cladibus fœtam! Hâc verborum copiâ patri parentavit Henricus; & operi interrupto [2] extremam impoſuit manum; ſed morbi diuturni, quos, quum alioqui ἄνοσος antea vixiſſet, ex incommodico labore (totum enim paternæ domûs ei onus incumbebat) & ex gravi animi ægritudine contraxerat, huic illius conatui, ſicut & aliis multis, tunc temporis obſtiterunt. At nunc votum ſuum implevit; & hoſce in Nouum Teſtamentum Commentarios Bibliothecam Expoſitionum (utì Diodorus ſuos hiſtoriarum libros) inſcripſit; quæ [3] ſecundam & [4] tertiam editionem aſpexerunt. [a] Huic in Biblia univerſa deſignato operi, cujus tam fœliciter à Roberto jacta fuerant fundamenta, faſtigium imponere percu-

[1] Præfix. Expoſit. Eccleſ. N. T. [2] Lege Præfat. H. Steph. ante Geneſin. & Vitam Rob. Steph. p. 87. 88. [3] Ann. 1564. [4] 1570.

piebat

piebat filius. [1] Poſt editum itaque Novum Teſtamentum, Eccleſiaſticam hujuſmodi Catholicámque expoſitionem in Geneſin & Pſalmos hôc anno, in Eſaïam poſtea biennio adjecit, cum indice ad finem Eſaiæ communi binis expoſitionibus antehac editis à Marlorato, [2] qui anno 1562 Octob. 30. juſſu Annæ Monmorantii Conneſtabilis & Franciſci Ducis Guiſii Rothomagi, ubi erat Eccleſiæ paſtor, ſuſpenſus eſt. [3] Anno 1562. bellum primum civile in Galliis movetur; Decemb. 19. Gallica Reformatæ Religionis nobilitas duce Principe Condenſi Regis Navarræ fratre, Elizabethæ Reginæ & quorundam Germaniæ Principum ſubſidiis freta, non procul Druidum urbe in Normandiâ, contra Pontificios duce Franciſco Guiſio, æquo ferè marte fortiſſimè præliata eſt. Violenta Marlorati mors in cauſâ fuit, quominus Catholicæ illæ, quas in reliquos Bibliorum codices typis ſuis abſolvere Henricus decreverat, expoſitiones procederent. Hujus operis artifex antea à Roberto deſignatus, [2] annum vitæ 56m (cum necaretur) agens, eâ erat ætate, ut eas integras (ſi fuiſſet ſuperſtes) perficere potuiſſet. Henricus in ſuæ epiſtolæ Pſalmorum libro præfixæ fine ad ſpecimen dandum affert initium Pſalmi 104. verſibus heroicis expreſſum à Georgio Buchanano Scoto, dum ad edendum totum opus ſe accingeret.

[1] Expoſit. in Pſalm. pag. proxim. Præf. [2] Icon. Bez. [3] Calviſ. Chron. & Epiſt. Bez. ad Elizabeth. ante Nov. Teſt.

In

In quâ editione & de Pſalmo illo, qui extra numerum vulgò receptum & in Hebraico volumine comprehenſum, in quibuſdam LXX Interpretum codicibus extat, aliquid (ſi vacaret) à ſe dictum iri promiſit, uti & de Buchanano, cujus Paraphraſin propediem lucè erat donaturus. Illa quidem apud Henricum Stephanum & ejus fratrem Robertum [2] prodiit edita, ſed ſinè loci nomine aut anni charactere; apud quam nil de Pſalmo illo, aut Paraphraſeos Authore, præter nonnulla carmina in eum encomiaſtica, legitur. Huic ſubnectuntur Pſalmi aliquot in verſus Græcos à diverſis tranſlati; quos claudit Henrici Epiſtola, in quâ monet Apollinarii Metaphraſin ne umbram quidem vel poeſeως vel fidæ interpretationis præ ſe ferre, ex manibus igitur puerorum excutiendam; ſuos verò nequaquam ſe additurum fuiſſe, niſi ſperâſſet illis patrocinaturam teneram ætatem, quâ eos ſcripſit, ut teſtatur, quæ exiit illorum ante multos annos editio: Ea ſcilicet (ut puto) dequâ priùs anno 1556. Quoniam autem hic metaphraſtarum incidit mentio, non pigebit addere [2] Jacobi Duporti Græci olim apud Cantabrigienſes eruditiſſimi Profeſſoris. Serranus, "Si "totum tranſtuliſſet Pſalterium, vix aliorum aut "ingenio aut induſtriæ locum reliquiſſet; adeo "cæteros omnes in hôc genere Metaphraſeos ex-

[1] De hâc editione lege plura in Vitâ Roberti Stephani ſecundi.
[2] Lege Præfat. Duporti in Paraphr. Pſalm.

" celluit ac ſuperavit; niſi fortè popularem ejus
" excipias, H. Stephanum, qui & carmina ejus
" (anno 1575) vulgavit, ac typis impreſſit: Is
" enim inter omnes literarum Principes ac Heroas,
" qui ſuperiori ſæculo Helleniſmi ſtudio Græcæque
" linguæ cognitione claruerunt, ut in omni Græcâ
" literaturâ meritò primas obtinuit, ità & in Poeſi
" Græcâ & in primis Homericâ verè φερώνυμος, co-
" ronam adeo aliis omnibus laureàmque præripuit.
Idem tamen Duportus nollet, " Apollinarium H.
" Stephanus, & poſt eum [1] Petavius, tam ſeverè &
" acriter virgulâ cenſoriâ caſtigâſſet. At verò
Henricus, ſi in Apollinario caſtigando paulò ini-
quior fuerit, fuit certè æquiſſimus æſtimator & ju-
dex Buchanani, " quem [2] ſui ſæculi Poetarum
" Principem primus appellavit, eodémque titulo
" poſtea tota Gallia, Italia, Germania, aliæque non-
" nullæ nationes, ejus judicio (ut de quibuſdam
" aliis titulis) ſubſcribentes, honorandum cenſue-
" runt. Hiſtoriam hìc de Buchanano audire non
forſan lectori ingratum fuerit, [3] " Ingratiis eorum,
" quibus à Marte tota, ſed à literis & litera-
" tis nulla gratia debetur; ſunt enim è Mar-
" tiis viris nonnulli, quibus omnia ad bellum per-
" tinentia literatorum conſilia, præſertim eorum,
" qui nunquam militiæ nomen dederunt, non mi-

[1] In ſuâ ad Lector. præfatione Pſalmorum Paraphraſi præfixâ Henricum Stephanum laudat, & ejus judicio ſuum de Apollinario judicium confirmat. [2] De ſe ſuperbiùs loquitur. [3] Orat. adverſ. Foliet. p. 163. 164.

nùs

" nùs quàm ægrotorum ſomnia vileſcant. Contrà
" autem Briſſacus Regis Franciſci primi in Pede-
" montanis bellis legatus Georgium Buchananum,
" tum filii ſui præceptorem, in conſilium unà cum
" ipſis exercituum ducibus adhibere ſolitus erat.
" Atque huic conſuetudini occaſionem hoc præ-
" buit; quòd quum Buchananus aliquando è cu-
" biculo ſuo, ut uni è famulis quidpiam injunge-
" ret, deſcendiſſet in cœnaculum contiguum aulæ,
" in quâ Briſſacus cum ſuis de quâdam re non par-
" vi ad ſummam rerum momenti conſultabat, &
" aliquot à ſe murmuratis (ut fit) verbis, eam,
" quæ pluribus placebat, ſententiam ſibi diſplicere
" oſtendiſſet, ſubridere quidam è ducibus cœperit:
" Subriſûs cauſâ intellectâ intrò vocatus à Briſſa-
" co, & liberè pronuntiare ſententiam coactus,
" oracula loqui non ipſi tantùm Briſſaco ſed cun-
" ctis ducibus fuerit viſus, quod ipſa etiam ex-
" perientia teſtata eſt. Buchananus Roberto Ste-
phano ferè coævus [1] anno 1506. in Leviniâ Scotiæ
provinciâ ad Blanum amnem circa Calendas Ja-
nuarias natus, anno 1592. 28. Sept. Edinburgi
obiit. Paulò diutius in Buchanani laudibus im-
moratus ſum, in gratiam Borealium, quibus olim
maximo ornamento fuit, Britannorum: Quem eis
ob benignam ingenii venam Latinique ſermonis
elegantiam etiamnum Auſtrales Britanni invide-

[1] Lege ejus vitam ipſius operibus præfixam.

rent, niſi clariſſimum Poetam utrique genti communem reddidiſſet utriuſque gentis(quam beneDeus vertat) conciliatio. Sed non omnis tellus fert omnia : vix ſolum eſt adeo ſterile cælóque inviſum, ut non habeat, quo fertilius beare poſſit; nulla natio tam alteri ex ipſomet ingenio & naturâ adverſa, in quâ non ſit, quod altera ſuum velit. Habuit Gallia, quos nulla pars orbis eruditi ſuos non meritò optâſſet, Stephanos; inter quos Henricus, dum per Europam vagatur, de ſuis, niſi hos certis indiciis aſſeruiſſet Gallia, natalibus inter tot aut plures gentes, quàm urbes Homerus, reliquiſſet dirimendam. Cenſent eum nonnulli [1] " ſemper Genevæ Typographeon habuiſſe, in quo vel " eo abſente etiam excuderentur libri, quò, modò ſiquid haberet excuſum, mitteret. Prout " tempora ferebant, modò hìc modò illìc cum vivebat, tum libros excudebat; præcipuè tamen " Genevæ, quod equidem rariſſimè, poſtquam adeo inviſum ſe experiretur, adjecit: Indicant " tamen multi maximè ex [2] Calvini libris, Genevam. Dum Fuggeri erat Typographus, eum [3] raró omiſit titulum, & nonnunquam [4] Genevæ nomen addidit.

[1] Almelov. pag. 111. [2] Ex quibus tamen vix plures quàm unum aut alterum ab eo excuſos reperio. [3] Catechiſm. 1565. nil exhibet præter olivæ ſymbolum. Alphab. Hebr. 1566. Genevæ. Olivâ Henr. Stephani. [4] Expoſ. Eccleſ. in N. T. 1564.

Anno 1563. ſuum de abuſu Græcæ Linguæ opuſculum, Bezæ reſponſionem (cujus meminit Beza in Epiſtolâ, & Henricus in fronte Nov. Teſtam. 1565) ad Caſtellionis pro ſuâ N. T. interpretatione defenſiones edidit, & Calvini (qui [1] annos 54. menſ. 10. dies 17. natus Genevæ obiit [2] proximo anno, 27. Maii) commentarios in Pentateuchum nec non ejuſdem [3] Catechiſmum precúmque Eccleſiaſticarum formulam (Calvinus enim, cujus authoritatem Schiſmatici noſtri ſuæ ab eccleſiâ defectioni prætendunt, formas neutiquam averſabatur), omnia à ſe elegantiſſimè Græcè verſa; quorum editionem poſtea [4] ter repetivit.

Anno 1564. Fragmenta veterum Poetarum, quorum opera non extant, Latinorum à Roberto Stephano olim undique congeſta, nunc ab Henrico ejus filio digeſta, cum vocum priſcarum expoſitione, prodierunt. Eorum tamen, licèt ante hunc annum forſan publicata non fuerint, editionem finitam fuiſſe anno præcedente puto ex [5] epiſtolâ, quam Henrico Stephano miſit Sigonius.

[1] Bezæ Icon. [2] Bezæ Poem. [3] In epiſtol. ad Lector. calci adjectâ Henricus ſcribit ſe in hâc editione nonnulla mutâſſe, quæ in priori apud R. S. 1554. editione ab ipſo peccata fuerant, & quibus veniam ab ætatem deberi exiſtimat. [4] 1565. 1575. 1580. [5] Goldaſt. Epiſtol.

Genevam.

Carolus Sigonius Henr. Stephano ſuo S. D.

ACcepi libellum à te perelegantem eum, in quo tu ſummo ſtudio veterum fragmenta Poetarum quaſi aliquas ex fœdâ tempeſtate tabulas collegiſti. In quo eodem neſcio judiciíne an amoris erga me tui magnitudinem ſim potiùs admiratus. Judicii, quòd ex eâ re literarum ad me mittendarum occaſionem quæſiveris, cujus me magnopere ſtudium delectaret. Amoris, quòd me ejusmodi munere ad ſimile erga te obeundum literarum officium, quod tibi gratiſſimum fore ſignificas, provocâris. Ego verò cum librum ipſum valde probavi, tum cauſam, quæ te ad eum mittendum impulit, multò magis, neque enim illuſtri, mihi crede, tuâ erga me benevolentiâ ad voluptatem quidquam ſuavius, neque iis, quæ à diligentiâ ingenióque tuo proficiſcuntur, ad uſum accommodatius aliquid mihi poteſt contingere. Itaque doleo in primis me tamdiu Xenophontis illius tui Græci Latiníque jucundiſſimo fructu carere, quem te ad me miſiſſe binis jam literis repetis. Neque verò ego ſolus hôc conficior deſiderio, ſed familiares mei omnes, qui his dediti ſtudiis ſunt, ita te tuóſque labores amant, ut nullam rem vehementiùs cupiant. Quamobrem ſcire avemus omnes, quæ ex officinâ tuâ, præter ea, quæ nunc ad te deſcripta mittimus, induſtriæ tuæ monumenta prodierint, ut ea ſibi quiſque cognita, comparare poſſimus. Ego, quod de me quæris, his diebus de Republic. Athenienſium magnum ſanè opus inſtitueram, eo conſilio ut aliquando Athenienſium res non minùs quàm Romanorum meâ ornatæ ac illuſtratæ induſtriâ poſteris proderentur. Sed me præter quotidianas occupationes multa jam è medio propè curſu revocârunt, proximè verò, quòd à Bononienſibus honeſtis præmiis in Academiam ſuam accitus eo jam propè totus animo incumbebam. Ubi, ſiquid inciderit, quod ad tua commoda pertinere intellexero, noli putare me amicitiæ noſtræ, cujus memoria apud me ſanctiſſimè cuſtoditur, ullo unquam tempore defuturum. Vale. Patavio Kal. Quintil. M. D. LXIII.

Anno

Anno etiam 1564. in lucem eductum eſt [1] Dictionarium Medicum à Geſnero ([2] qui ann. proxim. 13. Dec. obiit ann. vit. 49.) approbatum, quod Philiberto Saraceno medico dicavit, præfixis binis in Hippocratem Lexicis, uno Erotiani nunquam antea, altero Galeni emendatiùs excuſo, cum Henr. Stephani in utrumque, Geſneri in illum annotatiunculis. [1] Opus illud à ſexennio abſolverat Stephanus, cujus editione ſuperſedendum cenſuit, dum altero quodam ejuſdem argumenti Lexicographo poteretur. [1] Quem nactus, plenúmque nugis ac fatuum ſcriptorem ad dignum ſe typographum amandans, Erotiano tandem collegam addidit Galenum à Petro Gillio ex Vet. Cod. emendatum. [1] In his adeo ſibi diffidebat, & Geſneri judicio acquieſcebat, ut Græcas vocabulorum medicinalium expoſitiones ejus cenſuræ permiſerit; tantum autem ſibi arrogare noluerit, ut ſuo examini Geſneri viri tanti ſcripta quantumvis ἀνεπίδεια, imô & ab ipſo per epiſtolam ſollicitatus ſubiiceret. [3] In erratorum catalogo quendam Trallianæ ex Patris officinâ editionis locum caſtigat. Severè autem admodum [4] ipſe caſtigatur in Scaligeranis (ubi hæc notatur Erotiani editio).

[1] Diction. Med. Præf. & pag. 179. [2] Icon. Bez. [3] Diction. Med. in Typogr. errat. ad pag. 321. [4] Scaliger. Prim. ad vocem *Erotianus*.

" Lexicon Erotiani extat Genevæ apud
" Henricum Stephanum excuſum, apud quem
" invenias auctores mirè depravatos, quippe qui
" φιλαυτίᾳ laborans temere, quicquid diſplicet,
" immutat & corrumpit. Non ità Plantinus
" Antverpienſis, fideliſſimus typographus. Duriſſima quidem cenſura, ſi qua iſtis Scaligeranis fides! Henricus tamen, qualiſcunque fuerit, veniam ſanè ab omnibus (omnes enim ſuis ſibi devinxit ſcriptis ad rei literariæ incrementum pertinentibus) impetrare meruit.

[1] Henricus Camerario, à quo literas & cujuſdam munuſculi ſpem acceperat, ἀντίδωρον miſit Thucydidem Græcè ſeorſim cum [2] Marcelli ſcholiis & Latinè cum indice paucíſque extemporalibus animadverſionibus nunc prodeuntem, cum vetuſtis codicibus editionibúſque ſuperioribus collatum, debitúmque ſuis ſudoribus " in mediis mediæ hyemis no-
" ctibus medióque Aquilonis regno ſudatis, dum
" diem partim domi moleſta cum variis typogra-
" phicarum operarum ingeniis altercatiò, partim
" foris multiplicia negotia eáque non admodum
" jucunda abſumebant; nocturno, quod ſupererat, ſpatio aut loci alicujus Thucydidei obſcuritas, aut monſtra, quæ in Latinâ Vallæ, Gallicâ Clau-

[1] Thucyd. Græc. Epiſt. ad Camerar.& Lector. & Thucyd. Lat. in Indic. fin. [2] Lege H S. animadv. in Attic. Dial. pag. 27.

dii

dii Seyſſelii epiſcopi Maſſilienſis interpretatione occurrebant, fuerunt expugnanda. Non potuit *ſatis mirari illius inſcitiam & negligentiam, hujus errores ab illo non modò ſumptos, ſed duplicatos.* [1] Alibi de Gallicis Authorum, Thucydidis præſertim & Herodoti, verſionibus graviter queritur; notátque quò pluribus ea injuria illata ſit, eò plus ſuo Plutarchum debere traductori; qui eum mutare nil aliud præter togam coegit. [2] Suam ad Camerarium epiſtolam clauſit Græcis in Thucydidem verſibus; *quos inter equitandum luſerat;* eum rogans joculariè, *ut, ſi equeſtris placeat Muſa, is, qui & φιλιππότατος & ἱππικώτατος habebatur, ipſi quempiam deligeret bucephalum: quo invectus equo μεγάλῳ μεγαλείως μεγαλωστὶ verſus pangeret.*

Roberti Stephani mortem triennio præceſſerat [3] Sebaſtiani Gryphii, quinquennio ſubſecutus eſt [4] Gulielmi (cujus viduam Joannes Bene-natus duxit) Morelii, ſexennio [4] Adriani Turnebi obitus. Quanto infortunio literas illud mactavit novennium, intra quod inſigniſſimi quatuor Typographi nobis perierunt! Æquale ferè Stephanus & Turnebus ac breve (præſertim ſi artem longam eſſe meminerimus) vitæ decurrerant ſpatium, anno 54° hic, 56° ille mortuus: Adeo verum eſt,

[1] Apologie pour Herodote. Au lecteur. pag. 4. [2] Thucyd. Græc. Epiſt. ad Camerar. & Lector. & Thucyd. Lat. in Indic. fin. [3] Lege Vit. R. S. pag. 90. [4] Lege poſtea in Append.

brevem

brevem immodicis ætatem ſenectutémque raram contingere.

Henricus Stephanus ann. circiter 1565. inviſit Argentinam, ubi recepit * literas ab Ob. Giphanio miſſas, in quibus ſui Lucretii editionem (quæ prodiit ann. 1566) promittit.

Argentinam.

Ob. Giphanius Henr. Stephano S. D.

Miſi ad heri literas, quas curabis. Faſciculum, in quo Catalecta, velim jam huic tradas: mandatum quoque dices de Plutarcho ad me deportando Falckenburgii nomine. De Gellio, quæſo te, ne & mihi & tibi noceas. Quod ſi aliter ſuſciperes, teſtor ſummam mihi noſtræque amicitiæ fieri injuriam: quod ipſe ſatis proſpicis. Itaque tua & Scaligerana, cum domum redieris, expecto: Et curabo ego bonâ fide, ut & ipſe ea tibi præſtem, quæ ſum pollicitus. Plura jactare non ſoleo. De aliis quoque rebus tibi adero, quibuſincumque potero. Et ſuo tempore, id eſt, intra annum, ſi voles, Lucretium habebis admirabiliter expolitum, ſimul & Juſtinum. Quæ quærebas teſtimonia de ellipſi illa, hæc ferè ſunt. Cicer. lib. 2. de Leg. *Acerbiore odio incitatus, quàm ſi tam fuiſſet ſapiens quàm fuit vehemens.* Id. lib. I. de Rep. *Sed quoniam plurima beneficia continet patria, & eſt antiquior parens, quam ſiquis, ut aiunt, curaverit, major ei profectò quàm parenti debetur gratia.* Ubi ità lego: *Et eſt antiquior parens, ut aiunt: major ei, &c.* Id. lib. 5. Epiſt. 20. *Non habui cuipotiùs id negotii darem quàm illud quidem.* Sic in Cod. Victoriano: Id. 3. Off. *Piratarum enim melior fides quàm ſenatûs.* Hæc, *quàm ſenatûs*, ſunt in plerîſque editis & ſcriptis. Sed re-

* Goldaſt. Epiſtol.

ctiùs

ctiùs abſunt meo judicio. Sic apud Lucret. lib. 6. *Indè ſonus ſequitur qui tardiùs adlicit auris Quàm quæ perveniunt oculorum ad lumina noſtra.* Hic, *Quàm quæ perveniunt*, apertè ſpurius eſt verſus. Et lib. 5. *Poſſit ibi quidquam hâc potiùs conſiſtere cauſâ, Quàm quâvis aliâ longè ratione manere.* Hic quoque ſpurius mihi videtur. Vale, & ſi manes, quæſo ut prandeas mecum. Iam enim ſatìs valere cœpi: aut certè huic quoque de Gellio indices, an probes, & ſis facturus.

[1] Theodorus Beza anno abhinc 8° (1558[2]) Rob. Stephani conſilio & Jo. Calvini authoritate victus Latinam Novi fœderis additis annotationibus verſionem, quaſi ſpecimen, ediderat. Hujus (quem [3] *ſuum in Chriſto Patrem* vocare ſolitus eſt) utì *vivi judicium*, ità *defuncti memoriam* veneratus eſt. Illum maximo in honore habuit, quòd non eſſet ex "ſcelerato eo Typographorum grege, qui eâ "ſunt impietate & avaritiâ, ut, dum lucrum cap- "tant, nihil ſit tam impium, quod non obtru- "dant; digni planè, qui communi omnium Prin- "pum authoritate ſeverè coerceantur. In eâ verſione Antonii præſertim Cevallerii (hominis non vulgari doctrinâ & ſingulari quodam in Hebræis judicio præditi) eruditione exemplaríque ex Rob. Stephani Bibliothecâ cum 25 MSS. & omnibus penè impreſſis ab H. Stephano quàm diligentiſſimè collato adjutus, ex Veteribus Origenem (quo

[1] Epiſtol. ante N. T. 1565. [2] Forſan ex Rob. Steph. Officinâ prodiit. [3] Hunc tamen titulum ſchiſmatici noſtris epiſcopis invident.

nullus

nullus magìs impurus ſcriptor ei viſus eſt) ex recentibus Caſtalionem (qui *ſummam Latinitatis rationem habens nimium audebat*, [1] quíque anno 1563 obiit) reprehendit; Vallæ, Stapulenſis, ac Eraſmi (in quo *nonnullam majorem attentionem deſiderat*) annotationes conſuluit. Hoc ſpecimen à multis probatum duobus tantùm diſplicuit, Franciſco Balduino *virulento apoſtatæ*, & Sebaſtiano Caſtalioni *in his rebus nullâ doctrinâ nullóque judicio prædito*, cujus reprehenſionibus (anno 1563.) reſpondit. Illud verſionis opus inchoatum ne abſolveret, obſtiterunt Gallicæ civiles diſcordiæ, ex quibus ſervatus Genevam ſe recepit. [2] Unde evocatus interfuit Poſſiaceno conventui ([1] anno 1561. 18. Maii. Rhemis coram Rege Carolo IX. & Reginâ, collocutoribus hinc Epiſcopis, indè Petro Martyre, Bezâ, Marlorato); confectâ pace ([1] 1563. 19. Mart.) Genevam reverſus opus abſolvit, abſolutum Elizabethæ Reginæ (1564. 19. Dec.) dedicavit; cui ab inſtantibus periculis ereptæ de Mariæ obitu ipſiúſque (ann. 1558.) inauguratione gratulatur, & pro auxilio ad Condenſem Principem miſſo gratias agit. [2] Optavit autem aliquam Utriuſque Teſtamenti aliquando edi interpretationem Regum Principúmque Chriſtianorum juſſu & virorum doctiſſimorum religioſiſſimorúmque judicio confectam, "cujus ſacra & inviolata eſſet Authoritas. " [2] Eruditis enim nunquam ſatisfecerat, imperi-

[1] Calvis. [2] Epiſtol. ante N. T. in fol.

"tis

" tis multis magnos errores objecerat Vulgata, " in multis locis depravata, obſcura, & ſæpe à " Textu diſcedens; eam tamen ſanxerat Concilium Tridentinum, [1] quod poſt 18. annos, 4. Dec. 1563. finitum eſt. [2] Beza ſuam verſionem iterum curavit abſque annotationibus ſeorſim excudendam, & Condenſi Principi anno 1565. 10. Cal. Mart inſcripſit, quæ denuo cum eâdem Epiſtolâ anno 1567. prodiit. Utramque verſionis (in fol. & 8.) editionem, uti & Gallica Biblia anno 1565 ac Diſciplinam Eccleſiaſticam in Eccleſiis Galliæ Reformatis obſervatam anno 1566. vulgavit Henricus Stephanus, qui juxta Patris exemplum Reformatam Religionem promovere ſemper ſtuduit.

Anno 1565 exeunte, aut 1566 ineunte, [3] uxoris ſuæ obitus in librorum tam Græcorum quàm Latinorum faſtidium (quo morbo bis antea laboraverat) Stephanum conjecit; qui intrà quinque poſt ejus mortem menſium ſpatium, cum linguâ Gallicâ (reliquis ſepoſitis) ſtatuit inire gratiam Libello Gallicè ſcripto, *de Gallicæ cum Græcâ* [4] *convenientiâ*, quem Henrico Memmio inſcripſit. Hic tractatus mihi videtur anno 1566 emiſſus; Henri-

[1] Calvis. [2] Epiſtol. ante N.T. in 8°. [3] Lege Epiſtol. ante Conformité. [4] Scaligeran. Prim. Fruſtra laborant Perionius, Henricus Stephanus & alii in Gallicæ linguæ ex Græcâ repetendâ origine, ac utriuſque cognatione probandâ, quaſi res ità ſe haberet, cum certiſſimum ſit, & hanc, & Hiſpanam Italámque à Latinâ Romanáque corruptâ fluxiſſe. Hinc non mirum, ſi ſæpiſſime ineptiant in ſuis Etymologiis frigidiſſimis, ut vel ex hôc uno Perionii exemplo patet, qui *Maiſon* deducit à Græco οἶκος, cum ſinè dubio originem trahat à manſione.

cus

cus enim hujus meminit in [1] Gallicâ ſuâ pro Herodoto Apologiâ, quæ ann. 1566 mens. Nov. prodiit; & [2] ſcribit plures duodecim annos inter hunc & alterum (*Precellence du Language Francois*) ann. [4] 1579 editum lapſos. [3] Dom. la Croix du Maine (uti & Bibliotheca Telleriana) hunc refert ad ann. 1567. Quod ſi verum ſit, in iſtâ Apologiâ meminit libri compoſiti quidem, & forſan impreſſi, & nondum vulgati (ſed id [5] uſitatum fuit). Liber quidem hic penès me eſt, qui anni charactere deſtituitur: ſolitus enim eſt aliquando in [6] eodem libro annum addere, & omittere. In hôc libro notat [7] hanc linguarum ambarum affinitatem in pluribus vocibus à ſuo patre obſervatam fuiſſe; [8] ſéque hunc multò ampliorem feciſſe, niſi rei domeſticæ motus, novúmque Heroïcos Poetas, So-

[1] Prefac. à un ſien amy, & Chap. 28. & 38. [2] Precellenc. Epiſt. pag. 2. [3] Ex quo Almelov. pag. 71. affert hæc. *En ce livre eſt monſtré (entre autres choſes) comment le naturel du Grec ſe conforme & accorde mieux à celuy du François, qu' à celuy du Latin. Au bout ſont quelques mots François, Etymologiſéz du Grec, mais l' Autheur dit ailleurs touchant ce recueil, qu'il s'en acquitta de leger; pource qu'il ne le donnoit que comme un ſuccreſt de l'autre livre: & le promet beaucoup plus ample: en rejettant toutes fois pluſieurs Etymologies, les quelles il monſtrera eſtre, les unes contraintes & forcées, les autres ſorties de l'iguorance de la Langue Grecque: imprimé premierement par l'Authear l'an* 1567. *& depuis par ſon frere l'an* 1568 (repone 1569) *à Paris.* [4] à Mamert. Patiſſon. [5] Vide priús. p.229. Solitus eſt nonnunquam referre lectorem ad libros nondum editos, ſed adhuc ſub prælo madentes. E. G. In Comic. Gr. Sent. ann. 1569. in tractat. de hab. del. pag. 6. ſic ſcribit, *ut etiam in meo theſauro linguæ Græcæ docui*, qui tamen ante ann. 1572. non prodiit. Sic ibid. pag. 100. & 119. citatur Plutarchus. [6] Mercer. in Prophet. 5. fol. 1583. [7] Conformit. Præf. pag. 2. [8] Ibid. in fine, au lecteur.

phoclem

phoclem & Epigrammata excudendi conſilium aliò animum traxiſſet. In [1] eodem mentionem facit ſuorum [2] Dialogorum Græcorum, quibus [3] anno ſuperiore epiſtolam præfixerat Latinam, in quâ ſic ſcripſerat: "Multò majorem Gallica lingua "cum Græcâ habet affinitatem quàm Latinâ; & "quidem tantùm (abſit invidia dicto) ut Gallos, "eo ipſo quòd ſint Galli, maximum ad Linguæ "Græcæ cognitionem προτέρημα ſeu πλεονέκτημα, af-"ferre putem. Unà cum eodem libro ad Memmium miſit defuncti Patris [3] epitaphia Græca & Latina magnificentiſſimè à ſe impreſſa.

Annum 1566. Poetis præſertim conſecravit, ab Anthologiâ Græcâ incipiens, in quâ primum ſpecimen dedit notarum ſibi peculiarium, quibus poſtea in Homeri aliorúmque Poetarum editione uſus eſt. Suas annotatiunculas claudit epiſtola ad Lectorem, quem de Epigrammatibus monet, unde ea collegerit, quare nonnulla rejecerit; Venetámque, quæ ante aliquot annos prodierat, editionem, utpote depravatiſſimam, damnat. Quòd uberiores annotationes non adjecerit, in cauſâ fuit Sophocles, qui eodem tempore ejuſdem formæ chartâ excudebatur. [4] Promittit, ſe aliquando, ea epigrammata quæ a ſe & aliis latina facta ſunt, editurum: In-

[1] Conform. Pref. p. 1. [2] Eos memorat H. Steph. in ſuo Indice. [3] Ea poſtea iterum cum aliorum typographorum epitaphiis ad calcem Querim. Art. Typog. 1569. prodierunt. [4] Epiſtol. Præfix.

† terim

terim ad accendendum juvenum ſtudium unius & ejuſdem diſtichi 50 interpretationes verbis tantùm diverſas inſeruit. Hujuſmodi variationes [i] Vavaſſori minimè placuerunt, cujus de Stephano cenſuram ſatis quidam rigidam hìc lectori ſubjiciam.

Quantum notarum, obſervationum, διατριβῶν, σχολίων, αὐτοσχεδιασμάτων Henricus Stephanus effuderit in vitâ, nonne videmus? Ut hâc Libellorum copiâ, Librorum, quos edidit typis, copiam, quæ prope infinita eſt, propè æquârit. Atqui ex Petro Puteano accepi quondam, Jac. Aug. Thuanum & ſæpe Stephanò & vehementer auctorem fuiſſe, ut libros edere veterum pergeret ſanè, quoad vellet, & quandiu ſuſceptæ operæ non pœniteret; ſcribere ipſe libros deſineret prorſus: iſtâ ratione multò rei literariæ magìs profuturum, magìs ſibi. Quod illi conſilium, ut audio, dederat ante Petrus Pithœus, vir eruditus in primis valdéque prudens. Sed quæ cauſa utrique hominem ſic admonendi? Non una, opinor. quòd facilis quidem & ſolutus in ſcribendo, ſed parum caſtigatus eſſet: quòd ad minuta & frivola laberetur ſæpe & adhæreſceret; nimium præcipiens; nimiùm emendans; omnia loqueretur de omnibus, aſſiduè de ſe; cum ſcriptorem prætereire multa, & reticere & diſſimulare oporteat; de rebus verò ſuis verbum facere nullum, niſi neceſſariò, ſit pars aliqua non tantùm modeſtiæ, ſed etiam prudentiæ. Quòd ſi eſt in oratione ſolutâ Henricus Stephanus ejuſmodi, qualem deſcripſi; quantò in aſtrictâ vitioſior, qui & inconcinnos plerumque verſus & duriſſimos fecerit, & inaniter, ut ſic dicam, copioſos? Non diſcedam à re & argumento epigrammatum. In notis ad Anthologiæ librum ſextum, titulo ſexto epigrammata Σὰς πόσις Ἀγχίσης, haud equidem ſcio, quid homini venerit in mentem variare, ut Poeta loquitur, rem prodigialiter unam. Unum enim diſtichum, quo epigramma clauditur, diverſis 50 diſtichis extulit eàdem ſententiâ, atque interpretatus eſt; in eóque ſe

[i] De epigr. p. 201.

magnum feciſſe exiſtimavit, ſive ad prodendam vim & copiam poeticæ facultatis, ſive ad inflammandam juventutem acuendámque, exemplo propoſito. At iſtâ re, quæſo, totâ quid puerilius, in quâ diſtichorum vel optimum nævo quodam ſuo non careat; cætera in plerìſque abſona & incondita, ſi rectè attendimus, reperiantur? Quare meritò ipſam illam futilem redundantiam, neglectam videmus fuiſſe & repudiatam ab eo, qui Stephani tamen notas, dum anthologiam rurſus ederet, retinendas putavit.

Henricus, [1] accepto, [2] cujus ſpes tantùm priùs data erat, [2] cum epiſtolâ munuſculo, viciſſim Camerario Latinum mittit Herodotum cum excerptis ex Cteſiâ, Indice, & [3] iconibus, in quarum picturam ſculpturámque non parvam pecuniæ vim inſumpſerat. [1] Paucis poſt Anthologiam diebus prodiit hæc Herodoti Latini editio.[4] Ille in excudendis hiſtoricis ordinem tenuit, non quem ratio temporum, quibus quiſque vixerat, ſed quem offerentes ſe occaſiones ſuadebant. Quamvis autem Herodotus Thucydide antiquior fuerit, Attica tamen Dialectus & verior in plurimis hiſtoria priores vendicant. Neque voluit noſter Typographus longo intervallo disjungere, [5] quorum laudes conjunxit Cicero, [6] quorum hic illum imitandi deſiderio adeo flagraſſe fertur, ut illo hiſtorias ſuas palam recitante in lachrymas eruperit. Verùm eum [4] labor in Thucydideæ interpretationis recognitione exantlatus

[1] Epiſtol. ad Camerar. ante Herodot. [2] Epiſtol. ad eund. ante Thucyd. [3] Herodot. Lat. Epiſtol. ad Camerar. [4] Ad lector. [5] Orat. & 2. de Orat. [6] Vita Thucyd.

antlatus ab Herodoteâ, quam ex eâdem officinâ prodire animadvertebat, deterruiſſet; niſi [1] Beza hujus ſcriptoris amantiſſimus [1] in deſcribendis iconibus ſuam operam navâſſet, & ſuarum in très priores libros præſertim in primum animadverſionum copiam feciſſe non contentus nonnullas præterea in hunc ſcriptorem obſervationes promiſiſſet; [1] & in propoſito adeo confirmâſſet, ut editionem uno prælo cœptam duobus proſequeretur. In hiſtoriis recognovit interpretationem Vallæ, [1] quem interdum in uno periodi membro doctum ac fidelem interpretem, in altero linguæ vix mediocriter peritum invenit: In Homeri vitâ Conradi Heresbachii verſionem emendavit & errores, qui in editionibus Gallicis Italicis Germanicis ſcatebant, quorum ad finem libri adjecit ſpicilegium; verſibus, quos Conradus non verterat, partim ex ſuâ partim ex aliorum interpretatione additis. [2] Camerario exponit, quot ſub prelo haberet ſcriptores, Poetas veteres, Sophoclem, Polemonem & Himerium, Græcè; Latinè, Medicorum Syntagma; & inchoatam ex omnibus hiſtoriis concionum collectionem. Et denique, quæ in Adrianum Turnebum compoſuerat, miſit epigrammata; ut ab eo viciſſim, ſiqua ſcripſerit, acciperet. [1] Henricus de ineptis falſiſque queritur interpretationibus, quæ in omnibus intra annos duodecim excuſis lexicis

[1] Herodot. Lat. Epiſtol. ad Lector. [2] Ad Camerar.

occur-

occurrebant, quorum nonnulla Theſauri titulo ornabantur; quaſi Lexicographi Patri Roberto, quem Græcæ linguæ Theſaurum moliri audiverant, ſi non aliud, at certè titulum præripere voluiſſent. Herodoto Latino præfixit Apologiam pro hujus hiſtoriâ fabuloſitatis accuſatâ; in quâ multis Herodoti locis conatur fidem impetrare, allatis aliunde (præcipuè apud Pontificios) exemplis, quæ, licèt vix credi poſſint, veriſſima eſſe nihilominus conſtat. [1] Hanc Apologiam Gallicè editum iri monitus, ſe quàm alium maluit ſui interpretem: memor [2] ſui cujuſdam octennio abhinc libelli, qui non citiùs editus, quàm traductorem aut potiùs (quod aiunt Itali) traditorem (adeo longè ab ejus ſenſu recedebat) nactus fuerat. Inchoata ſuæ Apologiæ traductio ei minimè placuit; quíque tantùm littus radere voluerat, ſe ſtatim in medium mare rapi ſenſit; Itaque materiâ (ut fit ſæpius) ſub calamo creſcente, Apologiam Gallicam Latinâ multò uberiorem [3] 6° Nov. edidit; in quâ id agit potiſſimùm, ut Papicolarum cùm ridiculas theatraléſque cæremonias tum atrociſſima facinora detegat & inſectetur.

Ex eo ferè magìs, quàm ullo alio libro, ejus in Italiâ peregrinationem, quæcunque paſſim ibi viderit aut audiverit, quibuſcum verſatus ſit,

[1] Apologie. Epiſt. à un amy. [2] Quis liber is fuerit, neſcio.
[3] Apologie pour Herodote. Pref. à un ſien amy.

lector comperiet. Italia ei ſuppeditavit multa eru ditionis monumenta, Manuſcripta, & inter alia, Diodori Siculi, ubi Moſis mentio fiebat, [1] fragmentum. Diu ibi commoratus affirmat nullam regionem magis abundare [2] blaſphemiis, quarum varia genera variis urbibus peculiaria audivit Bononiæ, Vincentiæ, Lucæ, Paduæ ([3] ubi Mich. Falopii prælectioni juventuten in vitium inducenti fortè interfuit), Neapoli, Venetiis, [4] Romæ. [5] Paduæ cum Cardinale de Tournon verſatus eſt. [6] Venetiis incidit in Guliel. Poſtellum peſſima ſua de religione ſenſa liberè pronunciantem. [7] Ibidem Latina quædam carmina dedicavit Joanni de Caſâ Florentino Archiepiſcopo Beneventi, inſcius tunc eum fuiſſe authorem [8] Libri Italicis rythmis

[1] Apologie. Chap. 1. [2] Chap. 25. [3] Chap. 12. [4] Chap. 14. & 25. [5] Chap. 20. [6] Chap. 6. & 14. [7] Chap. 13. [8] Præterea Beza in epiſtol. ſuis Poematib. præfix. 1569. hæc habet. Extat excuſum Sodomiæ encomium Joannis à Caſâ Florentini, rhythmis Italicis (ut idonei teſtes ſcribunt) unà cum Berniæ capitulis, quæ vocant, editum. Et tamen eum Cacolyci Beneventanum Archiepiſcopum, cameræ Apoſtolicæ Decanum, & ſummum in Venetorum dominio ad Lutheranos perſequendos legatum deſignârunt: Papam etiam fortaſſis futurum, niſi monſtrum illud hominis mors intercepiſſet. [8] At lege Menagii pro Joanne à Caſâ Apologiam in ſuo Antibaill. Chap. 119. & 120. ac ejuſdem pro eodem contra Paul. Verger. defenſionem in calce tom. 2. Antibaill. Vidi equidem illud Italicum Poema, cujus titulus *Capito del forno*, unà cum aliis Joan. à Caſâ & aliorum poematiis contentis in uno libro, qui ſic inſcribitur *Le terze rime di Meſſer Giovanni dalla Caſa di Meſſer Bino & d'altri. Per Curtio Navo & fratelli.* MDXXXVIII. 8° Et *Il primo libro del l'opere Burleſche di M. Franceſco Berni, di Meſſer Gio. della caſa, del Varchi, &c.* 8. *In Venetiâ per Dominico Giglio.* 1564.

ſcripti

ſcripti Venetiis apud Trajan. Nanum excuſi, in quo illud (quod Chriſtiana mens & aures horrent) peccatum laudibus celebratur, opúſque divinum vocatur. [1] Genuæ Pinatellum damnatum & Galliâ tunc profugum, poſtea verò multatum, allocutus eſt. Frequeutibus Italiam infeſtari obſervavit homicidiis, eiſque ſatis inſolentibus, (qualia accepit facta [2] Mediolani, [3] Paduæ) imò aliquando impunitis (qualia [4] Romæ Julii III tempore, & [5] Neapoli paulò poſt belli Senenſis initium). [6] Venetiis miram animadvertit fuiſſe conſuetudinem, ut, ſiquis magiſtratu per ſuffragia excideret, gratias agens,exeuntes curiâ omnes ſalutaret Senatores, qui ei mutuò non abſque Dei invocatione reſpondebant ſinguli per ſe non ſtetiſſe, quominùs eligeretur. [7] Florentiâ Senas (biduo poſtquam Florentiæ Duci Philippi Regis nomine deditæ eſſent) cum duobus aliis proficiſcens, ex ſene pluſquam nonagenario audivit, ſeverè quidem at juſtè in Senas divinitus vindicatum fuiſſe, ubi fraternas manus fraterno ſanguine de cauſâ leviſſimâ cruentatas ſæpe viderat. [8] Apud Italos ([9] quibus eſt animus, ſed non ſatìs animi) minora & ſatìs ingenioſa furta, [10] pauca verò novit latrocinia, niſi inter Romam ac Neapolin, ubi vias obſidere ſo-

[1] Apol. pour Herodot. Chap. 15, [2] Chap. 18. [3] Ibid. [4] Ibid. [5] Chap. 15. [6] Chap. 14. [7] Chap. 18. [8] Chap. 15. [9] Chap. 18. [10] Ibid.

lent latrones exilio damnati. Henricum etiam adiiſſe Auguſtam Vindelicorum conſtat, [1] quòd ibi cum defuncto nuper (cum iſta ſcriberet) Carolo Marilliaco Viennæ Epiſcopo Regiſque Galliarum legato ſe cœnâſſe,& ſæpe collocutum fuiſſe teſtetur.

Ex Gallicâ illâ Apologiâ hæc raptim excerpſi ad Henrici Stephani per præcipuas Italiæ urbus peregrinationem ſpectantia. Librum ipſum perlegiſſe vix pœnitebit quemquam, ubi inter multa, quæ riſum movebunt, offendet, & quæ doceant. Meminerit interim lector, id eſſe ſæpe peregrinatorum vitium, ut ſuas merces pro magnificis efferant, ſtudeántque admirationem magìs & voluptatem creare quàm fidem: Henricum præterea fuiſſe capitalem Papiſtarum hoſtem, & nil felli peperciſſe, dum eos omnium ludibriis & odio objiceret. " Henrico Stephano (inquit [2] Ko-
" nig.) nil laborum pejus ceſſit, quam ſcripta pro
" Herodoto Apologia. Iſto quippe libro quum
" graviſſimè in cucullatorum ordinem peccâſſe
" judicaretur, ignibus fuiſſet expiandus, niſi im-
" minenti periculo ſe ſubduxiſſet. Stephano ita-
" que ſibi fugâ conſulente & in nivoſis Ar-

[1] Apologie Chap. 15. & 34. & in Apolog. Latin. ante Herodot. 1566. pag. 14. [2] In ſuâ Biblioth. ex Tollio de Infælic. Liter. pag. 87.

" verniæ

" verniæ montibus latitante, cremata à tortore " effigies pro ipſo pœnas luit. Unde (ut erat " dicax) ſæpiſſime eum jocatum fuiſſe ferunt, ſe " nunquam magìs riguiſſe, quàm cum Pariſiis " uſtularetur. [1] Janſſonius ab Almelov. videtur, ſi unquam id acciderit ([1] nam ingenuè fatetur nihil uſpiam de combuſtione effigiei Henrici Stephani legiſſe) referre ad tempus, quo dialogum inter Philoceltam & Coronellum ſcripſit; eo ſcilicet dialogo (de quo deinceps) odium, quod ſibi Apologiâ pro Herodoto conflaverat, multùm adauxit. [2] Plurimi autem Tollium deceptum ſtatuunt, quòd Roberti Stephani effigies concremata fuiſſe à multis credatur. De Roberto Stephano ſictóque ſtraminei ſimulachri ſupplicio ſatìs jam antea dictum eſt. Quod autem ad Henricum attinet, eum poſtea conſtabit & Lutetiam & Aulam frequentâſſe; imò in rei literariæ ſumptus faciendos Regium ſtipendium obtinuiſſe. Quî verò hæc libertas, ea gratia, illud præmium homini damnato, qui in ſuâ effigie debitas ſibi pœnas abſens dedit, contingere potuerit, nondum intelligo.

[1] In diſſertat. pag. 83. [2] Ibid. pag. 84.

 Cum

Cùm autem Herodoteum ſcribendi genus tam prope ad Poeticum, præſertim Homericum, accedat, Herodoteam commodiſſimè comitata eſt Homeri aliorúmque Heroicorum Poetarum editio, opuſcula Herodoti, Plutarchi, Porphyriíque ad Homeri vitam & poeſin ſpectantia, Henrici quoque in Poetices laudes præfationem, diſſertationem, annotationéſque complexa. [1] Ille, cùm editionem Homeri Lovanienſem immeritò aliis nonnulli anteponant, primum inter minùs malas locum Romanæ, ſecundum Florentinæ tribuit, poſtquam omnes numero octodecim conſuluiſſet; [2] Præ reliquis unam cujuſdam profeſſoris Itali notat, qui vocem διφθίμους quaſi Poeticam, licèt de tam fœdo errore operâ Mich. Sophiani admonitus, ſui exemplaris authoritate tueri non dubitavit. [1] Animadvertit lectionem in Euſtathii commentariis diſcrepare ſæpe ab eâ, quæ in Textu legitur; cujus exemplum inſigne affert ex Ιλ. Ψ. v. 549. ubi μεῖζον ἄεθλον retinent omnes (quæ ad ejus manus pervenerunt) editiones, etiam illa, quæ ex Adriani Turnebi doctiſſimi alioqui & diligentiſſimi viri typographiâ prodiit. [3] Conjicit Turnebum ſuis editionibus (E. G. Sophocleæ) typographicæ διορθώσεως operam non ſemper impendiſſe, ex eo quòd fœdiſſimi aliquando occurrant errores, qua-

[1] Poet. Her. diſſert. p. 18. [2] Pag. 20. [3] Sophoc. Præf.

lis

lis per totum Sophoclem commiſſus: ἴσος pro ἴσχυν forſan ex non bene lectâ veteris codicis compendiariâ notâ. "[2] Quod tantum abeſt, ut ſtudio læ-" dendæ Turnebi famæ (cujus quam antiqua ei " cura fuerit, ab eo non[3] multis ab hinc menſi-" bus ſcripta in eum epitaphia carmina teſtantur) " dixerit; ut potiùs admirabilis & penè incredi-" bilis in tam docto homine candoris ac modeſtiæ " exemplum propoſuerit. Quum enim ipſe in " Callimachi ad Apoll. v. 31. hymno publicè in-" terpretando lectionem (ἀν' ἤμα) vulgò receptam " ſecutus eſſet, poſtea publicè fateri non puduit, " ſe malè legiſſe, & pedibus ire in Joannis[4] Aurati " ſententiam, qui (uti in reſtituendis multis poe-" tarum locis ità in hôc maximam oſtendens ſa-" gacitatem ἂν ὃ μία repoſuerat. [5] Henricus ſuis notis inſerit fragmentum incerti Authoris, cujus opuſculum in Medicâ Bibliothecâ olim nactus nondum uſquam editum viderat. [6] Heſiodi Venetam, quam anno 1537. dedit Trincavelus, editionem, in Theogoniâ & Aſpide, Aldinæ & aliis præfert, mendis alioqui ſcatentem. [7] Orphei Argonauticorum editiones Florentinam, Aldinam, & Cratandri cum metricâ ejus interpretatione, notat:

[1] Schol. p. 11. l. antepenult. p. 118. l. 9. [2] Poet. Heroic. Annot. p. 39. [3] Herodoti igitur editio paucis menſibus Homeri editioni præivit; in quâ illa leguntur epitaphia. [4] Poet. Her. Not. p. 1. [5] P. 50. citat alias Joan. Aurati conjecturas. [6] Poet. Her. Diſſert. p. 20. [7] Poet Heroic. Not. p. 34.

[1] Callimachi habuit Aldinam, Florentinam majuſculis literis, & Pariſinam (nempe Vaſcoſani): In Theocrito multum debuit Mich. Sophiani ex [3] Vet. Codice caſtigationibus; [1] in Romanâ & Aldinâ abeſſe multos verſus queritur, quas malè in ſuâ ſecutus eſt Morelius, [2] qui nonnunquam ſuam divinationem pro verâ lectione reponere auſus eſt. Cur Henricus Morelium minùs probaverit, in hujus partis Appendice dicetur. Obſervo enim Henrico minimè placuiſſe Morelii editiones, quas frequenter carpit, [3] Arati, [4] Theocriti, [5] Nicandri, [6] Dionyſii Afri. [1] In Dionyſio labore hunc levavit paterna editio, in Colutho Jo. Brodæus, in Tryphiodoro Fredericus ([7]qui id poematium ſatìs fœliciter & verſibus reddidit & annotationibus illuſtravit) Jamotius. • Muſæum putat Grammaticum fuiſſe ex libri veteris inſcriptione, quam Genuæ viderat Mich. Sophianus, [6] Phocylidis veribus Sibyllinos (ex Suidæ Authoritate) alióſque admixtos ſuſpicatur.

[1] Poet. Her. Vol. poſter. p. 487. [2] Not. p. 51. [3] Poet. Heroic. Vol. poſter. Not. pag. 53. Petrus tamen Faber (comment. in Cicer. pro Cæcin. Claud. Morel. 1611 pag. 126.) notat in Ciceronianâ Arati verſione (v. 525.) legi meliùs *dejunctos*, quàm apud Lexic. Stephani Ciceroniano *devinctos*. Sed Henricus Patris & Patrui lectionem ſecutus eſt. Theocr. H. S. 1579. Præf. [5] Poet. Her. Not. p. 54. [6] Dionyſ. Perieg. 1577. ad lect. Morelius *περιήγησις* malè vertit *ambitus*. [7] Poet. Her. Vol. poſter. p. 488.

Ne

Ne mihi, Lector, ſuccenſeas, quòd in in ſingulis te detineam editionibus, quarum accuratus explorator & cenſor fuit noſter Henricus. Certè eſt operæ pretium earum habere notitiam, ſinè quâ verus Authorum ſenſus in variis locis variè editis elici non poteſt. In errorem facilè inducitur, qui ſolas librorum aut antiquiſſimas aut nitidiſſimas editiones amplectitur. Sunt, quibus nil non placet, modò ex Aldorum aut Juntarum officinis prodeat, quaſi eò emendatiores fierent libri, quò antiquiores aut rariores: quum ſanè aliquando nil vitioſius. Alii Turnebianas aut Morelianas ob Characterum nitorem unicas deoſculantur; quaſi error non poſſit etiam nitidè excudi. Hujuſmodi Venatores librorum titulo ac cortice tenus ſapiunt, nec quicquam penſi habent examinare, quàm correctus ſit liber, cujus frons Typographi alicujus celeberrimi nomine inſigniatur. Abſit à me, ut magnis illis nominibus, Aldis, Juntis, Turnebo, Morelióque quicquam laudis debitæ auſim detrahere (& ſi vellem, ipſa me tyrunculum eorum obrueret authoritas), ut potiùs cupiam illorum ſimiles ætati noſtræ contigiſſe Typographos. Siquid in eorum libris peccatum ſit, nequaquam in eos, ſed vel in Typographicæ artis tempus nondum maturum, vel in operarum, quibus (cum omnia ſuis ipſi manibus præſtare non poſſint) omnes uti coguntur Typographi, incuriam culpa transferenda

eſt.

eſt. Non equidem vitio do eorum induſtriam, qui undecumque varias & prece & pretio corrogant editiones, ut ex his diligentiſſimè collatis aliquid in bonum publicum emergat: illud enim eſt & fuit ſemper Bibliothecarum inſtitutum. Utinam autem unuſquiſque ullius Authoris editor, ſui ſæpe ad faſtidium nominis repetitione non tumidus, ſuam ità adornaret editionem, ut nihil eorum, quæ in ſuperioribus extant, deſideraretur, ſed ea omnia lectoris judicio relinquerentur integra; quicquid de novo adderet, ſeorſim excuderetur! Exemplar vix poſſum perfectius proponere, quàm quod nobis exhibet editio Æſchyli Stanleiana. Jam redeo ad Henricum, cujus editiones ideo miror, quòd eas, quàm poſſet accuratiſſimè aut ipſe aut per alios (quos complures noverat) viros eruditos, ad omnium tum Manuſcriptorum tum impreſſorum codicum fidem, non ſinè maximo delectu & ſuo (quo maximè in Græcis præſertim pollebat) aliorúmque judicio, elaboraret.

Is non in Græcis & Latinis duntaxat ſuæ induſtriæ dedit argumentum, ſed in Orientalibus; quibus nunc Hebraïco prælusit Alphabeto, majus aliquid poſt annos paucos daturus. Anno igitur proximo 1567. ab Alphabeto tranſit ad Hebræam Grammaticam Ant. Rodolp. Cevallerii illius linguæ profeſſoris, qui [1] in audiendis Franciſco Vatablo,

[1] Epiſtol. præfix. Gramm.

Paulo

Paulo Fagio, & præſertim Immanuele Tremellio ſocero ſuo multùm profecerat. Eam Hebræâ Epiſtolâ Tremellius ornavit. An hæc Grammatica priùs edita fuerit, incertus ſum; nam epiſtola ad Bezam (cui hanc Cevallerius inſcripſit) Cal. Dec. 1559. data eſt. Fidem ſuperiore anno obligatam nunc incipit liberare; & [1] ut in grandibus voluminibus plerumque occupatus aliquando libelluli cujuſdam editione puellulis gratificetur, Græcas Polemonis & Himerii aliorúmque quorundam Declamationes cum annotatiunculis excudit; Quóq; meliùs tyrones Tragicorum lectioni aſſueſcerent, ſelectas ex tribus hujus generis principibus poetis Tragædias partim ſoluto partim ſtricto ſermone verſas dedit.

Id moris habuit Stephanus, ut, quas inter peregrinandum comparaverat amicitias, munuſculis literariis coleret, & tueretur. Ludovico itaque ([2] quem in Italiâ noverat) Caſtelvetro Jani Parrhaſii de rebus per epiſtolam quæſitis libellum miſit, [3] à viro politioris doctrinæ ſtudioſſimo Jovâ acceptum. In epiſtolâ præfixâ queritur pleriſque hodie ſordere veteres Commentariorum ſcriptores, Boroaldum putà & Domitium Calderinum; qui, quia (ut ſæpe fit) doctiores evaſerunt diſcipuli, non propterea è doctorum albo eradendi ſunt. Neque ſentit cum iis, qui Parrhaſium reprehen-

[1] Præfat. Polem. [2] Lege priùs. [3] Epiſtol.

dunt, eâdémque ratione poſſent reprehendere etiam Luctatium, doctiſſimúmque Tarrhæum; quòd illi meliorem operam in exponendo Virgilio quàm in Claudiano & Statio, hic in Homero quàm in Apollonio Rhodio poſuiſſet. Notat præterea : quendam magni alioqui nominis virum, qui exordium Metamorphoſeωn minimè probans refingit, & pro duobns Ovidianis ſuos ſex verſus ſubſtituit Ovidium autem non incommodâ brevitate uſum probat Stephanus, quòd (uti Horatianos aliquando exercitationis gratiâ, ita nunc hos) Ovidianos quatuor totidem Latinis & penè ad verbum incluſerit.

Jul. Scalig.

Quas mutata novas immotis corpora formis
Induerint facies: ſe ut mirarentur in illis:
Tecta fide veterum canimus miracula Vatum.
Dii, quibus imperium hoc, rerum rariare figuras:
Et fluxo reparare orbi ſua ſemina: cœptis
Aſpirate &c.

Ovid.

In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora. Dii cœptis (nam vos mutaſtis & illas)
Aſpirate meis; primàque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Steph.

Καινῶς μορφωθέντα ἐέλδεται ἦτορ ἀείδειν
Σώματα. Οὐρανίδαι οἳ τῶνδ' ἠλλάξατε μορφὴν,
Πρευμενέες τελέθοντε, καὶ ἐκ κόσμοιο γενέθλης
Μέσφα καὶ εἰς ἡμᾶς ἐπέων μηρύσατε εἱρμόν.

: Jul. Scalig. Poetic. Lib. 6. Cap. 7.

Quum

‡ Quum Stephanus " ſuis ſtudiis utiliſſimum
" eſſe ſemper judicârit, ejuſdem argumenti ſcri-
" ptores, ſi non uno volumine, at certè quàm
" pauciſſimis fieri poſſet, incluſos habere, (adeo
" ut etiam multos, qui ſeorſum compacti erant,
" recompingendos, ut aliis ſociari poſſent, curârit)
" venit huic aliquando in mentem, de ſuo ſenſu
" judicanti, gratiſſimam ſe omnibus literarum ſtu-
" dioſis rem facturum, ſi ejuſdem generis ſcripto-
" res eodem velut tecto reciperet, ità ut unâ eâ-
" démque operâ univerſi conſuli à quolibet poſ-
" ſent. Huic conſilio debetur illud Poetarum
" Græcorum volumen ante pauces menſes editum,
nunc verò omnes artis medicæ, poſt Hippocratem
& Galenum, Principes Gulielmo Plancio dedicati,
(ex quorum plurimis ſuum antea medicum Dictio-
rum contexuerat) Græci quidem Latinitate donati,
tum quòd pauci hujus artis profeſſores iſtis tempo-
ribus cognitionem Græcæ linguæ vel mediocrem
adepti eſſent; tum quòd omnes Græci codices ad
manum non fuerint, & unde ſatìs emendatos ha-
beret, neſciret. Eàdem ratione ductus volumen
Hiſtoricorum à ſe propediem editum iri pollice-
tur.

Nic. Nancelius in epiſtolâ ad Billium 1579. 18°
Cal. Sept. datâ ſcribit ſe " de ſuis veteribus me-
" dicorum Latinorum correctionibus communi-

‡ Epiſto Præfix. Med. Art. Princ.

† " càſſe

" caſſe cum Henrico Stephano Lutetiæ in ædibus " paternis, numquidnam vacaret hæc & alia ſcri- " pta varia publicè edere. Cauſatus eſt ab Rege " neſcio quid imperatum ſibi: neque ſibi in urbe " prælum premi aut verti volvíque. Imò & pau- " cis antè diebus emiſſos à ſe pleroſque medicos in " lucem, quorum pars eſſet aliqua ex iis, quos pro- " ferebat, ut Celſum, Scribonium, Marcellum, & " alios. Cui quum objeciſſet duplici ſibi nomine " factum minùs probari: tum quòd Græcos plures " paucioribus Latinis eodem denſiore tomo excudiſ- " ſet: tum quòd è multiplici lectione Latinorum " & correctione unicam amplexatus eſſet, quam in " album retuliſſet, reliquis in totum omiſſis ne- " que adeo margini adſcriptis: adeo & ſæpiculè " deterrimam quamque lectionem dictionémque " textui inſeruiſſe minùs expenſâ exploratâque " ſententiâ; cujus idoneus arbiter debuerit eſſe " medicus aliquis doctus & artis & critices peritus: " Contractâ fronte & corrugatâ caperatâque ex " more & naturali quâdam μιτωπισκία paucis re- " ſpondit ſubiratus, in hanc propè ſententiam " aut ſimilem; mihi ſic eſt uſus; tibi ut eſt opus " facto, face. Idem Nancelius in epiſtolâ ad Da- lechampium 1584. Non. Apr. datâ ſcribit " ſibi " inter ſua opera illud eſſe magis arduum quàm " utile, de correctione priſcorum medicorum; " quos inter, Cœlium Aurelianum Rouillii ann. " 1569. totum ſuis notis delineaverat & interpun-

" xerat:

"xerat: reliquos nondum potuerat, quia exem-
"plar ſuo ſimile deſideravit, nec Lutetiæ invenire
"potuit, aut aliunde adipiſci. Rogat itaque Da-
"lechampium, "ſi apud Librarios repererit, ad
"ſe juſto pretio mittat. Titulus illi eſt, Medici antiqui omnes Latini &c. Venetiis. M. D. XLVII. Ald. in folio. "Non hoc intelligit, quod Hen-
"ricus Stephanus de Græcis & Latinis confuſum
"edidit: Illud enim ſolos Latinos habet numero
"circiter 12. aut 13. ex quibus unum Strabum
"Gallum ampliſſimis commentariis explicaverat. Hæc Nancelius; cui noſtri Henrici labor minùs placuit. Recténe an ſecus, judicent medici.

Anno 1568. Apophthegmata Græca volumine minori excudit, unà [1] cum Latinâ Raphaelis Regii, quam Eraſmianæ liberiori, rarò fideliori prætulit, interpretatione. [2] Loci aliquot in Græco textu emendati fuerunt: aliorum emendationem cum ſuis editionibus Plutarchi, & Laertii pollicitus eſt. In hôc libello ſe Fuggeri Typographum poſtremùm (quantum adhuc vidiſſe contigit), nec enim in aliis libris hôc anno editis, nuncupavit. [1] Opuſculum hoc in gratiam puerorum vulgavit, quorum memoriam excoli & exerceri vellet in hujuſmodi Apophthegmatis captui eorum à ſagaci præceptore ſelectis & accommodatis. Puerorum etiam rationem à ſe habitam fuiſſe notat in rejiciendis obſcœnis: Nec poſſum hìc ſilentio

[1] Apophth. Præf. [2] Titul.

præterire mei Præceptoris optimi Patroníque D. Busbeii curam, qui, quicquid modeſtiam poſſet lædere, non quidem manu (uti falſiſſimè * Viri pii memoriam calumniari neſcio quis *A.* nuper auſus eſt) indigitavit, ſed ab Authoribus omnino eliminavit. Hôc anno ex officinâ Henrici prodierunt (quos ſuperiore promiſerat) Varii Hiſtoriæ Romanæ ſcriptores partim Græci partim Latìni in unum velut corpus redacti cum copioſo in omnes indice, & carminibus de ſingulis Imperatoribus à Julio Cæſare ad Ferdinandum partim ab Auſonio, partim à Jacobo Micyllo & Urſino Velio conſcriptis. Præterea ut adoleſcentes linguæ Græcæ ſtudioſi Poeſi Chriſtianæ aſſueſcerent, volumine minimo, quod faciliùs circumferretur, aliquot Syneſii hymnos & Nazianzeni odas vario Lyricorum verſuum genere, adjunctâ Fr. Porti Latinâ interpretatione; ac Pſalmos Davidis aliquot Ἀναχρεοντειομελοποιηθέντας metro Anacreontico Sapphicóque à ſe redditos, unum 126^m Latinè, cum nonnullis de rebus ſacris Flaminii verſibus vulgavit.

* Sciunt, quotquot illum norint, quàm ſeverâ diſciplinâ, moribus antiquis, tenaciſſimâ erga Eccleſiam (cum in maximis periculis verſaretur) fide, ferventi & Apoſtolico juxta rectam ſcientiam bonámque conſcientiam Zelo, ſtabili pro Catholicis ac Primitivis ideóque ſanis ritibus (dum Eccleſiaſtico ſenatui intererat) conſtantiâ ſpectandus fuerit. Heroicæ ſunt illæ virtutes milite Chriſtiano dignæ, calumniis omnibus ſuperiores; quas maledicus quivis conviciator faciliùs nunc carpat, quàm imitetur. Credat jam, qui poſſit, virum illis præditum juventuti feneſtram ad nequitiam aperuiſſe. Quamvis autem res tam manifeſta & omnibus nota vindice minimè egeat, amor tamen veritatis gratúſque (quem erga Præceptorum optimum gerere diſcipulum in perpetuum ſummis beneficiis devinctum decet) animus tacere me non paſſus eſt. Sophoclem

Sophoclem tandem emiſit cum Græcis Scholiis, Joachimi Camerarii Commentariis (Joanni [1] Oporino, cujus eruditionem & diligentiam laudat, inſcriptis) Latiníſque Ajacis lorarii ac Electræ, illâ ad verbum, hâc liberâ, verſionibus, (omnes Vitus Ortelius Vineſimus verterat). [2] Stephano in Sophoclis multò minùs Æſchylo vitiati editione laboris multò minùs impendendum fuit, præſertim poſt Adrianum Turnebum Regium Literarum Græcarum Profeſſorem & Typographum, qui hunc Authorem edidit, Æmari Ranconeti exemplari (non ex omni parte emendato) uſus. Suas ſtatim Henricus ſeorſim in Sophoclem annotationes & diſſertationem de Sophocleâ Homeri imitatione excudit; His etiam adjecit notas in poſteriores (i. e. [3] à librariis & Typographis loco poſteriore collocatas) tragœdias Euripidis ex duobus vetuſtiſſimis exemplaribus emaculatas, [4] quibus graviùs, quàm priores, laborantibus adhibenda priùs eſſe remedia exiſtimavit. In his multa non vidit [5] Brodæus, vir alioqui ſagaciſſimus, [6] cuíque in eis & aliis multis in lucem poſt ejus obitum prodeuntibus facta eſt injuria; plurima enìm, quæ tumultuariè ſibi non aliis annotaverat, nequaquam vulgari paſſus fuiſſet. [7] Editiones Aldinam & Hervagianam Euripidis (ann. 1537.), [8] Frobenianam

[1] Is Oporinus Profeſſor Gr. & Lat. ſe Frobenio aſſociaverat, natus 25. Jan. 1567. Mortuus 6. Jul. 1568. Janſſon. & la Caille. lege Thuan. ad ann. 1568. [2] Sophoc. ad lect. [3] Annotat. p. 113. [4] Pag. 98. [5] Pag. 99. [6] pag. 111. [7] Pag. 140. [8] pag. 102.

opuſculorum Plutarchi (ann. 1542.) fœdiſſimis erratis ſcatere monet. [1] Stephanus toto jam ferè & forſan ampliùs triennio ab uxoris morte elapſo nullum in eam, cujus laudibus verba deerant, epitaphium ſcripſerat, quamvis alias pleraſque epitaphiis ornaſſet; nunc verò tandem videtur nonnulla in præſtantiſſimam illam fœminam compoſuiſſe, è quibus quatuor nobis ipſe ſervavit.

Huic pudor & candor famam vicere fidémque;
  Huic, quæ tres Charitas gratia vicit, erat.
Huic ſexum vicit prudentia, vicit & [2] annos:
  Huic victum eſt morum nobilitate genus.

Anno 1569. Henricus Stephanus duos edidit tractatus, Artis Typographicæ querimoniam, & ad quoſdam amicos de ſuæ Typographicæ ſtatu epiſtolam; illam rariſſimam, hanc non ubivis obviam: Utramque igitur hìc integram adjiciam, tum quòd multa ad Stephani aliorúmque editiones ſpectantia complectantur, tum quòd hìc à Lectore quicquam, quod in Almeloveenianâ diſſertatione habetur, deſiderari nolim.

[1] Epiſt. Gell. p. 11. [2] Indè conjici poteſt eam non ætate multùm provectam fuiſſe, cum obierit.

ARTIS

ARTIS TYPOGRAPHICAE QUERIMONIA,

De illiteratis quibuſdam Typographis, propter quos in contemptum venit.

AUTORE

HENRICO STEPHANO.

HENR. STEPHANUS *lectori bonis literis bene cupienti S. D.*

S*Cribimus indocti doctique Poëmata paſſim*, exclamat Horatius, poſtquam dixit agendæ navis ignarum non audere eam agere, medicos, quod medicorum eſt, promittere, fabros fabrilia tractare. In eandem verò ſententiam & alibi canit,

Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis,
Indoctúſque pilæ, diſcive trochive, quieſcit,
Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ:
Qui neſcit, verſus tamen audet fingere.

Hoc autem quàm verum noſtrâ etiam ætate comperiatur, quotidie teſtantur miſera poëmata, quæ deferri videmus *in vicos vendentes thus & odores* (ut hîc quoque verba Horatiana uſurpem) *& piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.* Sed quod ille de iis dixit qui γράφουσι, multò etiam juſtiùs de iis dicemus qui τυπογραφοῦσι poëmata, quamvis aliena; nec poemata duntaxat, ſed alia aliorum quorumlibet ſcripta. Quid? doctrinam typographi & ejus qui poemata ſcribit, paríne in lance expendendam cenſes? Non equidem: ſed utroſque, ſi indocti ſint, æquè ſuo in genere (ut ita loquar) indoctos eſſe & cenſeo & affirmo. Quantum enim multi hujus ſeculi verſificatores ab eâ doctrinæ abſunt menſurâ, quam vel mediocris poeſis (ſi liceret mediocribus eſſe poetis) deſiderat, tantum pleroſque typographos ab eâ, quam ars illorum poſcit vel flagitat potiùs, abeſſe dico: ut de iis taceam qui non ſunt indocti, id eſt parum docti, aut etiam minùs quàm parum docti, ſed ne digni quidem ſunt, qui indocti vocentur, quum ſint prorſus analphabeti. Quid? (dicet fortaſſe quiſpiam) quum tot librorum agmina ex tot typogra-

phorum officinis prodeant, quos omnis doctrinæ expertes eſſe conſtat, an ita neceſſariam illis eſſe literarum cognitionem exiſtimas, ut à ſuis fertiliſſimis alioqui prelis, in quibus conſenuerunt, tanquam Ariſtophanicos Strepſiadas, ad tam feram ſcholam vocare, & veluti Pelias quoſdam recoquere velis? Atqui, ſi ideo typographicæ arti doctrinâ non eſt opus, quòd multi eam indocti exerceant, ac de iis queri minimè debeo: itidem certè poeticæ non eſſe neceſſariam, quòd ab indoctis etiam multa proficiſci poemata videamus, ideóque de illis immeritò queſtum eſſe Horatium pronuntiabimus. Niſi fortè poeticæ quidem neceſſariam omnino eſſe poeticam, at typographicæ arti non item, dicet aliquis. Sed quo id ore dici à quoquam poterit? Itáne verò librorum editio pro dignitate ab iis elaborari poterit quibus nihil cum Muſis commune eſt? Itáne verò artem cujus velut tutelæ ac fidei literæ hoc ſeculo commiſſæ ſunt, fideliter tractare literarum imperitus poterit? Ecquid obſecro dicturum putamus Aldum, ſi nunc reviviſcens videat ſucceſſiſſe ſibi typographos, quorum non minima pars vix penè aliud in libris, quàm quomodo alba pagina diſcernenda ſit à nigrâ, intelligit? (Nam qui tantum profecerunt ut Græca literarum elementa poſſint à Latinis, Hebraica à Græcis diſcernere, atrocem ſibi fieri injuriam exiſtiment, ſi in numero indoctorum habeantur) Quid verò dicturos M. illum Muſurum & Janum Laſcarin putamus, in quibus primis Græcia reviviſcere cœpit, & qui principes in pandendo nobis ad linguæ adyta itinere fuerunt? quid, inquam, dicturos remur, ſi, quum ipſi tantum honoris arti typographicæ detulerint, ut non indignam exiſtimarint cui ſuam operam navarent, fungentes munere correctorum (liceat enim de rebus typopraphicis typographicè loqui) eò rem deveniſſe videant, ut ſiquis tria Latinæ linguæ verba totidémque Græcæ norit, typographicæ illius correctioni nobiliſſimi quique utriuſque linguæ ſcriptores committantur? Quid enim, obſecro, aliud eſt, hanc in illos ſcriptores poteſtatem ejuſmodi hominibus permittere, quàm gladios furioſis in manus tradere? Eorum ego è numero quendam olim cognovi, illo correctoris munere tam crudeliter fungentem, ut omnibus locis in quibus vocem *procos* inveniebat, plagas infligeret, *porcos* nimirum in locum illius ſubſtituens: itidémque ubicumque verbum *Exanimare* occurrebat, ipſum in *Examinare* mutaret: (adeo quidem ut & apud Horatium legeret, *Cur me querelis examinas tuis?*) quod nimirum hæc vox paritérque illa (ſicut aliæ propè infinitæ, in quas eandem tyrannidem exercebat) Latinitatis ejus terminos excederent, peregrinitatíſque damnandæ ei viderentur. Porcos enim (aiebat) ſcio eſſe animalia quædam ſic vocata: at procos nec animalia nec aliud in Latino ſignificare puto: interim malo

vocem

vocem, de quâ certus ſum, pro eâ reponere Alii ſunt, qui neque quid nomen Proci, neque quid verbum Exanimare valeat ignorent, ac Latina eſſe minimè negent, in aliis item perinde tritis non hæſitent: ſed quum paulò iſtis rariora vocabula in eorum oculos incurrunt, ad ipſa, tanquam monſtra quædam, obſtupeſiant: atque adeo procul unumquodque hujuſmodi vocabulum abigant, aliud ſibi familiare in ejus locum advocantes, vel potiùs obtorto (ut ità dicam) collo pertrahentes. Exemplum autem ex multis unum, ſed valde inſigne, proferam. Quum dixiſſet Horatius, epiſtolâ 2 libri prioris, *nunc adbibe puro Pectore verba puer*, ad verbum hoc *adbibe* attonita frequens hujuſmodi correctorum turba, in [1] *adhibe* mutavit: non unum unâ in voce, ſed multiplex, erratum admittens, ut cuilibet (qui modò illorum ſimilis non ſit) manifeſtum eſſe poteſt. Et tamen in pluribus quàm triginta diverſis editionibus præclaram illam [2] emendationem me videre memini. Ac certè vix tandem Lugdunenſi cuipiam correctori perſuaſi ut poſthac inemendatum Horatium eo in verſu eſſe fineret, id eſt, ſuum *adbibe*, quod mendoſum ille putabat, ei relinqueret. Viden', lector, viden' cum quibus nunc hominibus negotium ſit antiquis illis Latinæ linguæ ſcriptoribus? Nam de Græcis quid attinet dicere? Græcæ linguæ penetralia ingreſſi ſunt ſcilicet qui Latinam vix à limine ſalutarunt: aut ab illis multum ſperandum eſt qui ipſis librorum frontibus ignorantiæ ſuæ imaginem ad vivum expreſſam præfigunt. Sic nuper ex quâdam Germanicâ officinâ (urbis enim nomini parco) prodiit Græcus liber, in cujus fronte quum diligentiam in eo adhibitam commendare vellet is cui hanc provinciam demandarat typographus, in eo ipſo verbo quo emendatum ſignificare voluit, tribus fœdiſſimis erravit modis, non typographicis quidem illis, id eſt non ex operarum incuriâ, ſed ex merâ linguæ Græcæ ignorantiâ apertè proficiſcentibus. Atque ita miſer typographus dum honorifico titulo commendatam eſſe editionem ſuam exiſtimavit, contrà ſuo ipſemet præconio (tanquam ſuo ſe gladio jugulans) illam infamavit. Quod verò omnium maximè ridiculum eſt, videmus paſſim typographorum

[1] In unâ voce contra Syllabarum tempus bis peccavit Corrector; quali forſan uſus eſt Almeloveenius in ſuo notarum ad Rutilii fragmentum ſpicilegio, ubi (v. 76.) pro *nobilitate* reponitur *ferocitate*, tanquam melior lectio. [2] At quis non miretur in Horatio Typis Regiis 1642. excuſo legi *adhibe*? Lambinus in ſuis notis hanc vitioſam notavit ſcripturam; & Cruquius monet in omnibus ſcriptis codicibus haberi *adbibe*.

epiſtolas Latinas, interdum & Græcas, quorum plurimi ne primum quidem earum verbum intelligere, nonnulli ne legere quidem illas poſſunt. Quàm multa verò inſuper mala hæc typographorum ignorantia invehat, alius erit fortaſſe dicendi locus. Sed interim (quum hunc tam miſerum támque calamitoſum artis typographicæ ſtatum ſæpenumero mecum deploraſſem) continere me non potui quin omnibus qui Muſas eo proſequuntur, & amore & honore, quo merentur, luctum meum teſtatum relinquerem, vel potiùs illos in ejus partem (tanquam de meo tantundem detracturus) vocarem. Qui tamen multò certè libentiùs vindices tantæ miſeriæ & injuriæ quàm deploratores advocaturus eram, ſiquos uſquam gentium repertum iri exiſtimaſſem. Hinc tandem erupit illa, quam nunc edo, querimonia, inter innumeras occupationes à me ſcripta, nec tamen ex ullo odio, vel ex invidiâ, (eſt enim, Dei beneficio, cur invidear ab ὁμοτέχνοις, potiùs quàm cur invideam) ſed ex animo gravi indignatione percito profecta. Verùm dicet quiſpiam, Heus tu, non meminiſti verſûs Horatiani, quem initio hujus epiſtolæ protuliſti? *Scribimus indocti doctique pœmata paſſim*: annon & in tuum poema eundem jactatum iri exiſtimas? Imò verò & memini, & me primum omnium in illorum, non in horum numero colloco: ſed ut aggredi illud auderem fecit hic alius ſatyrici verſus, *Si natura negat, facit indignatio verſum.* Vale.

ARTIS

ARTIS TYPOGRAPHICAE QUERIMONIA

De illiteratis quibuſdam Typographis, propter quos in contemptum venit.

AUTORE

HENRICO STEPHANO.

Illa ego quæ quondam, cælo ut delapſa, colebar,
Illa ego quæ multis numinis inſtar eram:
Quam comitem addiderant mundi miracula ſeptem,
Quæ decima Aonidum ſum numerata ſoror:
Deliciæ humani generis vocitata per orbem,
Quæ vocitabar amor deliciæque deûm:
Hei mihi, nunc miſeram, contempta, inglória, vitam,
(Si tamen hæc vitæ eſt nomine digna) traho.
Nunc traho quod ſuper eſt, per mille opprobria, vitæ,
Síceque meæ laudi vivo ſuperſtes ego.
At vos, quorum animos vulgi non faſcinat error,
Nec ſua credulitas credere falſa jubet,
Me (quæſo) indictâ damnari expendite cauſâ,
Nec peragi juſti judicis ore ream.
Crimina multa quidem ex omni me parte laceſſunt:
(Fœta ſubinde novis pectora livor habet)
Sed duo præcipuè noſtram oppugnantia famam,
Implerunt acri quæ mihi bile jecur.
Me veterum autorum clamant peſtémque luémque,
Sacrilegâ hos clamant me violare manu.
Sentinámque operum dicunt proferre novorum,
Quam piper & triviis ſalgama nota manent.
Nimirum hæc ea ſunt, quæ me duo crimina vexant,
Inque odium reliquis quæ rapuere magìs.
At non jure in jus me dico fuiſſe vocatam:
*Nam quæ non pecco, * quare luenda mihi?*
Non peccare autem, ſuffragia veſtra probabunt,
Si patiens auris, candida ménſque ſinat.
Namque age, Mavortis ſiquis ſibi ſumpſerit arma,
Sed qui non itidem Martia corda gerat:

* Sic H. Stephanus in ſuâ editione. Almeloveenius bene repoſuit *ſúntne.*

Si capiti galeam laterique accommodet enſem,
Si parmâ & telis inſtruat ille manum :
Vixque tamen viſis vertat terga hoſtibus idem,
Parmam cum telis excutiente metu :
Iſtáne Mavortis culpa eſt ? num portio laudis
Idcirco Marti deperit ulla ſuæ ?
Sive lyram pulſet lyricæ qui neſcius artis,
Et miſeras aures enecet uſque ſonis,
An Phœbus debet culpam aut præſtare Camœnæ ?
Aut lyricæ hoc artis dedecus eſſe poteſt ?
Si chartas nunc ergo meas, ſi prela typóſque,
Inſtrumenta operis quótque miniſtra mei,
Turba en docta malos indoctè vertit in uſus,
Num meritò in partem criminis ipſa vocer ?
Siccine ſim adjutrix illis fautríxque putanda,
Quos cane, quos odi pejus & angue palam ?
Atque adeo quod velle licet, ſi poſſe daretur,
Jam factis odium teſtificata forem.
Sed quid agam ? quæ dii tolerant, tolerare recuſem ?
At faſtu dicar nunc tumefacta novo.
Optavi quoties, tenebris adoperta laterent,
Quæ mea nunc lucem munera cunque vident.
Nec ſolùm hoc, aliis oneravimus æthera votis :
Omnia quæ celeres diripuere Noti.
Iidem debuerant etiam rapuiſſe dolorem,
Qui menti requiem ſurripit uſque meæ.
Hei mihi quòd propriis patior nunc vulnera telis,
Armáque me contra ſunt fabricata mihi.
Nam queis barbaries à me proſternitur armis,
Quotquot & errorum turpia monſtra latent :
Denique queis fœdas expello mente tenebras,
Me dominam illa ſuam nunc malè ſana petunt.
Vulnera forſitan hæc dices non eſſe cruenta,
Eſſe cruenta quidem vulnera, & ipſa nego :
Nobilitate animus ſed quanto corpore præſtat,
Vulnera tanto animi quis graviora neget ?
Utque bono patri dolor ingens improba proles,
Objicit hanc illi qui tamen, ille gravat :
Vulnera ſic per ſe ſunt noſtra graviſſima, linguæ
Sed multò reddunt aſperiora malæ.
Me miſeram : incipiunt quoties effundere virus,
Et probris nomen dilacerare meum,
Terra mihi toties opto mihi terra dehiſcat :

Horror ad has voces pectora tantus habet.
Nam veterum autorum quum ſim columénque ſalúſq;,
Illorum labes perniciéſque vocor.
Turba equidem (fateor) me multa profeſſa magiſtram,
In ſcripta illorum perpetrat omne nefas:
Atque manu illotà quæ ſunt ſacrata profanat,
Quam vel ſacrilegam dicere jure queas.
Sed gregis iſtius ſi dicor jure magiſtra,
Si tanti ſceleris conſcia credor ego,
Nempe fugax itidem eſt miles, Mavortis alumnus,
Eſt itidem trepidæ conſcius ille fugæ.
Et quicunque malus toto citharœdus in orbe,
Scilicet illius Phœbe magiſter eris.
Sic mala dicetur textrix à Pallade docta,
Vulcanúſque malum ſic docuiſſe fabrum.
Dicendúſne meus quicunque typographus audit,
Et chartas graphicis implet ubique typis?
Atqui turba iſto titulo nunc multa ſuperbit,
Quæ porcos fuerit paſcere digna magìs.
Vix noruntipſas multi de nomine Muſas,
Vix norunt Muſis aut Helicona ſacrum.
Quid dico? pudet his longè graviora profari,
Atque magìs poſſint quæ ſuperare fidem.
Proh pudor, haud rarus numero reperitur in illo,
Nominis ignorans ipſa elementa ſui.
I nunc, & veterum fœdata volumina multis
Mirare ac multis contemerata modis:
Agmina ſcriptorum graphicos & multa novorum
(Hoc eſt, nugarum plauſtra) dediſſe typos.
Quid mirum? ut cæcus diſcernit nemo colores,
Horum diſcernit ſic quoque turba nihil.
(Fallor ego, atra ſciunt quæ pagina, quæque ſit alba,
Hac, fateor, cæcos re ſuperare queunt)
Audio ſæpe illas & veſtro ex ore querelas,
O queis lingua in me felle madere ſolet.
Qualia ſed de illis vos audio ſæpe querentes,
Talia de vobis diſcite quiſque queri.
Nanque (quod indignum eſt) numero cenſetis eodem
Artificéſque malos, artificéſque bonos.
Atqui noſtrum equidem decus hi cenſentur: at illi
Sunt mihi ſunt ſeclo dedecus atque pudor.
Hi nempe eſſe mei meritò dicentur alumni,
Hi mea cura viri, deliciæque meæ.

Grexque

Gréxque adeo meus hi : (per totum ſi tamen orbem
Quinque decet vel ſex nomen habere gregis)
Illos contrà oculi mihi ſunt animúſque peroſi,
Exoſa illorum nuda vel umbra mihi.
Inſtrumenta quidem mea nunc famulantur & illis :
Eſſe ſed hæc prædam, non mea dona, puta.
Artifices appello malos (ne neſcius erres)
Non quo vulgus eos more vocare ſolet :
Sed jejuna quibus doctrinæ pectora, quorum
Ad Latios auris ſtat ſtupefacta ſonos.
Artifices hos nempe malos ego conqueror eſſe,
Hos fidei artifices conqueror eſſe malæ :
Ornamenta licèt conquirant undique libris
Quæ dare cunque poteſt ulla perita manus.
Namque quod humano mens eſt in corpore, quod mens
Præſtare humano corpore clauſa poteſt,
Hoc opere in noſtro præſtat correctio : (voci
Fas uſum veteri ſit tribuiſſe novum)
Hæc fugat à ſcriptis tenebras, lucémque reducit,
Una hæc cum mendis aſpera bella gerit.
At taurus ſumptis carpet prius aera pennis,
Aut liquidas pinnis ille natabit aquas,
Et priùs in ſylvas prorumpet ab æquore delphin,
Notáque ſetoſis gramina tundet apris,
Illo tam inſigni quàm munere fungier unquam,
Et ſacro Muſis, turba profana queat.
Lumina ſunt nobis aliena vicaria, dicunt,
Séque ſat armatos hâc ratione putant.
Atqui oculo alterius nolle in re fidere parvâ,
In tantâ eſt quantus fidere velle furor ?
Réſne typographica eſt (mihi cor exæſtuat irâ)
Vilis ita ut cuivis poſthabeatur equo ?
Nanque oculum domini (cunctis res prodita ſeclis)
Pinguis ut evadat, poſcere fertur equus.
Sed quid ego hæc fruſtra ? canitur nam fabula ſurdis,
Et ſiquid ſurdis ſurdius eſſe poteſt.
Ergo libet noſtras tandem finire querelas,
Et tandem dicto claudere multa brevi.
Ut quidam è ſophiæ fertur dixiſſe magiſtris,
Mille auditorum eſt unicus iſte loco :
Sic prudens judex, recti ſtudioſus & æqui,
Multorum nobis unicus inſtar erit.

Ἐπιτάφια

Ἐπιτάφια Τυπογράφων τινῶν εὐπαιδεύτων.

Epitaphia Doctorum quorundam Typographorum. Autore Henrico Stephano typographo.

Aldi Manutii.

Ἄλδος ὅδ', ὃς τέχνης φάος ἦν μέγα βιβλοδοτείρας,
  Ἄλδος, ἔρεισμα τέχνης καὶ μέγ' ὄνειαρ ἐών.
Παιδείης γὰρ ἐῆς, καμάτοντι καὶ ὄλβια ἀρείδων,
  Ἥντε πολυγέτην τιμὴν δ' ἀπίταλλε παῖν.
Βίβλων ἐν τέχνῃ πολέων τελέθεσκε δότειρα,
  Ἄλδος δ' αὖ τέχνῃ τῇ βιόδωρος ἐῇ.

Tam clarum quòd nomen habent totúmque per orbem
  Sunt vaga Graiorum tot monimenta virûm;
Hoc debent Aldo Muſarum quotquot alumni,
  Qui graphicis primus tradidit illa typis.
Utque illi decus hoc nullis labefiat ab annis,
  Providet Aonii ſedula turba chori.
Doctrinæ eſt dum nunc in paucos prodiga tantæ,
  Quanta ejus graphicos eſt comitata typos.

Conradi Neobarii.

Καὶ σὺ τυπογραφικῆς μόλες ἂν ποτὶ πείρατα τέχνης,
  Εἴγε πρόσωρόν σοι μὴ πέρας ἦλθε βίου.
Ἀλλ' εἰ καὶ ἀτελεῖς τοὺς σοὺς προλέλοιπας ἀέθλους,
  Ἐσσί γ' ὅμως τελέου ἄξιος ἐσσὶ κλέους.
Οὐκ ἀπὸ γὰρ κάμνοντα μόρος σ' ἕλεν, ἀλλ' ἄρα μᾶλλον,
  Ὥσπερ ἀεθλητὴν, ἥρπασεν ἐκ σταδίου.

Ἐνθάδε Κονρᾶδος κεῖμαι, οὗ πολλὰ καμόντος
  Μάρτυρα τῶν καμάτων οὐ πόρεν ἔργα βίος.
Μάρτυς δ' ἐστὶν ἐμοὶ καμάτων μόρος. ἦ γὰρ ἐκεῖνος
  Τοὺς καμάτους βιότῳ συγκατέμαρψεν ἐμῷ.

Κύδιμος

Κύδιμος ἐκ καμάτων ἄλλοις βίος, οἱ δ' ἐμοὶ ἄεθλοι
Οἴχονται, θάνατον μοῦνον ἐφελκόμενοι.

Doctrinâ paucis, nulli pietate ſecundus,
Conradus fato hìc accelerante jacet.
Námque typographicæ labor hunc, labor improbus artis
Incolumem Muſis noluit eſſe diu.
Sed tandem, longo capitis comitante dolore,
Illum, Muſarum ſpem paritérque rapit.

Ludovici Tiletani.

ΚΑὶ ὅδε ταῖς Μούσαις φίλον ἦν κάρα, ὃς φιλεούσαις
Ἀντεφίλει, τούτων ἄξιον ἦθος ἔχων.
Ἀλλὰ τυπογραφικῆς λίπεν ὅσα πονήματα τέχνης,
Οὐκ ἄρα τῆς κείνου ἄξια εὐφυΐης.
Καὶ γὰρ ὑπὲρ δύναμιν τολμᾶν τι φοβούμενος ἔργον,
Οὐ μεγάτολμος ἔην οὐδέ γε κὰδ δύναμιν.

Notus & hic Muſis, charus fuit hic quoque Muſis,
Et dignus Muſis huic quoque candor erat.
Non ſat digna illis tamen hic monumenta reliquit,
Judicióve ſuo digna, vel ingenio.
Dum ſiquidem majora timet ne viribus auſit,
Auſus viribus eſt illa minora ſuis.

Joannis Oporini.

ΤΟῦ δὲ πόνοι μασσεῖα τετράχαπ μυριόβιβλα,
Ἐς γὰρ φῶς βίβλων ἤγαγε μυριάδας,
Ἀρχαίων καινοῦντε ὁμῶς, ἀγαθοῦντε κακοῦντε;
Πολλῶν θ' οἷς σκοπίη ἔπρεπεν, οὐχὶ φάος.
Οὐ μὴν οὐ σκαιὸς καὶ ἀγράμματος ἔσκε τυπωτής;
Κεῖνος γὰρ (φεῦ) λῷον, πάντα τυπῶν ἀκρίτως.

Hic dum librorum donat tot millia luce,
Poſcat ut his orbem bibliotheca novum.

Luce etiam dum dat nigris magè digna tenebris,
  Doctrinæ haud radis eſt, judicióve caret:
Sed cum delectu libros committere preſſis,
  Et cum judicio, judicat eſſe nefas.

Joannis Frobenii per Eraſm.

Arida Joannis tegit hic lapis oſſa Frobeni:
  Orbe viret toto neſcia fama mori.
Moribus hanc niveis meruit ſtudiiſque juvandis,
  Quæ nunc mœſta jacent, otba parente ſuo.
Rettulit, ornavit veterum monumenta Sophorum,
  Arte, manu, curis, ære, favore, fide.
Huic vitam in cœlis date numina juſta perennem:
  Per nos in terris fama perennis erit.

Ejuſdem in eundem Græcè.

ΩΔ' Ἰωάννης κεῖθ' ἐνθάδε τυπογράφος Φροβένιος.
  Οὐδὲν ἄλλῳ πλέον ὀφείλει τῶν λόγων σπουδάσματα.
Μὴ νεκρὸν θρηνεῖτε. ζῇ γὰρ, καὶ πνεύσων ἀεὶ,
Τῇτε ψυχῇ τῇτε φήμῃ, τοῖς τε βίβλων λειψάνοις.

Jodoci & Conradi Badii, Adriani Turnebi, Roberti Stephani, priùs; Gulielmi Morelii Epitaphia, poſtea invenies.

HENRICI

HENRICI STEPHANI

EPISTOLA,

Quâ ad multas multorum amicorum reſpondet, de ſuæ typographiæ ſtatu, nominatímque de ſuo Theſauro linguæ Græcæ. *In poſteriore autem ejus parte, quàm miſera ſit hoc tempore veterum ſcriptorum conditio, in quorundam typographorum prela incidentium, exponit.*

INveni tandem aliquando rationem quâ vobis ſimul omnibus, id eſt amantiſſimis veſtrûm omnium literis, unâ eâdemque operâ ſatisfaciam, & vel ruſticitatis vel arrogantiæ apud vos ſuſpicionem effugiam. Ad ea enim de quibus ſinguli ſcripſiſtis, quum ſingulis reſpondere per occupationes plurimas atque maximas mihi non licuerit antea, & multò etiam minùs liceat in præſentiâ, communem ſaltem ſcribendo epiſtolam, eámque unicuique veſtrûm mittendo, reſpondendi munere apud unumquenque defuncturum me puto. Sed quoniam de re quidem omnes eâdem, non idem tamen ſcribitis, literarum veſtrarum argumenta in quaſdam veluti claſſes diſtribuam, ad ea deinde ſigillatim reſponſurus.

Quidam igitur ex vobis, quis meæ ſit typographiæ ſtatus, aut certè quo in ſtatu ſint res meæ typographicæ, ſciſcitantur, ſummóque id cognoſcendi deſiderio ſe teneri ajunt: alii, quinam ad hunc uſque diem libri ex eâ prodierint, percontantur: alii (& ii quidem cæteris curioſiores) non de præteritis tantùm & præſentibus, ſed de futuris quoque laboribus me interrogant. Commune autem hoc veſtræ literæ habent, quòd multas de uno peculiariter libro, nimirum de Græcæ linguæ Theſauro, interrogationes continent.

Quod ad eos attinet qui ſciſcitantur quos officina mea dederit hactenus libros, iis pro me, meorum librorum index, quem cum hâc epiſtola mitto, reſponſum dabit. Percontantibus autem de ſtatu meæ typographiæ, non video quid potiùs reſpondere debeam, quàm eum, ut in rebus malis, (id eſt adverſis) eſſe bonum: contrà verò, ut in bonis rebus, (id eſt proſperis) eſſe malum. Sicut enim non friget mea typographia hôc tempore, ita etiam multum abeſt quin ferveat: præſertim ſi ejus fervor ex fervore deſiderii, quo verè hæreditario flagro, promovendi remp. literariam, æſtimandus ſit. Quum enim ſtudio curâque &diligentiâ

circa res bonis literis perutiles cæteris ſatisfaciam omnibus, ipſe mihi nequaquam ſatisfacio: ſed quotidie cum ſene illo Terentiano queribundus dico, Me, quantum operis faciam pœnitet. Lentè tamen feſtinando, ſcripta Plutarchi, ſimúlque Theſaurum Græcæ linguæ, (qui libri præcipui ſunt inter eos quos nunc ſub prelo habeo) tandem eò perduxi, ut brevì manum extremam editioni amborum impoſiturum me ſperem. Venio ad curioſiores illos, qui de futuris quoque laboribus me interrogant. Horum ego deſiderio eâ lege morem geram, ut quum de laboribus ad quos me primos accingo, & quos jampridem mente agito, certiores à me facti fuerint, me viciſſim ipſi de omni ope quam ſe mihi ad eos præſtare poſſe exiſtimant, certiorem primo quoque tempore faciant. Strabonis igitur opera cæteris hiſtoricorum monimentis partim à patre meo, partim à me editis, adjungere me ſtatuiſſe profiteor. Ad quorum emendatiorem editionem quamvis non pauca vetuſti codices adminicula ſubminiſtrent, plura tamen à me deſiderari non inficior. Præterea verò quoniam multi jam poetæ ex officinâ meâ prodierunt, de Athenæo etiam & Stobæo excudendis cogito, qui tam multa, tam elegantia, tam multorum poetarum fragmenta habent. Statui certè & quæcunque apud ullos alios autores extant, colligenda curare. Ad Ariſtophanem verò excudendum vel ipſe commentarius Græcus me impellet fortaſſe, in quo multa poſſe reconcinnari, atque ita longè utiliorem reddi exiſtimo. Antequam autem editionem ullius philoſophi aggrediar, Diogenis Lærtii de vitis ac ſectis philoſophorum libros edere decrevi, in quem tam multas caſtigationes habeo, ut non multò plures deſiderari debeant, fortaſſe autem nec inveniri queant. Lucianum etiam à me editum iri ſpero, ſcriptorem non tam depravatum quidem quàm plerique alii, depravatum tamen: ſed ex cujus lectione major quàm vulgus credat percipi poſſit utilitas. Ex grammaticis porrò ſcriptis noſtri temporis, Budæi Commentarios linguæ Græcæ, (quorum varii loci à me examinati fuerunt) & Eraſmi Adagiorum Chiliadas, cum meis animadverſionibus multò auctioribus, tradere prelo in animo jampridem habeo. Quanvis autem Græcos ſcriptores priùs recenſuerim, fortaſſe tamen eorum editio poſterior erit horum trium Latinorum editione, M. Tullii Ciceronis, Titi Livii, Plinii. Quibus Aulum Gellium, nec non Macrobium addere ſtatui. Jam verò quod ad mea ipſius ſcripta attinet, quem & olim pollicitus ſum De originibus mendorum librum, aliquando tandem & ipſum in lucem prodire ſinam. Poſtremò elaborata à patre & edita opera, quorum editiones cupio renovare, (ſed cum eâ & locupletatione & recognitione quæ ab eo ipſo expectanda fuiſſet, ſi vitam illi Deus prorogaſſet) ſunt hæc duo potiſſimùm, Theſaurus linguæ Latinæ, & Dicti-

onarium Latinogræcogallicum : in quo non vocabula tantùm Græca Latinis, ſed multa etiam loquendi genera Græca Latinis reſpondentia, adjungentur. Jam verò & Bibliorum editionem cum iiſdem quas ille excudit annotationibus, ſed recognitis, renovare conor : adjuncto quoque interpretationi Latinæ (quæ & ipſa recognoſcetur) Hebraico textu: fortaſſe autem & eâ verſione quæ vulgo LXX interpretum vocatur. Hæc ferè ſunt, viri chariſſimi, quibus proximos typographiæ meæ labores deſtinavi : quæ me vobis eâ lege recenſuiſſe memineritis, ut quamcunque ſymbolam ad eorum editionem conferre poteritis, eam mihi non denegetis, nequaquam certè ingrato futuro, ſed gratiam & verbis publicè habituro, & re quoque liberaliter relaturo. Eâ præterea lege, ut vires mihi à Deo Opt. Max, tantis oneribus ferendi pares precemini : &, ſi fortè remiſſiorem me factum audiatis, tanquam ἐθελοκάκῳ. ità urgeatis, ut interim de iis, quæ ultrò in literariam rempubl. co'laturum me polliceor, non tanquam creditores de pecuniâ appellare videamini.

NUNC VERO ut de meo Theſauro Græcæ linguæ aliquid dicam, poſcit is ordo, quem in recenſendis tenuî veſtrarum literarum argumentis. Quanvis enim extremam eî manum à me brevi impoſitum iri ſperem, (uti dixi) quoniam tamen vereor ne antequam ad colophonem veniam, variis literis de eo, ſicut antea, multa ſciſcitantibus reſpondere ſigillatim neceſſe ſit, & quantum illis ſcribendis impendam temporis, tantundem operis illius progreſſum remorari: præterea verò quoniam alios pleroſque eſſe ſcio, qui eadem cognoſcere, licèt non interrogent, ſummopere cupiunt : ſemel munere illo defungi, nec duos unâ fideliâ (ut eſt in proverbio) ſed multos parietes dealbare, commune omnibus reſponſum dando, operæ pretium fore exiſtimavi. Ut autem à rumoribus, quos de opere illo circumferri ſcio, initium ſumam:ſunt qui theſaurum linguæGrææ à me expectent, in quo Græcæ voces Græcis,non autem Latinis exponantur. Sunt contra, qui & expectent eum, in quo Latinis, ſicut in ſuperioris temporis lexicis Græcolatinis, exponantur, & non aliud ſibi quàm ejuſdem generis Lexicon, ſed multò locupletius polliceantur. Sunt denique qui, quod vocabula in meo Theſouro, longè alio quam alphabetico ordine digeſta eſſe audierint, quiſnam is eſſe poſſit, valde mirentur, ac ne iis duntaxat, qui in linguæ Græcæ cognitione veterani ſunt (ut ita loquar) non item tyronibus labor meus utilis futurus ſit, vereantur. En qualem à me Theſaurum plerique expectent : nunc qualis, expectandus ſit, (ſi modò dederit Deus ut uno eodemque laboris quaſi tenore in eo pergam) ſupereſt, ut vobis patefaciam.

Primùm igitur in opere illo Græca vocabula ubique Latinis reddi, alicubi & Græcis exponi dico : ſed quod in vulgatis lexicis

cis Græcolatinis fieri videmus, ut ad unius Græci vocabuli expoſitionem, quindecim, viginti, atque adeo triginta etiam alicubi vocabula ſerie continua ſubjungantur, id verò à me aut factum eſſe aut fieri debuiſſe nego. Nam etiamſi tot Latinis reddi Græcum unum poſſet, (quum ibi contrà quædam in magno illo numero ſint, quæ longè diverſam ſignificationem à vocis Græcæ ſignificatione, quædam etiam quæ contrariam habent) tamen quid hoc aliud eſſe quàm lectorem obruere indiſtinctâ & confuſâ ſignificationum varietate? Et quoniam de his diſſerere non prolatis exemplis, fuerit de re per ſe clarâ, tanquam obſcurâ, loqui, parúmque utilitati ſtudioſorum linguæ Græcæ, qui hæc legent, conſulere: non committam, ut ea invidiſſe, tanquam illorum progreſſibus ſimul invidens, dici poſſim: præſertim quum ad ea invenienda ſit duntaxat aperiendus liber. Ecce igitur verbum Βαίνω quod eo aperto primum in oculos incurrit, duas & viginti interpretationes continuâ ſerie ſubjunctas habens: videlicet, Vado, Sedatè gradior, Eo, Ire facio, Adeo, Provenio, Intro, Tendo, Ambulo, Ingredior, Inſiſto, Gradior, Accedo, Induco, Ineo, Supervenio, Incedo, Aſcendo, Aſcendere facio, Deſcendo, Amo, Adulor. Ex quibus interpretationibus pleræque aut falſæ ſunt, aut certè non ſatis aptæ: ſed etiamſi convenirent omnes, nonne ſigillatim potiùs, id eſt ſingulæ cum ſingulis exemplis collocandæ forent? Ego igitur in meo Theſauro linguæ Græcæ ita: Βαίνω, Fut. βήσομαι. Pr. βέβηκα, à Βάω. Aor. 2. ἔβην, à Βῆμι, Gradior, Incedo, Eo. ut. Hom. Il. ρ. Βῆ δὲ διὰ προμάχων. Et in quodam oraculo, Βαῖνε δίκης ἄσσον. μάλα τοι κακὸν ἀνδράσιν ὕβεις. In proſâ quoque hunc uſum habet: unde μεγάλα βαίνειν & ἁβρὰ βαίνειν, illud de inceſſu ſuperbo, hoc de inceſſu molli, &c. Hinc autem ad reliquos, quos habet iſtud verbum, uſus venio, ſigillatim de iis ibi diſſerens. Sed libet & aliud exemplum proferre Βάλλω ibi exponitur Mitto, Vulnero, Jaculor, Jacio, Inſector, Proſterno, Admolior, Fundo, as: Inceſſo, Ferio, Proruo, Impeto, Immitto, Statuo, Coniicio, Abiicio. At ego ita, Βάλλω, Jacio, Jaculor. Quod poſterius exiſtimo primæ & primariæ verbi βάλλω ſignificationi reſpondere. ut enim dicitur Jaculari ſaxa, Jaculari ferrum, Jaculari fulmen, & Jaculari aliquem ſaxis, ferro, fulmine: eodem modo, βάλλειν λίθον, & βάλλειν τινὰ λίθῳ dicunt Græci. Sed poſterior hæc conſtructio verbi βάλλω nihilo &c. Prolatis deinde utriuſque conſtructionis exemplis, tandem addo, Sciendum eſt autem, interdum βάλλω per ſe poni, ut Jaculor. Demonſth. Philipp. 3. κἂν μήπω βάλλῃ, μηδὲ τοξεύῃ Xenoph. Hellen. 2. ἠκόντιζον, ἔβαλλον. Sic & apud Thucydidem lib. 3. τοὺς ἐπιβοηθοῦντας καὶ κάτωθεν καὶ ἄνωθεν

ἕρχον βάλλοντες, Jaculantes, vel Miſſilibus petentes, &c. Βάλλω, Attingo, Ferio, Figo, Saucio, Hom. Il, ε,—— οὐδ' ἔβαλ' αὐτόν. ubi Euſtathius ſcribit, βάλλειν apertè pro ἐπιτυγχάνειν accipi. Sic & in ænigmate quodam Clearchi, quod ab eodem grammatico poſt Athenæum refertur, pag. 713, λίθῳ τε κοὐ λίθῳ βάλοι τε κοὐ βάλοι. ubi docet βάλοι priore loco eſſe pro ἀφήσοι, πέμψοι, ῥίψοι: at poſteriore pro οὐκ ἐπιτύχοι ſive οὐκ ἐπιτύχοι. Hôc autem ſenſu &c. Paulo poſt, At Βάλλω pro Ferio, Vulnero, Il. β Βεβλήκῃ &c. ‖ Βάλλω, Jacio, Projicio, ῥίπτω, ut Odyſſ. ι, Οὔτ' ἀνὰς βαλέειν, id eſt, ἀσκῶσας κατὰ βυθοῦ ῥίψαι, Euſt. Sic Il. β, —ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ, ſceptrum in terram projecit. id eſt, ἔῤῥιψε, ſeu κατέῤῥιψε. Et Il. α, Τὸν μὲν παρ' ποσὶ δ' ἐὸν χαμάδις βάλε. Paulo pòſt, Βάλλω autem pro Abjicio, ut βάλλειν τοὺς ὀδόντας, de quo vide in Πρωτόβολος. ‖ Βάλλω, Emitto, ut Hom. βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν. Sic Euripides Hippolyto, ——ἀπ' ὄσσων δ' οὐ θέμις βαλεῖν δάκρυ. Latini quoque non ſolùm Emittere lacrymas & Profundere, ſed & Projicere lacrymas interdum dicunt. ‖ Βάλλω, Immitto, Pono, Impono. Il. ρ, Παρθένῳ ἐν χείρεσσι βάλω καὶ Φέρτησι δίῃ. Et Il. η, κυνέην βάλε (omiſſâ præpoſ.) pro ἐν κυνέῃ ἔθετο, &c. ‖ Uſurpatur Βάλλειν pro Ponere in metaphoricis etiam loquendi generibus: ut apud eundem poetam Βάλλειν ἐν θυμῷ, ad verbum, Ponere in mente, pro Verſare in mente, ſeu In animo cogitare. ut Odyſſ. α. v. 201, 202,—— ὡς ἐνὶ θυμῷ Ἀθάνατοι βάλλουσι, καὶ ὡς τελέεσθαι οἴω. id eſt, ἐνθυμοῦνται uno verbo, ut ſcribit Euſtathius: addens etiam, βάλλειν ſignificare vel νοεῖν ἐπιτυχῶς, καὶ ὡς εἰπεῖν ἐπιβόλως, vel τιθέναι. Quam poſteriorem expoſitionem admitto, priorem, ut nimiùm ſubtilem atque adeo commentitiam, rejicio. Neque enim βάλλειν per ſe declarare poteſt νοεῖν, ſed junctum cum ἐν θυμῷ, aut ἐν φρεσί, aut alio hujuſmodi. ut ſi dicas ἐν τῷ ſeu ἐν νῷ βάλλειν, non dubium fuerit quin βάλλειν ſit ſimpliciter θεῖναι, quum habeamus factam indè vocem compoſitam νουθετεῖν. Quâ formâ dicuntur à Virgilio, Mente altâ repoſtum, &, Senſibus imis reponas. Cæterùm frequentiùs voce paſſivâ βάλλεσθαι utitur Homerus (ſi bene memini) quàm activâ, in hôc loquendi genere, &c. Nam cætera longum eſſet adſcribere, ideóque in id tempus reſervabo quo totum opus luce donabitur.

Quantopere autem fallantur qui non aliud à me quàm unum ex vulgatis illis lexicis, ſed multò locupletius expectant, vel ex duobus illis ques jam protuli locis, fieri conjectura poteſt. Verùm præterea is labor me indignus, & alienus à fidelitate paternâ, cujus vel maximè hæredem me à ſe relinqui exiſtimavit, (fidelitate inquam in iis quæ ad typographicam artem pertinent) faciam ut apertè intelligatis. Iis quæ circumferuntur lexicis Græcolatinis primam impoſuit manum monachus quidam, frater Joannes

annes Craſtonus, Placentinus, Carmelitanus: ſed quum is jejunis expoſitionibus (in quibus vernaculo etiam ſermone interdum, id eſt Italico, utitur) contentus fuiſſet, perfunctoriè item conſtructiones verborum indicaſſet, nullos autorum locos proferens, ex quibus illæ pariter & ſignificationes cognoſci poſſent, multi poſtea certatim multa hinc indè ſinè ullo delectu ac judicio excerpta inſeruerunt. Donec tandem indoctis typographis de augendâ lexicorum mole inter ſe certantibus, & præmia iis, qui id præſtarent, proponentibus, quæ jejunæ, & (ſit ità loqui licet) macilentæ antea erant expoſitiones, adeo pingues & craſſæ redditæ ſunt, ut in illis paſſim nihil aliud quàm Bœoticam ſuem agnoſcamus. Nam pauca ex Budæo, aliiſque idoneis autoribus, & ea quidem parum fideliter deſcripta, (utpote parum intellecta) multa contrà ex Lapo Florentino, Leonardo Aretino, aliiſque ejuſdem farinæ interpretibus (ut ſimiles haberent labra lactucas) in opus illud tranſtulerunt. Ex iis quidem certè locis, in quorum interpretatione felix fuit Laurentius Valla, pauciſſimos protulerunt: ſed pro perverſo ſuo judicio, perverſiſſimas quaſque ejus interpretationes (quales propè innumeras à me annotatas in Latinis Herodoti & Thucydidis editionibus videbis) delegerunt egregii illi Lexicorum ſeu conſarcinatores ſeu interpolatores, quibus, tanquam gemmis, illa inſignirent. Quòd ſi non quàm multa, ſed duntaxat quàm multorum generum errata ibi ſint, commemorare velim, meritò certè exclamabo, τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω; Vix enim ullum errati genus poſſe à nobis cogitari aut fingi exiſtimo, cujus ibi aliquod exemplum non extet. Quæ igitur frequentiora ſunt, indicaſſe ſatis fuerit. Quo in numero poni à nobis poterunt (ne longè abeamus) quæ in duobus illis, quos attuli paulò antè, habentur locis. Quis enim (ut cætera omittam) non dico, cognitione aliquâ linguæ Græcæ, ſed vel ſenſu communi præditus, non animadvertat, rationi minimè conſentaneum eſſe, ut unum idémque verbum βαίνω per ſe ac ſinè ullâ adjectione, & Aſcendo & Deſcendo ſignificare dicatur? Quod autem idem verbum exponitur Amo & Adulor, hujus tam inſolentis & abſurdæ expoſitionis occaſionem præbuit mendoſum in eo verbo Heſychii exemplar. Sed hæc non valde mirabitur (mirari certè non debebit) qui ibidem inveniet Αὐθαίρετος expoſitum Simplex, Verus, Manifeſtus, Brevis: & Ἡμιδαμὴς, Securi domitus: & Σωάινος, Laudis particeps: de quo dicam & infra, Imò verò ne hæc quidem valde mirabitur qui fœdiora etiam (ſi fœdiora eſſe ulla poſſunt ibi legerit: ea nimirum quibus vocabulo cuipiam planè contraria ſignificatio datur ei, quam habet. Ut quum Παραθαρσύνω, quod eſt Hortor, exponitur Dehortor: quum Ἀπαναισχυντῶ, quod eſt Inverecundè ſeu impudenter me gero, aut Impudentià

pudentiâ utor, exponitur ibi Verecundè facio. Quum Δίωξιν ποιέμϑυοι, quod eſt Perſequentes, exponitur Fugæ ſe mandantes. Sed quod non errati genus (utì dixi) in illis ſpectatur. Unius autem generis mentionem feci in iis, quæ præfatus ſum in meam editionem poetarum Græcorum: ità ſcribens, Verùm ex omnibus mendis, in quibus extirpandis laboravimus, nulla frequentiora ſunt in ſuperioribus editionibus, quàm quæ orta orta ſunt ex præpoſitionibus, quæ cum aliis vocibus incuriâ imperitiâque librariorum coaluerunt. Hinc certè factum eſt, ut Homero multa vocabula adſcribantur, (& quidem nonnulla in bellis etiam iſtis & tam pulchros titulos mentientibus Lexicis) quæ, ſi reviviſcat, non intellecturus, nedum pro ſuis agniturus ſit. Talia ſunt, Ε'πικτέρεα, & Ενάσπετον, & Υ'φίμερον, & Υ'πότερμος, & Υ'ποννηλεές, & Υ'πέμβρυον, & Πρειγάμμορε, & Καπαδέμνια, & Καταβυκολέοντο. & alia denique plurima. Hæc ego ibi. Sed his addi poſſe dico non pauca ex iiſdem Lexicis ſumpta, ut Επαπήνη, Currus: nato errore ex hoc verſu Homeri, Il. ω, Ζωὸ δ' ἔπαρϑι ἤειρεν ἐΰξεστὴν ἐπ' ἀπήνην. (aut certè ex alio quopiam verſu, in quo habetur itidem hoc nomen præcedente præpoſitione) Non dubito autem quin aliquis ex conſarcinatoribus lexicorum, inter ea vocabula, quibus ipſa locupletabit, adjecturus ſit etaim Υ'παπήνη pro curru itidem, ex iſto Homeri verſu, Od. ζ, Η'μιόνην δ' ὕπαγον, ζεῦξάν θ' ὑπ' ἀπήνῃ. Α'παπήνη, ex iſto loco, Od. η, ---οἵ ῥ' ἀπ' ἀπήνης Η'μιόνους ἔλυον. Errore equidem his omnino ſimili legitur in illis Ε'παύλειος factum ex ἐπ' αὐλείῃ, quod extat apud eundem poetam, Od. α. Στῆ δ' Ι'θάκης ἐνὶ δήμῳ, ἐπὶ προθύροις Ο'δυσῆος, Οὐδοῦ ἐπ' αὐλείου. Horum in numero ponendum & Πολυκέρδιον, ex illis ejuſdem poetæ locis, in quibus legitur πολὺ κέρδιον. ut Iliad. η, πολὺ κέρδιον εἴη. Et Il. ε, atque alibi, ἦτ' ἂν πολὺ κέρδιον ἦεν. Sed ne putemus eos ex ſolis Homeri verbis occaſionem arripuiſſe comminiſcendi nova hæc vocabula, ac novo more non lexica ſolùm, ſed linguam Græcam locupletandi: en tibi & alia multò magìs monſtroſa atque prodigioſa, quæ in iis leguntur: Πολωικῶ, & Α'βραδούλη, & Α'κονήλιθος, & Α'μφιθερμοπύλας, & Α'πυρωλεφοῦ, & Α'ρειγάτοχος, & Α'ναυλαπίοντες, & Σφιτεθλῶαι, & alia quæ longum omnia foret recenſere. Quòd ſi Homerus ſuperiora illa vocabula ex ſuis depravata intellecturus non eſſet, quid de his dicemus? an eſſe ejuſmodi quæ ille intelligere poſſet? Imo verò prodeant cum Homero Heſiodus & Orpheus, prodeat Theocritus, prodeat doctus Callimachus, prodeat mirus ille vocabulorum fabricator Nicander, prodeant denique quicunque olim extiterunt poetæ, & cum illis oratores, hiſtorici, quoſcunque denique in ullo genere ſcriptores habuit unquam Græcia: ad iſta vulgarium Lexicorum Græcolatinorum centies reconſarcinatorum vocabula obſtupeſcent, atque obmuteſcent.

mutefcent. Quid? annon magnæ hoc laudi dandum eſt illis reconſarcinatoribus quòd ſibi peculiaria quædam vocabula habeant, ad quæ intelligenda celeberrimis illis ſcriptoribus eorum ſchola petenda ſit? Quid? nónne optimè de linguâ Græcâ merentur, qui eam alioqui verborum inopem tam multis vocibus ditant? Verùm ut feriò potiùs de re feriâ loquar, addam unicuique harum vocum ſignificationem, quæ in Lexicis illis habetur: ſimú'que, quo ſit modo in unâquâque erratum, oſtendam. Prima vox eſt Πολυνικῶ, quæ ibi affertur ex Thucydide pro Longè vinco, Facilè ſupero. Errarum autem hìc ortum eſt ex adverbii πολὺ cum verbo νικῶ permiſtione, eodem prorſus pacto quo in illo πολυκέρδιον, cujus paulo antè memini, errarunt commiſcendo πολὺ cum κέρδιον. Secunda, Ἀβραδέλη, dicitur ſignificare Pellex, ſive Concubina. Natum eſt autem hoc vocabulum ex vocis ἄβρα expoſitione, confuſâ cum hâc ipſâ per errorem. quum enim Heſychius ἄβρα expoſuiſſet δέλη, id eſt Serva, & vox hæc ἄβρα & ejus expoſitio in unum conflatæ, novum hoc & inauditum ſeculis prioribus vocabulum fecerunt, ἀβραδέλη. Tertius datus fuit locus voci Ἀκονήλιθος, quæ exponitur Cos, coris. Originem autem vox iſta habet ex errore omnino ſimili ei qui in ſecundâ commiſſus eſt, nimirum in Ἀβραδέλη. eſt enim itidem ex nomine ἀκόνη, & λίθος, quod pro expoſitione ſubjungitur à Suidâ Quarto loco numerata fuit Ἀμφιθερμοπύλας, id eſt Apud Themopylas. perperam videlicet junctâ præpoſitione ἀμφὶ cum accuſativo Θερμοπύλας. Quinta eſt Ἀπυρωτεσφὴ, quam tradunt ſignificare Crudus cibus. Quâ in voce major quàm in proximè præcedentibus eſt depravatio: quum non ſolùm permiſta ſint duo vocabula in unum, ſed etiam mutata litera ο in ω, & omiſſa litera σ. Scribendum eſt enim ἄπυρος τροφή. Sexta eſt Ἀρειχάτοχος, quod exponitur ἐν τῷ ἄρει ἐνθυσιῶν, & affertur ex Euripide: perperam ſcriptum pro ἄρει κάτοχος. Septima eſt Ἀναυλατίοντες, quæ exponitur Sinè tibiis ſacrificantes: non ſolùm perperam confuſis duobus vocabulis in unum, ſed & perperam ſcripto τίοντες pro participio θύοντες. Non dubium eſt enim quin ex ἄναυλα θύοντες facta ſit vox illa. Octava eſt Σφιτεθλῶαι, quæ exponitur Conditam eſſe legem. In quâ expoſitione, ſicut & in ipſâ voce Græcâ, erratum eſt. quum ſit σφιτεθλῶαι pro σφὶ τεθλῶαι, id eſt Ipſis aut ſibi poſitum eſſe, ſeu poſitam. Sed ex illâ mendoſâ expoſitione conjicere poſſumus, in eo loco unde ſumpræ ſunt voces illæ σφὶ τεθλῶαι (quæ poſtea perperam conflatæ in unam fuerunt) ſcriptum fuiſſe νόμον σφὶ τεθλῶαι. Hæ nimirum ſunt illæ vulgarium lexicorum Græcol. divitiæ, tam raræ videlicet voces (ſi tamen quæ nuſquam extant, ac commentitia ſunt, ſeu potius orta ex errore in quem ignorantia impulit, rara vocari debent) & prorſus inauditæ compoſitionum formæ ac monſtroſæ,

(ut antea dixi) adeo quidem ut ex compoſitis illis vocibus quaſdam centauriformes appellare quis poſſit. Cujuſmodi alias ſi fingere liceat, non multum poſthac in locupletandis lexicis laborandum fuerit: ſi nimirum quælibet vox cum quâlibet putetur poſſe tali compoſitionis formâ coaleſcere. Sed audite, obſecro, quis animo meo ſæpe obverſetur metus. Metuo certè ne miſeri iſti *βαρβαρολεξικοπυῤῥαπτάδαι* & voces illas & alias quamplurimas, itidem commentitias aut quolibet modo mendoſas, quas ego relegavi, vel potiùs *ἐς κόρακας* amandavi, tanquam per incuriam à me prætermiſſas, in meum etiam illum Theſaurum intrudant. Quod quum accidet, idem prorſus mihi quod patri meo, Roberto Stephano, id eſt, idem meis quod ejus laboribus, uſuveniet. Quum enim ille Venetiis agens quandam officinam typographicam ingreſſus eſſet, in quâ excudebatur ejus Theſaurus Latinæ linguæ, ſumptâ in manus chartâ, oculos ſtatim in quoddam vocabulum conjecit, quod ſe olim rejeciſſe, dum opus illud conſtrueret, recordabatur. Miratus ergo, ſuum exemplar afferri ad ſe juſſit, quòd ſuæ memoriæ non omnino fidendum putaret. Ibi certè vocabulum illud non invenit, ſed margini adſcriptum, ut inſereretur, videt. Tunc eum cujus manu adſcriptum erat, convenire: & quo id conſilio feciſſet, interrogare. Hic verò non aliud reſpondere quàm ſe non vocabulum hoc ſolùm, ſed aliquot alia itidem adjeciſſe. Quæ quum patri meo oſtendiſſet, ea ipſa eſſe comperit quæ itidem olim rejecerat. Quâ ex re tanto dolore exarſit, ut continere ſe non potuerit, quin illum alióſque, qui ad ditandum præclaris hiſce divitiis Theſaurum operam ſuam itidem locarant, aſinos Arcadicos vocaret. Verùm hæc obiter. Quod ſi libeat ulteriùs in excutiendis illis Lexicis pergere, & aliud quodpiam erratorum genus, quod ſummam illorum conſarcinatorum reconſarcinatorúmque doctrinam teſtetur, in medium producere: de iis vocibus dicendum cenſeo, quæ commentitiæ quidem ſunt itidem, ex alio tamen erroris genere ortæ. Ibi igitur legimus, Ἀπόπημα, ατος, τὸ, Stercus. Quid hoc vocabuli eſt? (dicet quiſpiam paulò plùs in linguâ Græcâ quàm illi, verſatus) unde prodiit? Ego certè ejus orginem ſubodorari mihi videor. Solent noſtræ typographicæ operæ, quæ compoſitorum nomine vulgò appellantur, ſyncopis plerunque uti, nonnunquam contrà reduplicationibus, dum in propoſitum ſibi exemplar non ſatìs intentos oculos habent. Credibile eſt igitur quempiam ex *ἀποπάτημα* per ſyncopen feciſſe *ἀπόπημα*. Aliquem deinde ex illis Lexicorum interpolatoribus, incidentem in eum libri locum in quo *ἀποπάτημα* ſyncopen hanc paſſum erat, non arte grammaticâ, ſed arte typographicâ, (id eſt incuriâ ejus, qui hanc artem profitebatur) & mutatum in *ἀπόπημα*, nihil tale ſuſpicantem, & ſtercoris appel-

appellationes alioqui ſtudioſè colligentem, Lexicon ſuum ſtatim adiiſſe, & quum hanc ibi non inveniret, diligenter addidiſſe. Earundem certè operarum (typographicarum inquam) operâ aucta fuerunt illa Lexica pleriſque vocibus, in quibus α pro ε ponere libuit: ac præſertim pro ε præpoſitionis ἐπὶ, in quibuſdam compoſitis: habemus enim in illis Α'παναβαίνω,, Inſcendo, perperam ſcriptum pro Ε'παναβαίνω. & Α'πανορθόω, Emendo, Corrigo: incorrectè certè ſcriptum pro Ε'πανορθόω. & Α'παμφοτερίζω, Sum naturæ ancipitis, nihilo certè emendatius ſcriptum quàm præcedentia, pro Ε'παμφοτερίζω. & Α'παρήγω, Juvo, nec non Α'παρωγὸς, Opitulator, mendoſe pro Ε'παρήγω, & Ε'παρωγός. item Απάρατος, Execrabilis, Execrandus, corruptè pro Ε'πάρατος. Ne autem putemus, huic tantùm voculæ quæ ex præpoſitionum numero eſt, illos ſuum ε invidiſſe, ideóque in α mutaſſe: en tibi Α'πωνύμιος (vel potiùs Α'πωνύμιος, ut genuina illorum ſcriptura retineatur) pro Α'πωνύμιος. item Α'παλαιόθη pro Ε'παλαιόθη. & Α'παλλὰξ pro Ε'παλλάξ. necnon Α'χάσιαδης pro Ἀχίσιαδης. Ut autem præpoſitioni illi ἐπὶ ſuum ε invidentes, in α mutarunt, ſic & præpoſitioni ἀπὸ ſuum ο invidiſſe videntur: quippe quod in α itidem mutandum cenſuerint in quibuſdam compoſitis: quorum unum eſt Α'ποκρέομαι. pro hôc enim ibi legitur Α'πακρέομαι, in eo quidem loco ubi poſt Απακειβόω ponitur. Viciſſim tamen alicubi irati literæ α, eam ſuis è ſedibus extruſerunt, & ο in eas impoſuerunt: ut quum Α'πομυύω pro Α'παμύνω ſcripſerunt. Sed quæ literæ aliæ pro aliis (ut tandem finem dicendi de hôc erratorum genere faciam) in lexicis illis poſitæ non fuerunt? Ibi eſt Διατὺς pro Διαδὺς, & quidem exemplo etiam confirmatum ſcilicet: διατὺς τὴν δίκην. Ibi legitur Α'θηρέγλωσσος, cum η, manifeſto quidem errore pro Α'θυρέγλωσσος, ſed cum expoſitione ei non conveniente. exponitur enim Eloquens. In iiſdem extat Συνεχμάλωτος, quod itidem mendoſè ſcriptum eſſe liquet, pro Συναιχμάλωτος, ſed operæpretium eſt animadvertere quantum auctus ſit hic error, derivationem quæ mendoſæ ſcripturæ congrueret, comminiſcendo. Poſtquam enim Συναιχμάλωτος expoſitum fuit Concaptivus: additur, ab ἔχμα quod vinculum ſignificat. Quum alioqui notiſſimum ſit αἰχμάλωτος dici quaſi αἰχμῇ ἁλωτός: & ab illo eſſe συναιχμάλωτος, præfixâ præpoſitione σύν. Quid, quòd etiam ε quod ex incremento erat, præſenti, necnon verbali nomini datum fuit? veluti ubi Κατεσκευάζω dicitur ſignificare Paro, Gero, Ædifico: & Κατεσκεύασμα, Ædificium, quum vel pueri ſciant præſens ſeu thema eſſe Κατασκευάζω (unde κατεσκεύαζον & κατεσκεύακα &c.) & verbale itidem Κατασκεύασμα. Sed hoc tamen falſum thema multò propiùs abeſt à vero, quàm alia quædam quæ in iiſdem occurrunt:

us

ut: Ἐπαληθέω, ῶ, Fut. ήσω, Divagor, Oberro ἐπαληθεὶς ἄστεα, Per urbes vagatus, errans. πλανηθεὶς, Jactatus, Hom. Multò, inquam, propiùs abeſt à vero illud thema Κατισχάζω quàm hoc, quum in illo una litera mutata verum thema efficiat: contrà autem non ſinè magnâ mutatione ex falſo themate Ἐπαληθέω, facere poſſis verum Ἐπαλάομαι. Idem dicendum & de Διαπαρίνημι, pro Διαπείρω, ſeu potius Διαπείρομαι. In iiſdem enim Lexicis Διαπαρεὶς, Transfixus, Trajectus, dicitur eſſe à themate Διαπαρίνημι: quum eſſe à Διαπείρομαι ii ſoli ignorare poſſint, qui eâdem, quâ illi Lexicorum conſarcinatores, ignorantiâ laborant. Idem denique dicendum & de participio Διαδεδρακότα, cui dant thema Διαδεδράσκω. Hæc enim ibi habentur totidem verbis, Διαδιδράσκω, ἀποδιδράσκω, Diffugio, Aufugio, Evito, Effugio, Elabor, διαδεδρακότα χρόνα, Decurſa ætas, Politianus. διαδεδρακυίας τ νυκτὸς, Nocte exactâ. Hæc autem tam fœda ignoratio thematum in his verbis, facit, ut minùs mirer eam, quæ ibi eſt, permiſtionem compoſitorum, quæ ſunt à themate εἶμι, cum iis quibus thema eſt ἵημι. Adeo quidem ut etiam ſcriptum ſit, Παρίημι videri duplicem habere derivationem: nimirum vel à παρὰ & εἶμι, vel à παρὰ & ἵημι: quum contrà ex παρὰ & εἶμι fiat πάρειμι, non παρίημι. Quàm boni autem thematum in quibuſdam verbis, tam boni nominativorum in quibuſdam nominibus fuerunt. Verùm ut ad commentitia verba revertar, in iiſdem Lexicis inveniri dico Παραπλάσιος pro Πολλαπλάσιος, & Ἀπελίμπαρος pro Ἀπολιμπανόμενος. Hæc autem, ſicut & præcedentia, aliàque quamplurima, non ita poſita ſunt, ut errores typographici vocari poſſint, id eſt operarum typographicarum: quum habeantur ſeorſim, & ſuo in loco, ſequendo ordinem alphabeticum: qui in illis non obſervaretur, niſi mendoſè, ut ſcripta ſunt, ſcriberentur. (quum tamen alioqui habentia alteram etiam ſcripturam alibi ponantur) Præterea verò non in prioribus tantùm Lexicis hæc verba, ſed & in poſterioribus, atque adeo in omnium noviſſimo legi ſciendum eſt. Quo magìs vereor ne hæc, ſicut & illa monſtroſæ cujuſdam formæ compoſita, quorum antea memini, aliquando in meum etiam Theſaurum intrudantur. Sed magnam illi hàc in re factum iri injuriam, hæc ſaltem epiſtola teſtabitur. Hoc certè affirmare poſſum, ſi omnia omnis generis errata, quæ ibi ſunt, colligere velim, ſicut præcedentia collegi, libro tantæ molis, quantæ meus Theſaurus futurus eſt, haud comprehenſum iri. Nam, & loci ſcriptorum infideliter ſæpe citantur, infidelius autem exponuntur. Quin etiam ipſa eorum nomina interdum depravata ſunt. Sed (quod multò majoris momenti eſt) verba, quibus Græci lexicographi ad vocabuli alicujus expoſitionem uſi ſunt, duas pluréſve ſignificationes habentibus, præpoſterè interpretantur,

terpretantur, & in alium omnino ſenſum quàm ipſi intellexerint. Et quod fœdius eſt, etiam Latinæ Budæi expoſitiones ſæpe aut non fideliter deſcriptæ, aut non ſuo loco poſitæ, nec ei verbo datæ, cui eas ille tribuit. Ad locos infideliter citatos quod attinet, multis id modis fieri dico. interdum enim depravati afferuntur, nonnumquam perperam truncati, interdum duo in unum confuſi. Truncati, ut in Ἐπιβάλλω, ex Plutar. Apophth. ὡς ἐπιβάλλων τῇ βοιωταρχίᾳ &c. nam ut ſignificatio pariter & conſtructio cognoſci poſſet, addenda fuerunt hæc verba, παρὰ τὸν νόμον τέσσαρας μῆνας. Duos autem locos in unum confuſos habes in verbo Παρακολουθῶ. ibi enim affertur ex Luciani Anacharſide, ἡ δὲ παρακολουθοῦσα τούτοις δόξα τοῦ παντὸς ἀξία τοῖς νενικηκόσι, ἐνίους γὰρ καὶ παρακολουθεῖν ἀναστρέψαντας. Hæc enim ἐνίους γὰρ, &c. hujus loci non ſunt. Quum apud Lucianum poſt νενικηκόσι, ſequantur hæc verba, ὥσπερ εἴ τις καὶ λακτίζειν καλῶς ἔχει τοῖς θηρωμένοις τὴν εὔκλειαν ἐκ τῶν πόνων. οὐ γὰρ ἀπονητὶ περιγένοιτο ἂν αὐτῇ. ἀλλὰ χρὴ, &c. Quidam præterea afferuntur à re, de quâ agitur, alieni omnino, & quibus nihil minus quàm ea ſignificatio aut conſtructio, quæ confirmanda eſt, confirmatur: quum videlicet caſus, quem cum uno verbo jungi putant, jungatur cum altero. (Omitto verba Latina aut etiam loquendi genera quæ ex probatis quidem aut etiam primariis Latinæ linguæ ſcriptoribus petita ſunt, ſed valde alium apud eos habentia uſum, quàm ſit is, qui ipſis datur, ut reſpondere his vel illis Græcis vocabulis aut loquendi generibus poſſint) Quinetiam non unus invenitur locus ex quopiam Græco ſcriptore allatus, in quo vox, de quâ agitur, & propter quam is affertur, illa ipſa deſideratur. Peccatur autem & alio modo in proferendis autorum locis, quum nimirum mendoſa lectio, quæ affertur, ea eſt, cujus autoritate ad probandum quidpiam nituntur. Quod in locis Græcorum ſæpe contingit. ut in nomine Εὐδιαίρετος, dicitur eo ſignificari Facilè ſciſſilis, Citiſſimè penetrans, Pellucidus, Qui facilè aperitur, Qui facilè dividitur. Quibus additur, εὐδιαίρετος ἄνεμος, Xenoph. Ventus apertus. Extat autem is unde hæc petita ſunt, locus, Hellen. libro 1. pag, 262. meæ editionis, circa finem: verùm ibi εὐδιαίτερος non εὐδιαίρετος habetur. Ita enim legitur, Κόνων δὲ καθελκύσας τὰς ναῦς, ἐπεὶ οἵ τε πολέμιοι ἀποδεδράκεσαν, καὶ ὁ ἄνεμος εὐδιαίτερος ἦν, ἀπαντήσας τοῖς Ἀθηναίοις, &c. Fateor tamen quædam exemplaria habere εὐδιαίρετος: ſed qui vel minimo præditus judicio fuiſſet, alteram illam lectionem ſequendam eſſe, facilè animadvertiſſet: præſertim quum & multorum veterum exemplarium autoritate confirmetur, & eaſdem ſervet literas, alio tantùm ordine eas collocatas habens: quinetiam bene cum re, de quâ agitur, conveniat, ut cuivis manifeſtum

eſſe

eſſe poteſt, eſt enim ab ἀΐδια. Idem porrò dicendum & de iſto Herodoti loco quem Lexica illa in nomine Εὐαγὴς proferunt, ἀιαγέϊ πνεύματι χρησάμενος, pro Secundo vento uſus. Nec enim dubium eſt, quin veterum codicum lectionem ſequi debeamus, in quibus ἀιαεῖ habetur, ab ἀιαὴς. quod eſt ab ἄω, ſignificante Flo, Spiro. Locus eſt in Euterpe, ἀιαεῖτε πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάσση λείῃ. Quòd ſi hanc lectionem non haberemus, tunc aliqua fortaſſe ejuſmodi interpretatio nominis ἀιαγέϊ ibi excogitari poſſet, qualem attuli in Theſauro. Cæterùm non in Græcorum tantùm ſcriptorum locis interdum lectiones mendoſæ afferuntur, (& quidem mendoſæ in eo ipſo vocabulo do quo agitur) ſed in Latinorum quoque nonnullis: atque adeo commentitiæ etiam fortaſſe. ut in Κῆπος noviſſima editio, poſtquam tradidit κῆπον eſſe etiam τὸ ἐφήβαιον τῶν γυναικῶν, Heſychio: pectinem, muliebrémque pubem, inguina & verenda mulierum: (hìc enim ſcilicet oſtentandæ erant Latinæ linguæ opes) Quibus ſubjungit apud Diogenem Laertium, Stilponem negare Minervam deum eſſe, quia fœmina eſſet. Quem ita iriſiſſe Theodorum Cyreniacum, πόθεν δ' οὖν τοῦτ' ᾔδει Στίλπων: ἢ ἀνασύρας αὐτῆς τὸν κῆπον ἐθεάσατο; an retectâ & ſublatâ veſte ejus hortum contemplatus eſt? his addit, Hortum enim in hâc ſignificatione honeſtâ metaphorâ (ut & genitale arvum Virgilius) uſurpavit Ovidius in Metamorphoſi, Fœmineos hortos in olentes vertere menthas Perſephonæ licuit. Atqui hôc in loco non vocem hortos, ſed vocem artus præter Aldinam editionem (quæ emendatior eſt quàm alia cujuſquam poetæ ab eo profecta) aliæ quæ apud me ſunt plurimæ, necnon vetus exemplar ſcriptum habent. Et ſeu quis lectionem illam ſomniarit, ſeu ex codice quopiam ſumpſerit, non ſolùm fœtidam hôc in loco, ſed ab eo etiam alienam eſſe, nemo, niſi qui judicio careat, negarit: ſi quidem quâ de re agatur, expenderit. Aliqua verò afferuntur ex authoribus, quæ apud eos quidem inveniuntur, ſed quovis potiùs quàm eò pertinentia, quo pertinere dicuntur, & in alium omnino ſenſum ab autoribus ſcripta. Cujus erroris & paulo antè mentionem obiter feci. Exemplum autem ejus habemus in vocabulo Αὐτόματος. quum enim Gell. in fine capitis 1, lib. 13. ſcripſiſſet, Quod Cicero fatum atque naturam videtur dixiſſe, id multo antè Demoſthenes τὴν πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellavit. αὐτόματος enim θάνατος quaſi naturalis & fatalis, nullâ extrinſecus vi coactus venit. Quum, inquam, his verbis Gellius primum libri 13. caput clauſiſſet, interpretationem hanc quæ ab illo tribuitur nomini αὐτόματος juncto cum θάνατος, (quæ vox mortem ſignificat) vulg. lexicorum conſarcinatores huic ipſi nomini tribuerunt, dicto de convivâ Allato enim hôc verſu Homeri ex Iliad. β, Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,

ſubjungitu

ſubjungitur *ἄκλητος*: deinde, quaſi naturalis & fatalis, quíque nullâ extrinſecus vi coactus venit, autore Gellio. Quod erratum adeo monſtroſum eſt (quis enim, niſi qui communi ſenſu omnino aut etiam ſanâ mente deſtirutus ſit, non animadvertat abſurdè dici de convivâ, eum eſſe naturalem & fatalem, & nullâ vi extrinſecus coactum venire?) ut vix meis ipſe oculis illud intuentibus credam. Nec verò contenti fuerunt, quos proferunt autorum locos modis omnibus depravare, decurtare & mutilare, duos in unum confundere, quæ ab iis dicuntur, in alium omnino uſum convertere, aut in alium prorſus ſenſum interpretari quàm eum quo ſcripta ſunt: ſed eò audaciæ proruperunt, ut quædam etiam illis auderent affingere. Cujus audaciæ exemplum habemus in *Ἀνέρικτος*. Ibi enim affertur ex Lucianicâ Alc. *ἀνέρικτος ἀνθρώποις ἐστὶν οὐρανός.* quum tamen illa ibi non legantur, ſed iſta. *ἐπεὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν πόσῳ τινὶ σαυτοῦ δοκεῖς εἶναι μείζω: Φράσαις ἄν; Χ. Τίς δ' ἀνθρώπων ὦ Σώκρατες δύναιτ' ἂν ἢ ὀνομάσαι τι τῶν τοιούτων; οὐδὲ γὰρ εἰπεῖν ἐφικτόν.* hæc autem verba quàm pulchrè & quàm fideliter in illam epitomen redacta ſint, veſtrum eſto judicium. Hic certè Lexici locus, ut multos alios ejuſdem audaciæ ſuſpectos habeam, facit. Verſio ad id, quod multò majoris momenti eſſe dixi, nimirum ubi verba, quibus Græci lexicopraphi ad vocabuli alicujus expoſitionem uſi ſunt, binas pluréſve ſignificationes habentia, præpoſterè interpretantur, & in alium omnino ſenſum quàm illi intellexerint. Cujus errati exemplum habemus in *Σωώαινος*, cujus antea mentionem feci, quum falſarum ſignificationum exempla proferrem. In illis enim *Σωώαινος* redditur, Laudis particeps. Unde autem orta eſt falſa iſta interpretatio? Ex Heſychii expoſitione, cui *σωώαινος* eſt *ὁμόδοξος*. Quum enim *ὁμόδοξος* (utpote à *δόξα*, quod non ſolùm opinionem ſeu ſententiam ſignificat, ſed etiam gloriam) exiſtimarent debere ſignificare Laudis particeps, de alterâ illâ nominis *δόξα* ſignificatione nihil cogitantes, præclaram illam interpretationem tribuerunt nomini *σωώαινος*: quum alioqui debuiſſant interpretari, Qui ejuſdem eſt opinionis, Qui idem ſentit, Qui aſſentitur. ſicut *Συναινεῖν* eſt Aſſentiri. Libet autem duo non minùs inſignia hujus erroris exempla proferre, à me annotata in verbo *Ἀνήκω*. Ità enim ego ibi: Apud Thucydidem autem *ἀνήκουσι* vulgò exponitur Rediguntur, in hôc loco libr. 3, *εἰς τὸν θάνατον αἱ πολλαὶ ἀνήκουσι.* ubi tamen ſcholiaſt. exponit *ἀνέρχονται*. At Suidas, quum dicit *ἀνήκουσι* poni à Thucydide pro *τελευτῶσι, λήγουσι*, non dubito quin de illo ſimilíve ejus loco intellexerit. Sed vulgarium lexicorum conſarcinatores, imperitiſſimi & ineptiſſimi, & ſtivâ vel flagris potiùs digniſſimi homines, quum Suidas dicit *τελευτῶσι*, putarunt eum accipere pro *τελευτῶσι τὸν βίον*, Moriuntur, (non animadvertentes

vertentes ſubjungi ab eo λήγουσι) atque ità ſcripſerunt, Ἀνήκουσι pro Decedunt, Moriuntur, apud Thucydidem. Itidem quum tradat Suidas à Demoſthene ἀνήκοντος ſumi pro διαφέροντος, ſcripſerunt illi Demoſthenem ἀνήκοντες pro Excellentes dixiſſe. (quaſi verò διαφέρει ſignificet duntaxat Excellere) eum tamen Demoſthenis locum in exemplum attulerunt, in quo ipſe Suidas ἀνήκοντες dicit ſignificare ἀνελθόντες. Is eſt, quem antea citavi, τῷ μὲν ἐν τῷ λέγειν δυνάμεως οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον ἀνήκοντες. Hactenus quæ in Theſauro ſcripſi huc pertinentia. Fœdiùs autem peccarunt in eo, quòd plerumque ne Latinas quidem Budæi expoſitiones fideliter deſcripſerunt; nec ſuo loco poſuerunt, eíque verbo non dederunt, cui ille eas tribuerat. Cujus peccati exemplum vobis ſuppeditabit vocabulum Ἀνυπόστατος. Ibi inter alia ſignificare dicitur Sedimentum, & Quod ex urinâ ſubſidit. Quæ expoſitio ſumpta quidem eſt ex Budæo, ſed eam tribuente nomini Ὑπόστημα, non autem nomini Ἀνυπόστατος, ut videbis Comm. pag. 497. editionis patris mei. quum enim Budæus de Ὑπόστημα loqui cœpiſſet, dicens poni pro hypoſtaſi, & interjeciſſet aliqua de Ἀνυπόστατος, revertens ad nomen illud Ὑπόστημα, addidit, ſignificare etiam Sedimentum, & Quod ex urinâ ſubſidit. Sed fingamus, tale quid apud Budæum aliúmve legi de Ἀνυπόστατος, nonne hoc aut librario aut typographo imputandum eſſet? Quis non videat, ἀνυπόστατος, quod & adjectivum eſt, & præfixum habet α privativum, non poſſe Sedimentum ſignificare? Huic ſimilis commiſſus eſt error in voce Αὐλαῖον, & quidem in excerpendâ ex Budæo itidem expoſitione. Quum enim ſcripſiſſet in ſuo Lexico Budæus, Αὐλὴ apud Athenæum p. 242. pro triclinio prægrandi, id eſt œco, in quo nuptiæ in regiâ celebrabantur. hodie ſallam dicimus. Quum inquam hæc ibi ſcripſiſſet, & vocem Αὐλαία illi alteri proximè ſubjunxiſſet cum expoſ. Heſychii, quiſpiam ex conſarcinatoribus Lexicorum, cui aliquid indè excerpendi cura demandata erat, quæ à Budæo pro expoſitione nominis Αὐλὴ dicta erant, ad expoſitionem nominis Αὐλαία pertinere putavit, atque adeo ſuo judicio utens, huic non illi eam tribuit, ſed decurtatam: ut ibi videbis. Hoc autem indè contingit (nam & hoc craſſæ ignorantiæ ſpecimen ſilentio prætereundum non eſt) quòd Budæus inter hæc verba Triclinio prægrandi, & illud OEco, interjeciſſet notam quandam habentem punctum duabus tranſverſis lineolis intercluſum, quâ ſignificabat Id eſt: ut certè pleriſque hic eſt ejus uſus. Verùm hoc à me velut obiter dictum eſto. libet autem, quandoquidem in mentionem hujus nominis αὐλαία incidi, quis præterea circa ipſum commiſſus ſit error, admonere, alióſque item ejuſdem generis (licèt diverſi à proximè præcedentibus) ei adjungere. Quum αὐλαία Græci dicant fœminino genere,

Latini

Latini autem Aulæum potiùs neutro, (ſicut in aliis pleriſque vocibus, quas hi ab illis mutuati ſunt, idem genus non retinuerunt) ideóque Bud. Annot. poſt. in Pand. Latinis ſcripſiſſet literis pluralem numerum Aulæa, (afferens alioqui & Curtii locum, in quo aulæam dixit) illi diverſas illas in diverſis linguis nominis hujus terminationes confundentes, ſcripſerunt, Αὐλαῖον, Stragula, Plagæ, Velum picturis intertextis variegatum, παραπέτασμα, πείρωμα, τάπης. quibus falſo nomen Budæi tanquam teſtis ſubjunxerunt. (Sed eâdem operâ addam quid miſeræ huic voci præterea contigerit, licèt alio errati genere, & potiùs referendo ad quandam eorum quæ ſuprà commemorata fuerunt, claſſem. Quum ſcripſiſſet Heſychius, Αἱ αὐλαῖαι, τὰ καταλύμματα, ſed fortè à typographo omiſſus fuiſſet apex ſpiritûs index, qui primæ nominis αυλαῖα ſyllabæ ſuperponendus erat, unam illi vocem ex nomine & ejus articulo ei præfixo facientes, Αἰαυλαῖαι ſcripſerunt, & expoſuerunt, Opercula, καταλύμματα) Ut porrò in voce Αὐλαῖον peccatum eſt ab iſtis Lexicorum conſarcinatoribus, in eo quòd vocabulum Græcum legi Latinæ voluerunt ſubjicere, ſic & alibi idem feciſſe comperiuntur. ut quum pro αἰχμάλωτα ſcripſerunt, αἰχμάλωται, volentes videlicet αἰχμάλωται convenire cum nomine Latino Haſtæ, quod fœmininum eſt: quum alioqui Græci αἰχμάλωτα ſcripſerint, ad ſuum nomen δόρατα, ſeu ὅπλα, quæ neutra ſunt, accomodantes, & de Latinâ illâ nihil penſi habentes: ídque meritó. (Neque tamen errore hôc contenti fuerunt, ſed vocem alio inſuper modo corruperunt, αἰχμάλαι pro ſuo illo αἰχμάλωται ſcribentes) Itidem, verò quum apud Pollucem legatur Θήειος αὐλὸς, (niſi fortè Θήρειος potiùs legendum exiſtimemus) boni illi viri ex maſculino Θήειος fecerunt fœmininum Θηεία, ut conveniret non cum αὐλὸς, ſed cum Tibia, quod Latinis id ſonat quod Græcis αὐλός. Imò verò graviùs etiam peccarunt: quippe qui Θηεία per ſe quoque ſignificare tradiderint tibiam ex hinnulorum oſſibus. Verumenimvere quamvis ego non ſingula errata, (quod & infiniti laboris eſſet, & librum immenſæ molis requireret) ſed ſingulorum duntaxat generum, vel potiùs eorum quæ in his ſunt præcipua, paucula exempla colligere velim, vel horum numero me obrui ſentio. Quare duobus duntaxat generibus præterea enumeratis, finem huic tam moleſto ac tædioſo ſermoni imponere ſtatui, cætera aut alii, aut mihi ipſi in aliud tempus reſervans: ſi tamen à magis ſeriis, quod huic rei impendere poſſim, ſuperſit. Quinam igitur ſunt lapſus illi? Activa pro paſſivis, & viciſſim paſſiva pro activis pleriſque in locis poſita. Quantâ enim licentiâ in hiſce confundendis uſi fuerint, vel indè patet quòd Græcis etiam lexicographis ſua activa in paſſiva, aut paſſiva viciſſim in activa commutaverint. In quodam

autem

autem loco cujus recordor, ulteriùs etiam progreſſa eſt illa ſive licentia, ſive vecordia. quum enim Heſychius ſcripſiſſet Ἐπιδικάζομαι, & expoſuiſſet ἀντιποιοῦμαι, itidémque Suidas ἐπιδικάζεται expoſuiſſet ἀντιποιεῖται, illi Ἐπιδικάζω activâ, non paſſivâ, voce ſcripſerunt: deinde ut Heſychii & Suidæ expoſitionem accommodare illi poſſent, vocem quoque quam ei adhibuerant, ex paſſivâ activam fecerunt, ſcribentes ἀντιποιῶ. quaſi verò ut paſſiva vox ποιοῦμαι, multos uſus ſibi peculiares habet, ità etiam ejus compoſita ſuos non habeant, præſertim verò illud ἀντιποιοῦμαι. Alterum autem errati genus de quo verba facere inſtitui, eſt earum vocum, quarum ſcriptura aliquid dialecto cuipiam peculiare habet cum iis, quæ communis linguæ ſunt permiſtio. Contingit autem hæc in iis potiſſimum, quæ ex dialecto Ionicâ petitæ ſunt, utpote quarum major ſit numerus. veluti quum μετιέναι quod eſt apud Herodotum pro μεθιέναι à μεθίημι (ex Jonicæ linguæ proprietate uſurpantis tenuem τ pro aſpiratâ θ) dicitur eſſe à μέτειμαι. Sic quum διαθέωνται, quod eſt Jonicè itidem ſcriptum pro διαθῶνται, à themate διατίθεμαι, dicitur habere thema διαθέω. Hic finem facturus eram, (ut modò pollicebar) niſi calamum è manu deponens, recordatus fuiſſem mendi cujuſdam inter ridicula maximè ridiculi, inter inepta ineptiſſimi vel potiùs inter monſtroſa monſtroſiſſimi: de quo admoniti iſti Lexicorum conſarcinatores ac locupletatores, ſi & Metamorphoſin Ovidianam locupletare velint, aliquid jam paratæ materiæ habebunt. Eſt enim in eo, de quo loquor, vocabulo mira quædam facta Metamorphoſis, ex eâ videlicet parte orationis, quæ Verbum à grammaticis appellatur, in eam quæ Nomen ab iiſdem vocatur, nimirum ex Verbo Κυμαίνω, κυμαίνεις, in Nomen Κυμῆνα. Quoniam autem rem, quæ multorum fidem ſuperatura ſit, narrare me ſcio, totum locum in quo pulchram illa Metamorphoſin habemus, proferendum cenſeo. Hæc ſunt igitur illorum verba, Κυμῆνα, vocabulum caſtrenſe, ad ſignificandam militum ſeriem fluctuum inſtar gradientem. Arrianus in expeditione Alexandri, ἦγε βάδην, τοῦ μὴ διασπασθῆναί τι ἐν τῇ ξυντονωτέρᾳ πορείᾳ κυμῆναν τῆς φάλαγγος, ne phalangis undatim incedens ſeries aliquâ ex parte divelleretur. Hanc fluctuantem ſeriem intelligit Virgilius in Georgicis, ubi, Ut ſæpe ingenti bello quum longa cohortes Explicuit legio, & campo ſtetit agmen aperto, Directæque acies ac lato fluctuat omnis Aere renidenti tellus. Atqui κυμῆναν participium aoriſti temporis à κυμαίνω, non autem nomen accuſ. caſûs, à nominativo κυμῆνα, vel hæc docuiſſe debuerant quæ à Budæo traduntur in Græcæ linguæ commentariis, Κυμαίνω. κυμαίνομαι. Plut. de acie fluctuante, τῆς δ' ὑφ' αὑτὸν στρατείας ἰδὼν τὸ πλεῖστον οὐκ ἀτρεμοῦν ὑπ' ἀπειρίας καὶ θορυβούμενον. Affert exemplum & compoſiti

verbi

verbi ἐκκυμαίνω, eandem habentis ſignificationem apud Xenoph. ἀναβ. I. ὡς δ' ἐξεκύμαινέ τι τῆς φάλαγγος τὸ ἐπιλειπόμενον, ἤρξατο δρόμῳ θεῖν. Quòd ſi itidem aut participio ἐκκυμῆναν, aut infinitivo ἐκκυμῆναι uſus hic eſſet Xenophon, magnum certè & huic loco ab illis conſarcinatoribus periculum impendebat, nevidelicet ei ſuum verbum itidem rapientes, in nomen ἐκκυμῆνα converterent. Sed quid ego hîc de conſarcinatoribus loquor? præclaræ illius Metamorphoſis totam laudem, quantacunque eſt, unus ſibi conſarcinator vendicat, is nimirum cui adſcribitur noviſſimæ editionis conſarcinatio atque locupletatio. Ea inquam illi ſoli debetur, quam tamen ego paulo antè cum aliis cum communicare volui. Sed ignoſcat mihi, rogo: non enim id à me malevolo animo & debitâ eum laude fraudandi cupido factum eſt, ſed memoriæ in colligendis tam multis hujuſcemodi gemmis occupatæ culpa. Quid ſi verò potiùs ſuum is erratum animadvertens (dicere autem ſuperſedeo quàm bene interpretatus ſit vocem illam ſuam verbinominem, aut nominiverbem, ut in novâ barbarâque grammaticâ novis barbariſque verbis utar) ut ſibi ignoſcatur petat, ac dicat, ſi quidem in κυμαίνω aut aliud tempus ſervans αι incidiſſet, nequaquam ſe fuiſſe erraturum: ſed illud κυμῆναι in errorem eum impuliſſe, ob affinitatem quam cum formâ nominis habet: quid illi reſpondendum fuerit? Ad me certè quod attinet, non habeo quid reſpondeam potiùs quàm Horatiana iſta, (ſi modò unicam in uno ejus verbo literam immutare liceat)——quod medicorum eſt Promittant medici. Niſi fortè gratius illi futurum eſt proverbium, Ne ſutor ultra crepidam.

Ex hâc (ut ità dicam) anatome vel minimæ alioqui partis corporis tam vitioſi ac morbidi, de cæteris partibus judicium fieri poſſe exiſtimo: & ſiqui mirati ſunt anteaThesaurum ante multos annos à patre meo Roberto Stephano promiſſum, nondum prodiiſſe, futurum ut mirari deſinant, quum totus velut à fundamentis conſtruendus fuerit. Dignum enim ſcilicet ſuâ exiſtimatione opus, dignum ſuperioribus laboribus, ac præſertim ſuo Latinæ linguæ Theſauro, edidiſſet, ſi Lexicon & ipſe auctum duntaxat & locupletatum dediſſet, aut etiam ementitum Theſauri nomen ei tribuiſſet: ut à quibuſdam unum ex illis tam miſerè corruptis ac vitiatis Lexicis inſcriptum eſt Theſaurus, (quum debuiſſent addere vocem Carbones, utpote quod introſpicientibus, verè comperiatur eſſe quod veteri proverbio objici ſolitum eſt, Theſaurus carbones) dignum inquam eâ fide quæ in variis ejus variorum librorum editionibus perſpecta erat, edidiſſet tandem opus, ſi cæterorum more, non in emendandis vulgatis lexicis, ſed duntaxat in locupletandis operam poſuiſſet. Atqui hoc ipſum erat de quo potiſſimum querebatur:

adeo ut quoties aliqua nova Lexici editio prodibat, aucti & locupletati, Sempérne (diceret) veterem hanc cantilenam audiam? Nunquámne aliqua Lexici editio emendati etiam & correcti ſive repurgati prodibit? Ac profectò ab hâc repurgatione initium ſumere olim ei in animo fuit, & tanquam veteres ædes inſtaurare ac reſarcire, dum novas ædificandi facultas eſſet: ſed poſtquam ibi Augiæ ſtabulum eſſe, poſtquam omnia ruinam minari comperit, ſui illum incepti puduit pariter & pœnituit. Paratâ autem jam bonâ materiæ, quæ ad novum ædificium requirebatur, parte, mors illud nobis invidit. Quæ quum ita ſint, nonne & à fidelitate paternâ deſciviſſem ac degeneraſſem (cujus potiſſimùm hæredem ſe à me relinqui exiſtimavit, ut antea dixi) & privatim etiam fidem illi datam violaſſem, ejúſque manes lædere dictus meritò fuiſſem, ſi & ipſe Lexicon vulgatum, licèt auctum, locupletatum, interpolatum, reconcinnatum, reconſarcinatum, emendatum denique paſſim & correctum, ediidiſſem? Habetis, viri chariſſimi, cur à me hæc opera minimè expectanda fuerit, & cur quidvis potiùs expectare debeatis. Sed quid de iis dicemus, qui lexicis illis freti, ac tantumnon pro oraculis habentes ea, quæ in illis traduntur, interpretes agunt, & quidem librorum omnis generis? aut de illis qui hujuſmodi Lexicorum ductu & auſpiciis, provinciam Græcas profitendi literas ſuſcipiunt? Quid aliud hoc eſt, obſecro, quàm cæcos cæcis viam velle monſtrare? Et tamen hæc ſunt hodie præcipua non paucorum interpretum & Græcæ linguæ profeſſorum arma, quibus ſcilicet adverſus quantumvis implicitos ſcriptorum Græcorum nodos acriter dimicant. Et miramur, tam pueriles, tam ineptas, tam ridiculas, tam falſas prodire quotidie eorum interpretationes? Sed hæc εἰδόσι λέγω.

SUPEREST Ut eos metu liberem qui (uti dixi) quoniam vocabula in meo Theſuro longè alio quàm alphabetico ordine digeſta eſſe audierunt, quiſnam is eſſe poſſit, valde mirantur: ac, ne iis duntaxat qui in linguæ Græcæ cognitione velut veterani ſunt, (ut ità loquar) non item tyronibus labor meus utilis futurus ſit, verentur. Sciant igitur illi, qui hoc timent, eam contrà quæ in meo Theſauro habetur vocabulorum ſeriem, tantum commodi vel iis, qui Græcam linguam diſcere incipiunt, afferre poſſe, quantum alphabeticus ille ordo affert incommodi. Hoc tamen ingenuè fateor, ſi initio, quum illâ ſerie uti cœpi, rem tot difficultatibus eſſe implicitam, quot poſtea ſum expertus, exiſtimaſſem, & fore ut nullus mihi quicquam ad eas auxilii afferret, neque ex priſcis neque ex iis qui eos ſequuti ſunt, ad noſtra uſque tempora grammaticis, ſed futurum ut eas Marte meo perrumpere cogerer: quodvis onus potiùs quàm illud ſuſcepiſſem: Sed hâc in re profectò, ſi aliâ in ullâ,

locum

locum habet vetus proverbium, quod difficilia eſſe prædicat quæ pulchra. Reddit enim ſeries illa multò ditiores (ut ità dicam) Græcæ linguæ divitias, & quæ hactenus locupletiſſima fœcundiſſimáque eſſe viſa eſt, facit ut multò etiam locupletior fœcundiórque quàm credita ſit, comperiatur. Quemadmodum enim opulenta domus longè opulentior videbitur, ſi in unum tota ſupellex comportetur locum, quàm ſi diſperſa ſit: eadémque hominum multitudo, major multò, quum conferti ſunt, quàm quum diſperſi, videtur: ſic etiam vocabuli unius, tanquam ſtirpis, numeroſa propago & ſoboles minimè diſperſa divulsáque & in varios locos diſtracta, ſed in unum ità collecta, ut uno propemodum aſpectu contemplari univerſam poſſimus, multò certè numeroſior nobis videbitur. Quod autem ſtudioſorum linguæ Græcæ magìs intereſt, ſeriem illam tyronum etiam ſtudiis eſſe perutilem, res equidem ipſa clamat: quum pleruṁque mutuas operas in ſeſe viciſſim velut exponendis tradant, quæ ab eâdem ſtirpe ortum habent vocabula, & interdum per varia quæ derivata vocantur, tanquam per gradus quoſdam ad cognitionem ſignificationis vocabuli illius, unde manarunt, aſcendamus. Sed tam multa ſinè exemplis, fruſtra fortaſſe. ut igitur te non diu morans, ad illa veniam: en tibi in illis vulgatis Lexcis, *Ἀείδω* quidem (quod eſt Cano) in literâ primâ totius alphabeti: at verò ᾠδὴ, Cantus, & ᾠδὸς, Cantor, in literâ ultimâ. Quinetiam inter illud verbum ᾄδω & verbale ejus ᾆσμα interjecta ſunt aliquot vocabulorum millia. Præterea compoſitorum unumquodque ſeorſim poſitum eſt, diſperſa & ipſum ſua derivata habens. Duo verò magìs etiam reprehenſione digna ſunt hâc in parte: unum eſt, quod paſſiva vox ab activâ ſemper ſejungitur, & quidem non parvo intervallo nonnunquam, multis aliis vocabulis (ut poſcit alphabeticus ordo) interjectis: alterum, quod de uno eodémque verbo in diverſis agatur locis: nimirum non ſolùm in ejus præſenti, ſed etiam in infinitivo. interdum verò & in diverſis temporibus, nimirum futuro, præterito, aut alio: & quidem interjectis itidem aliquibus vocabulis. Exemplum autem habemus cùm in aliis pluribus verbis, tum verò in Αἱρέω, ῶ. cum eo enim poſita non ſunt, ſed ſeorſum, iſta omnia, Εἷλον, Ἕλον, Ἕλοιμι, Ἕλω, Ἑλέειν, Ἑλεῖν, Ἑλών, necnon Ἡρήκει: ſeorſum verò & paſſiva vox Αἱρέομαι, ſejuncta habens & participia Αἱρεθεὶς atque Ἡρημένος. tantum abeſt ut verbalia ſuo verbo adjuncta ſint. Quinetiam quum unum idémque verbum ex Atticæ quidem linguæ conſuetudine in ττω deriveretur, ex communi autem in σσω, (ut quidem tradunt grammatici, qui tamen aliquid his verbis addere debebant) nihílque ex diverſâ terminatione mutetur ſignificatio: interdum tamen alio in loco, quod in ανω

terminatum eſt, in alio, quod in ᾴδω, collocant. Quinetiam (quod non minùs quis miretur) interdum duobus in locis idem ponitur thema, prius quidem, contractionem non paſſum, poſtea verò contractum, aliis inter illa interjectis. ut in Θεωρέω & Θεωρῶ, factum eſſe vides. Verùm ſatius eſſe exiſtimo cætera, quæ his addenda forent, in ipſis Lexicis videnda relinquere, quum ea paſſim proſtent: & aliqua potiùs exempla ejus ſeriei, quâ me in meo Theſaurum uſum eſſe dixi, ſpectando proponere.

En igitur ſeriem Ἄδω, cujus mentionem initio feci, vel potius Ἀείδω quidem primum, deinverò Ἄδω.

Α'ΕΙ'ΔΩ,
Ἀοιδὴ,
Compoſ. Ἀοιδοπόλος, ?
Ἀοιδὸς,
Ἀοιδοσύνη,
Ἀοίδιμος,
Ἀοιδιάω,
Α'ΔΩ,
Ἀστέον,
Ἆσμα,
Ἀσματοκάμπτης,
Ἀσματοποιὸς,
Ἀσμάτιον.
¶ Ὠδὴ,
Ὠδὸς,
Ὠδικὸς,
Ὠδικῶς,
Ὠδεῖον.

COMPOSITA.

C. ἈΝΤᾴδω,
Ἀντῳδὴ,
Ἀντῳδὸς,
C ἈΠᾴδω,
Ἀπῳδὸς,
C. ΔΙᾴδω,
C. ἘΞᾴδω,
C. Ἐπᾴδω,
Ἔπασμα,
Ἐπῳδή.
Ἐπῴδιον,
Ἐπῳδὸς,
c. 2. Κατεπᾴδω,
c. 2. Συνεπᾴδω,
C. ΚΑΤᾴδω,
C ΠΕΡΙᾴδω,
C. ΠΡΟΣᾴδω,
Προσῳδὸς,
Προσῳδία,
Προσῴδιον,
C. ΣΥΝᾴδω,
Συνῳδὸς,
Συνῳδία,
C. ὙΠᾴδω.

Ex compoſitis aliis quæ non ex ᾄδω ſed ex ejus verbali deducta ſunt, Κιθαρῳδὸς & Κιθαρῳδέω, in Κιθάρα, ut Λυρῳδὸς & Λυρῳδέω in Λύρα, & Ὑμνῳδὸς atque Ὑμνῳδέω in Ὕμνος, itidem Μαγῳδὸς in Μάγος, & Μονῳδέω & Μονῳδία, in Μόνος. Idémque in quærendis cæteris quæ hîc poſita non fuerunt, obſervandum erit. At Ἀρνῳδὸς & Στιχῳδὸς habebis inter proximè ſequentia, poſt Ῥαψῳδῶ, & ejus derivata. Sequuntur autem cætera.

C. Πα-

C. Παλινῳδέω, ῶ,
Παλινῳδία,
C. Παρῳδέω, ῶ,
Παρῳδὸς,
Παρῳδία,
Παρῳδικὸς,
C. Περιῳδέω, ῶ,
C. Ῥαψῳδέω, ῶ,
Ῥαψῳδὸς,
Ῥαψῳδία,
c. 2. Ἀπορραψῳδῶ,
c. 2. Ἐπιρραψῳδῶ,
C. Ῥαβδῳδοὶ pro ῥαψῳδοὶ, & ῥαβδῳδία pro ῥαψῳδία,
C. Στιχῳδὸς,
C. Ἀρνῳδὸς,
C. Περῳδικός,
Ἀ Η Δ Ω΄ Ν, όνος, ἡ.
Ἀηδὼ όος, & οῦς, ἡ.
Ἀηδονὶς, ίδος, ἡ,
Ἀηδονιδεὺς, έως, ὁ,
Ἀηδόνειος, ου, ὁ καὶ ἡ.

Huic verbo ſubjungam id quod ipſum in eodem Theſauro excipit, nimirum Ἅζω, id eſt verbi Ἅζω ſeriem; in quà ſequor eos grammaticos qui ἅγος ab eo deduxerunt, licet & ἄγος ſpiritu tenui ſcriptum inveniatur, ut ibi copiosè docui.

Ἅ Ζ Ω,
Ἅζομαι,
Ἄγος, εος, τὸ,
¶ Ἁγὴς, έος, ὁ & ἡ,
Ἁγίζω,
Ἁγιστεύω,
Ἁγιστεία,
C. ΚΑΘαγίζω,
c. 2. Συγκαθαγίζω,
C. Ἐναγὴς.
Ἐναγῶς,
Ἐναγικὸς,
C. Ἀναγὴς,
C. ἘΝαγίζω,
Ἐναγισμὸς,
C. Εὐαγὴς,
Εὐάγητος,
C. Παναγὴς,
C. Ἐξάγιστος.
Ἅ Γ Ι Ο Σ,
C. Ἁγιόγραφος,
C. Πανάγιος,
Ἁγίως,
Ἁγιότης,
Ἁγιοσύνη,
& Ἁγιωσύνη,
Ἁγιόω, ῶ,
Ἁγιάζω,
Ἁγιασμὸς,
Ἁγιαστία,
Ἁγιαστήριον,
C. ΚΑΘαγιάζω,
Ἁ Γ Ν Ο`Σ,
C. Ἄναγνος,
C. Πάναγνος,
C. Ἁγνοπόλος,
Ἁγνὴς,
Ἁγνότης,
Ἁγνεὼν,
Ἁγνεύω,
Ἁγνεία,
Ἅγνευμα,
Ἁγνευτικὸς,
Ἁγνευτήριον,
Ἁγνίζω,
Ἁγνισμὸς,
Ἁγνιστικὸς,
Ἁγνιστήριον,
Ἁγνίτης,
C. Ἀφαγνίζω,
¶ Ἄγνος, ου, ὁ, Frutex, &c.

Et quoniam ut ſunt diverſæ verborum naturæ, ità etiam diverſa habent derivata, quæ ſunt eorum velut ſoboles, proferam & alia exempla. Ecce igitur verbum Aʼγείρω cum univerſâ ſuâ propagine & ſobole, aut certè bonâ ejus parte. fieri enim poteſt ut aliqua derivata me ſubterſugerint, ſed quæ alibi addi poſſint.

ΑʼΓΕΙʼΡΩ,
Αʼγερμὸς,
Αʼγερέθω,
Ηʼγερέομαι, οῦμαι.
Οʻμηγερέες,
Αʼγρόμενος,
Παλινάγρετος,
C. ΕΙʼΣαγείρω.
C. ΕʼΠαγείρω,
Εʼπάγερσις,
C. ΣΥΝαγείρω,
Συναγρόμενος,
ΑʼΓΟΡΑʼ
Αʼγορήνδε,
Αʼγορῆθεν,
C. Αʼγορανόμος,
Αʼγορανομία,
Αʼγορανομικὸς,
Αʼγορανομέω, ῶ,
¶ Αʼγοραῖος,
& Αʼγόραιος,
Αʼγοραίως,
¶ Αʼγοράζω,
Αʼγόρασμα,
Αʼγορασμὸς,
Αʼγόρασις,
Αʼγορασία,
Αʼγοραστὴς,
C. ΕʼΞαγοράζω,
C. ΠΡΟαγοράζω,
Αʼγοραστίω,
¶ Αʼγορέομαι, ῶμαι,
Αʼγορητὴς,
Αʼγορητὺς,
Δʼγορητὸς,
¶ Αʼγορεύω,
C. ΑʼΝΑγορεύω,
Αʼναγόρευσις,
c. 2. Προσαναγορεύω,
C. Αʼπαγορεύω,
Αʼπαγόρευμα,
Αʼπαγόρευσις,
C. ΔΙαγορεύω,
C. ΕʼΞαγορεύω,
Εʼξαγόρευσις,
C. ΚΑΤΑγορεύω,
Καταγόρευσις,
C. ΠΡΟαγορεύω,
Προαγόρευσις,
C. ΠΡΟΣαγορεύω,
Προσαγόρευσις,
Προσαγορευτικὸς,
c. 2. Αʼντιπροσαγορεύω,
C. ΣΥΝαγορεύω,
C. ΥʻΠαγορεύω,
Υʻπαγόρευσις,
¶ Αʼγορέω, ῶ,
C. ΑʼΠηγορέω, ῶ,
Αʼπηγόρημα,
C. ΚΑΤηγορέω, ῶ,
Κατηγόρημα,
Κατήγορος,
Κατηγορία,
Κατηγορικος,
c. 2. Εὐκατηγόρητος,
c. 2. Αʼντικατηγορέω, ῶ,
Αʼντικατηγορία,
c. 2. Προσκατηγορέω, ῶ,
c. 2. Συγκατηγορέω, ῶ,
C. ΠΑΙηγορέω, ῶ,
Παρηγόρημα,
Παρηγορητὸς,
c. 2. Αʼπαρηγόρητος,
& Αʼπαρηγορήτως.
c. 2. Δυσπαρηγόρητος,
& Δυσπαρηγορήτως,
Παρήγορος,

Παρήγορος,
Εὐπαρηγόρως,
Παρηγορία
Παρηγορικός.
c. 2. Ἀνυπαρηγορέω, ῶ,
C. ΠΡΟΣηγορέω, ῶ,
Προσηγόρημα.
c. 2. Ἀπροσηγόρητος,
Προσήγορος.
Προσηγορικός.
c. 2. Ἀπροσήγορος,
c. 2. Εὐπροσήγορος,
Εὐπροσηγορία,
c. 2 Φιλοπροσήγορος,
C. ΣΥΝηγορέω, ῶ,
Συνήγορος,
Συνηγορία,
Συνηγορικός,
Hactenus compoſita cum præpoſitionibus: ſequuntur cætera.
C. Ἀλληγορέω, ῶ,
Ἀλληγόρημα,
Ἀλληγορητής,
Ἀλληγορία,
Ἀλληγορικός.
C. Εὐηγορέω, ῶ,
Εὐήγορος,
Εὐηγορία,
C. Ἰσηγορέω, ῶ,
Ἰσηγορία,
C. Κακηγορέω, ῶ,
Κακήγορος,
Κακηγορία,
C. Μεγαληγορέω, ῶ,
Μεγαληγόρος,
Μεγαληγορία,
C. Ὑψηγόρης, vel Ὑψηγόρος,
Ὑψηγορία.

Sunt verò quædam verba multò etiam opulentiora atque fœcundiora, & admirabiiem quandam derivatorum varietatem habentia: atque adeo tantam quæ nonniſi multis paginis capi poſſit: ideóque nullum ex iis proferre libet. Cæterùm ſi qui vel à vobis, viri doctiſſimi, vel ab aliis reprehenſione dignum in hâc ſerie inveniatur, veniam me tribus nominibus conſequuturum ſpero: primùm quòd hanc viam primus omnium ingrediar, & in eâ (quum alioqui cæca ſit & latebroſa, veréque flexnoſa & anfractibus plena, ac non pacis erroribus implicita) mihi ipſi tamen dux eſſe cogar. Sed unde tibi tantum audaciæ, ut vel de tentandâ hujuſmodi viâ cogitaris? Imò verò non audaciæ ſed, ſed credulitati potiùs tribuendum eſt. Magnam enim ſpem oſtentabant de hâc viâ mecum indagandâ veteres grammatici: verùm eam ſpem prorſus eſſe vanam, magno meo malo comperi. Deinde veniam ideo mihi polliceor, quòd ſimul & in vocabulis hâc ſerie collocandis, & in ſignificationibus certo etiam quodam ordine diſponendis laborandum fuerit. Nec enim ignoratis quanta earum in vulgatis Lexicis (ut falſas & commentitias omittam) perturbatio ſit atque confuſio: ut pote in quibus aut omnium rariſſimæ aut etiam metaphoricæ ſignificationi primus detur plerunque locus. Poſtremò, quòd ad typographicum clepſydram (ut alibi quoque loquntus ſum) hæc ſcribere (id eſt, ſcriptionem mean typographicarum operarum penſo obnoxiam habere) cogar: & quod ab infinitis curis & occupationibus

occupationibus quas ſecum ars iſta trahit, temporis ſupereſt, ne id quidem univerſum huic operi poſſim impendere, ſed ejus partem in lectionem typographicam eorum, quos interim excudo, autorum (ex quibus nunc eſt Plutarchus) neceſſe habeam conferre. Hæc, inquam, ſunt propter quæ futurum ſpero ut mihi & à vobis & ab aliis venia detur, & quidem non eorum duntaxat quæ in illà ſerie, ſed & eorum quæ in ullâ ejus operis parte peccaverim. Abſit enim ut ſibi quiſquam perſuadeat, ita me aliorum errata proferre, quaſi ipſe ſim ἀναμάρτητος, & hominem me eſſe non meminerim, id eſt, eum cujus ſit labi, errare, neſcire, decipi. Imò verò me & colloco in hôc numero, & jam nunc, in meo opere eſſe in quibus lapſum me exiſtimem, ingenuè fateor. Sed inter eos qui aliquando, & eos qui identidem ac ſubinde errant, diſcrimen ſtatuendum eſſe dico. Quinetiam minimè dubium eſt, quin varii ſint erratorum in hôc etiam genere velut gradus: &, ut quædam veniam merentur, ita quædam flagris potiùs quàm veniâ digna cenſeri debeant. Illa porrò tot támque fœda Lexicorum errata lectorem celare, præterquam quòd religio mihi fuiſſet, utpote qui ſilentio meo falſam multorum de illis opinionem aucturus eram fortaſſe: tum verò, ne & ipſe Lexicorum conſarcinator exiſtimarer, ea patefacere neceſſe habuiſſe videor. Quomodo enim quid inter meum & illorum opus diſcriminis ſit, & cur velut à fundamentis conſtruendum mihi fuerit Theſauri mei ædificium, oſtendere potuiſſem, niſi qualis eſſet eorum ſtructura oſtendiſſem? Ut porrò eos in cæteris imitatus non ſum, ita nec in prætereundis ſilentio eorum, unde aliquid mutuatus ſum, nominibus. Non enim nomina veterum duntaxat ſcriptorum & Græcæ linguæ autorum adſcribo, ex quibus exempla loquutionum (ut vulgus vocat) à me petuntur: ſed & interpretum, aut expoſitorum, aliorúmve, quicunque aliquid ad expoſitionem alicujus vocabuli pertinens ſcripſerint, ſiquid ex iis in opus meum transferam.

ALTERA autem epiſtolæ meæ parte (aut certè alterâ meâ epiſtolâ, ſiquis veſtrûm tantâ unius longitudine offendatur) quem à menſibus aliquot concepi mœrorem de miſerâ veterum ſcriptorum ſorte ac conditione in quorundam typographorum prela incidentium, vobis exponere vel potiùs velut in ſinum veſtrum effundere ſtatui. Quâ quidem ex re non minus ad vos quàm ad me aliquâ doloris mei parte exoneravero (qui alioqui incluſus ſtrangulat, ut aiebat Naſo) & vos cautiores, ni fallor, reddidero. Ego igitur olim quidem veterum ſcriptorum ſortem eo nomine deplorabam, quòd in illotas (ut proverbiali utar verbo) manus multorum vel interpretum vel expoſitorum inciderent, qui ſua ſomnia illis deliriáque affingerent: at nunc eorum, qui in quorundam typographorum prela

inci-

incidunt, non minùs ſed potiùs magìs deplorandam eſſe dico. Quorum verò? nimirum qui quum ſint omnino literarum rudes, aut certè illis vix tincti, quæcunque ii, quos pro doctis vel ipſi habent, vel ab aliis haberi vident, in caſtigando quopiam ſcriptore auſi fuerint (quid autem non audent nonnulli?) ea, tanquam oracula, in ipſa ejus ſcripta inferunt. Hinc enim factum eſt, ut quum antea veterum libri iis tantùm mendis inquinati eſſe ſolerent, quæ ex antiquis exemplaribus manarant, aut certè typographicis, id eſt iis quæ typographicæ committunt operæ, (cujus generis mendis & propè infinitis & monſtroſis pleriſque refertæ erant Herodoti pariter & Thucydidis interpretationum editiones: quorum exempla etiam quædam in calce Latini mei Herodoti habes) nunc ad illa duo mala pejus illis bonum accedat. Quid iſtud verbi eſt? Hôc ego nomine voco caſtigationes quorundam, quæ ejuſmodi ſunt, ut multò mendis illis & periculoſiores & pernicioſiores judicari debeant. Caſtigationes, inquam, quæ quum ex ſolâ conjecturâ proficiſcantur, (quâ nihil fallacius eſſe ſcimus) extruſis tamen iis, quæ veterum codicum autoritate nituntur, (qualeſcunque ii ſint) in earum locum quo jure quâque injuriâ intruduntur. Ac fuit quidem tempus, quum in minùs celebres duntaxat ſcriptores hæc audacia graſſaretur: ſed tandem ne à primæ quidem notæ ſcriptoribus manus temperavit. Ecce enim Titum Livium ante aliquot annos multa hujuſmodi caſtigationum vulnera (proh facinus) paſſum: ecce M. Tullium Ciceronem ante aliquot menſes non paucioribus fœdatum. (De Plinio taceo, quem ſat norunt omnes omnibus omnium conjecturis, tanquam communem ſcopum, miſerè fuiſſe expoſitum.) Tandem verò & in Græcos ità ſæviri cœptum eſt, & quidem in nonnullos etiam, quibus olim vel ipſi hoſtes pepercerant, & quos præ cæteris ipſa venerata erat antiquitas. Horum in numero eſt Euripides, in quem ego nuper neſcio quid annotationum ſcribens, quum multis caſtigationibus vulneratum, multis conjecturis ſauciatum eum fuiſſe, apertè oſtenderim, totum illum locum huc proferendum cenſeo, & quidem altiùs repetitum. Iſta ſunt igitur, quæ huc pertinentia ibi ſcripſi.

Addam nunc, quidnam, præter illa quæ dixi, ad edendas haſce annotationes me impulerit. Incidi aliquando in quoſdam locos Euripideæ editionis, quæ prodiit ex Hervagii officinâ anno M. D. XXXVII, in quibus mirabar tam fideliter retineri potuiſſe omnia menda, & quidem etiam leviſſima, quæ in Aldinâ erant. Quod ego nimiâ quâdam religione potiùs quàm ignorantiâ factum eſſe interpretabar: donec quoſdam locos offendi, qui ſecus me id interpretari debuiſſe, apertè oſtenderunt. Ex iis autem fuit iſte in Helenâ, pag. 10. βαρὺ μὲν, οἰστέον δ' ὅμως.

nam

nam quum Aldina editio habeat ὅμωι, quicunque illi editioni præfuit, à ſuâ illà religione (id eſt religioſâ mendorum obſervatione) diſcedere auſus, pro ὅμωι, repoſuit ὅμοι. id eſt, pro voce quæ ità depravata erat, ut cuivis obvia eſſe poſſet ejus emendatio, (quis enim, niſi ſit omnino obeſæ naris, mendum quod huic loco ſubeſt non odoretur, & ὅμωι locum adverbii ὅμως hîc occupaſſe non animadvertat?) repoſuit aliam, quam & ipſam mendoſam eſſe manifeſtiſſimum quidem ſit, ſed ità ut ejus emendatio non itidem in promptu cuivis eſſe poſſit. Verùm multò majorem ignorantiam mihi patefecerunt loci quidam, in quibus ne legere quidem potuerunt quod Aldina editio habebat, ſed hanc notam compendiariam, aut certè huic ſimilem, ϯ, valere idem quod τὸν putarunt, id eſt, illud ignorarunt quod pueri, qui alphabetum Græcum per menſem in manibus habuerunt, ſi ignorarent, flagris digni judicarentur. Et quoniam hujuſmodi lapſum incredibilem viſum iri ſcio, aliquot exempla proferre libet. En tibi igitur in Troadibus paginâ 14, verſu 4, Πάρεις δ' ἔγημε ϯ Διός: quum Aldina editio habeat τὴν Διός. En tibi in eàdem tragœdiâ paginâ 26, verſu 9, Πέρσαντι τὸν τεκῦσαν, quum in Aldinâ editione legatur τὴν τεκῦσαν. Quo exemplorum (tanquam teſtium) pari ſiquis contentus non eſt, adjiciam & aliud par, & quidem ex unicâ pag. 30. depromptum. nam verſu 1 legitur Ἥκω δὲ τὸν Λάκαιναν quum Aldina editio habeat Ἥκω δὲ ϯ Λάκαιναν. & verſu 5, Οἴπερ γὰρ αὐτὸν ἐξεμόχθησαν δορὶ, quum in Aldinâ ſit Οἴπερ γὰρ αὐτ͂ ἐξεμόχθησαν δορί. Quid dixi, par exemplorum? imo & tertium in hac ipsâ paginâ habes: videlicet verſu 13, κομίζετ' αὐτὸν pro κομίζετ' αὐτήν. quòd in Aldinâ legatur κομίζετ' αὐτ͂. Dicerem autem eum qui huic editioni præfuit, aut eos qui præfuerunt, quòd audiſſent Euripidem μισογύνην fuiſſe, (id eſt oſorem ſexûs muliebris) in ejus operibus & ipſos μισογυνείας ſuæ ſpecimen dare voluiſſe, genus fœmininum tot in locis vertentes in maſculinum: niſi in Plutarcho quoque talia contigiſſe animadvertiſſem, quæ fœdæ ignorantiæ duntaxat (niſi quis ſocordiam dare ei comitem velit) imputanda eſſe manifeſtum eſt. Itidem in eâ opuſculorum Plutarchi editione, quæ anno M. D. XLII. prodiit, ſub Hieronymi Frobenii & Nicolai Epiſcopii, typograph. nomine, fœdiſſima errata contigerunt, non tantùm ex eo, quòd intelligi ſcripta hujus autoris non potuerunt ab iis, quibus editionis illius demandata cura erat, ſed ex eo etiam, quòd ne legi quidem ab iis nonnulli loci potuerunt in editione Aldinâ. Ut autem ne hîc quidem ἀμαρτύρως loqui dicar, en tibi in libello qui περὶ παίδων ἀγωγῆς inſcribitur, quum Aldina editio habeat, paginà 9, verſu 10, τὴν μὲν ἀδέρκητον ἀνδρὸς ἐστι σοφοῦ, compendium illud quod valet ἐστι, putarunt boni illi viri valere δέ: & hanc ſuam divi-

divinationem ſequuti, hunc locum ita ſcriptum nobis exhibuerunt, pag. 8. illius editionis, v. 3. *τύγε μὴν ἀόργητον, ἀνδρὸς ἢ σοφοῦ.* In eâdem illâ paginâ (ne longè abeam) verſu 4 à fine, *πᾶσιν ἀνθρώποις μισεῖσθαι ἄξιον, ἐπὶ οὐδὲ μετρίοις δούλοις συγγνωστόν.* ubi nemo non videt *ἐπὶ* minimè convenire. nec certè id Aldina editio habet. pag. 10. legitur enim ibi, *Καὶ οὐδὲ μετρίοις δούλοις συγγνωστόν.* ſed compendium valens idem quod *καὶ*, docti illi valere *ἐπὶ* crediderunt, idque tanquam certiſſimum nobis in ipſo Plutarchi contextu propoſuerunt.

Sed ad Euripidem ut revertar, quum docuerim quomodo in illâ priore editione Germanicâ acceptus fuerit, ſupereſt ut etiam quomodo poſterior eum acceperit, omnibus patefaciam: quæ (ut verum fatear) multo etiam magìs deſiderium edendi has annotationes mihi accendit. In eâ enim tantæ támque perniciosæ audaciæ ſpecimen editum eſt, ut niſi ei fræna injiciantur, ſed in cæteros quoque ſcriptores graſſari itidem permittatur, meritò clamaturus ſit aliquis, de omnibus Græcis ſcriptoribus, déque universâ linguâ Græcâ actum eſſe. Quum enim depravatis antiquorum ſcriptorum locis nonniſi cautè ac timidè atque adeo religioſè adhibenda remedia ſint, & quas ex conjecturâ habemus emendationes, id eſt dubias, pro certis afferre, eundémque illis dare locum, quem merentur, quæ ex veteri quopiam exemplari proficiſcuntur, piaculare ſemper exiſtimatum ſit: ii contrà qui editioni illi præfuerunt, perinde acſi profananda Euripidis ſcripta & ſuæ poſteritati magnâ ex parte intervertenda ſuſceperint, non illotis ſolùm, (ut eſt in proverbio) manibus, ſed penè dixerim ſacrilegis, ea tractarunt. Quâ de re plura niſi productis teſtibus, id eſt exemplis, haud dicenda exiſtimavi.

Ad ea igitur ut veniam, en tibi in Rheſo pag. 2.

παῖς δ' Ἀγαμεμνονείαν προσίβα στρατὶς
ἐννύχιος σὺν δορύβῳ σκηνάν.

Hîc *παῖς* mendoſum eſſe ſiquis non videt, is Tireſiâ cæcior eſt. ſed è vicino peti poteſt emendatio. ex *παῖς* enim tollendo *ι*, habes *πᾶς*, germanam lectionem. Minimè igitur periculoſus fuit hic in error Aldinâ editione, ſicut nec in illâ Germanicâ priore. At in poſteriore neſcio qui tanquam ad id quod vicinum & loco accommodatum erat, oculos claudentes, ad aliud remotum & à loco alienum eos converterunt, videlicet ad *πεζός*: adjicientéſque *θεράπων* ad ſuam *ἀμαθίαν*, (ut & hîc verum eſſe experiamur quod dixit Thucyd.) non tanquam divinationem ſuam, ſeu conjecturam, margini adſcripſerunt, (quod tamen alioqui & de *πᾶς* faciendum ſuiſſet, niſi veteris alicujus exemplaris conſenſus acceſſiſſet) ſed in ipſo textu collocarunt, ejectis veræ lectionis veſtigiis, ſimúlque copulativam particulam immerentem extruſerunt.

Itidem

Itidem in Troadibus, pag. 44. editio Aldina habet, itémque Germanica prior, μέλας γὰρ δ᾽ ὄσσε κατακαλύψει. quæ lectio depravata quidem eſt, ſed ſinè periculo, id eſt, ita ut hæc depravatio nemini imponere queat. Quis enim eſt qui nullum hìc locum habere particulam δ᾽, animadverſurus ſtatim non ſit? quotuſquiſque verò qui non ſit de reponendo σ᾽ cogitaturus? At poſterior editio mendum quidem ſubeſſe loco illi & ipſa deprehendit, ſed dum eum emendare voluit, id repoſuit quo occultius quidem, ſed periculoſius ille depravatur. Repoſuit enim δ᾽ ὄσσε, novum quoddam loquendi genus, (id eſt, quod novam quandam barbariem habet) Euripidi affingens: ſic tamen ut tyronum oculos fallere hæc depravatio multò faciliùs quàm illa poſſit. Nec vero mendoſiſſimam illam emendationem, & verè κακόμαντιν μαντείαν in margine annotarunt, ſed eâ contextum ipſum polluerunt ac fœdarunt.

In Bacchis, pag. 41, quum θῆρα Ald. codex habeat pro θῆρα à nominativo θὴρ, ſignificante feram, illa editio augens itidem errorem, vel potiùs ex levi errore gravem faciens, pro θῆρα repoſuit θήρα, tanquam à nominativo θήρα, quod eſt venatio.

Quid? quòd ne à Cyclope quidem (licet nobis deſcribatur monſtrum horrendum, ingens) manus editio illa abſtinuit? adeo non ſolùm τολμηρὸς, ſed παράτολμος fuit. Locus autem in quo manus ei attulit, eſt pag. 10, ubi legitur,——ἔγωγε τοῖς ξένοις τὰ χρήματα Περάντα σ᾽ εἶδον. hic enim pro ἔγωγε reponi debere ἔγωγ᾽, (quod valde vicinum eſt) quum manifeſtiſſimum eſſet, & vel ità emendari deberet hic locus, vel judicio lectoris relinqui emendatio, Aldinam illam lectionem interim retinendo, ac nullius conjecturæ præjudicium (ut ità dicam) afferendo: contra certè, illorum qui hanc editionem architectati ſunt, θεραπυάγγυοι, emendationem ante pedes poſitam tranſiliens, aliam, ut è longinquo petitam, ſic longè ab hujus loci ſententiâ remotam, nobis protulit. Quid dico longè remotam? imò verò ei ex diametro repugnantem? nam pro ἔγωγε repoſuit ἐγὼ σὺ, ut chorus neget, quod affirmare illum ſequentia ſatìs oſtendunt. alioqui enim nequaquam diceretur ψεύδεις. Addam verò & alius loci emendationem, quæ vel ipſi Cyclopi inter graves illos dolores elicere riſum poſſet. Is eſt in calce tragœdiæ. quum enim in ultimis hiſce Cyclopis verbis,

Ἄνω δ᾽ ἐπ᾽ ὄχθον εἶμι, καίπερ ὢν τυφλὸς,
Δι᾽ ἀμφιτρῆτος τῆσδε προσβαίνων ποδὶ,

negotium faceſſeret vocabulum ἀμφιτρῆτος, in ἀμφιτρείτης id mutare editio illa non dubitavit, ut videlicet ſicut naves pontigradæ, ſic & Cyclops pontigradus diceretur. At Brodæo quoque emendatio illa placuit. Placuiſſe ei fateor: ſed ità placuiſſe, ut in contextum reponendam eam cenſeret, hoc verò nego. Sed de hâc Brodæi emendatione, aliiſque nonnullis, dicam

cam & paulò póſt. Nunc addo, me mirari quomodo tantum negotii exhibuerit illis vox ἀμφιτρῆτος, quum ſubaudiendum eſſe πέτρας, (cujus ſubſtantivi ἔλλειψιν quodammodo ſupplet pronomen demonſtrativum τῆσδε) in mentem venire poſſet, conſideranti ubi Cyclops eſſet: nihilo autem magìs novum videri deberet ἀμφιτρῆτος πέτρας, quàm ἀμφιῤῥῶγος πέτρας

Ne ipſa quidem Helene violentas atque adeo crudeles illorum manus effugit. Imò quanvis cecinerit meus Anacreon, Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον Καὶ πῦρ καλή τις οὖσα, illa autem non καλὴ tantùm, ſed καλῶν καλλίστη fuerit, ſuum illi κάλλος nequaquam fuit Ἀντ' ἀσπίδων ἁπασῶν, Ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων adversùs eos. nam & ipſa ab illis vulnera paſſa eſt, & quidem atrocia, ac quorum nomine videri poſſit miſeranda vel hoſti, ut Latinus poeta loquutus eſt. Sed ego nunc ex multis unicum in apertum proferam, quod videlicet accepit pag. 30. quum enim ibi dicat Theonoe Helenæ,

Ἥκει πόσις σοι Μενέλεως ὅδ' ἐμφανὴς,
Νεῶν στερηθεὶς τοῦ τε σοῦ τημήματος,

deinde ad ipſum Menelaum ſermonem convertens, dicat (ut quidem in Aldinâ editione & illâ priore Germanicâ legitur)

Ὦ τλῆμον, οἴκους διαφυγὼν, ἦλθες πόνους:

ut autem legitur in vetuſtis codicibus, & ut legendum eſt,

Ὦ τλῆμον, οἵους διαφυγὼν ἦλθες πόνους:

illi contrà nec οἴκους nec οἵους agnoſcere voluerunt, ſed ità hunc locum ſcripſerunt, id eſt, ità depravarunt,

Ὦ τλῆμον, οὐ σοὺς διαφυγὼν ἦλθες πόνους.

At ſenſum minimè alienum à re de quâ agitur, lectio iſta habet. Sit ità ſané. quid? licétne nobis divinationes noſtras, licétne ſomnia noſtra in veterum ſcriptorum libros intrudere, ſimulatque habent aliquid eorum argumento conſonum? O miſeros ſcriptores, vel potiùs, o miſera ſcripta tot excellentium poetarum, oratorum, hiſtoricorum, & aliorum, niſi frænis, niſi catenis furioſa iſta audacia compeſcatur. Quid enim in illis ſalvum & incolume tandem manebit? quid integrum, quid impollutum poſteris noſtris relinquetur, ſi cuilibet quæcunque aſſequi non poteſt, ea mutare transformaréque pro arbitrio conceditur? Sed de his aliàs plura. Ut autem ad tres illas lectiones redeam, Brodæus οἴκους retinens (quum videlicet alia lectio in mentem ei non veniret) hoc excogitavit effugium, ut πόνους acciperetur pro εἰς τοὺς πόνους. quæ ejus licet violenta expoſitio, innoxia tamen eſt, utpote quæ contextum nobis intactum relinquat. At expoſitio quam editionis illius autores afferunt, videlicet iſta, Haud perfunctus tuis veniſti huc laboribus, hæc inquam expoſitio non ſe ſubmittit textui, ſed ipſum ſibi, contra fas omne, ſubmittens, in eo ex οἴκους facit οὐ σούς. Atqui ſi οἴκους relinquentes illi, annotaſſent in margine ſe non poſſe commodum ex hâc lectione ſenſum elicere, non dubium

eſt

eſt quin plerique poſt demorſos aliquantiſper ungues, veram lectionem aſſequuti conjecturâ fuiſſent: at nunc, quum ea quæ ſuperſunt veræ lectionis veſtigia, prorſus nobis abolent, quis tam OEdipus eſſe poteſt ut eam ullâ divinatione aſſequatur? Verùm ſupereſt, ut de tertiâ lectione dicam, quæ germana genuináque eſt, & de quâ dubitare vetera exemplaria non ſinunt, è quibus deprompta eſt. Ea certè mihi in memoriam hunc noſtri poetæ verſum revocat, Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. Hujus enim veræ lectionis, perquam ſimplex & expedita eſt expoſitio, præ cæterarum, quæ falſæ ſunt & ſuppoſititiæ, expoſitione. Ut omittam, multò etiam majore cum gratiâ dici θαυμαστικῶς iſta, οἵους διαφυγὼν ἥλθες πόνους, tollendo videlicet interpunctionem poſt διαφυγών.

Tenes jam, lector, tenes quid me ad harum annotationum editionem præcipuè ſtimularit. ſi enim ego horum adversùs Euripidem κακουργημάτων conſcius, ea non patefeciſſem, nonne meritò judicatus fuiſſem συγκακουργεῖν? Quæ tamen non ità dicuntur à me, quaſi omnia aut etiam minimam eorum partem patefecerim, (abſit enim ut bonas horas in tam inauſpicato labore conſumam) ſed tanquam prohibituro ſaltem paucis hiſce eorum exemplis, nequem inſcium illa editio in fraudem impellat, in quâ ἀντὶ τῶν Εὐριπιδείων tam multa ſunt ψευδεπίγραφα. Quòd ſi probi miniméque ingrati diſcipuli eſt injuriam à præceptore ſuo modis omnibus propulſare, quid de nobis dicendum erit, ſi eos, qui antiquis ſcriptoribus, non ſolum noſtris, ſed & præceptorum noſtrorum præceptoribus, tam crudelia vulnera infligunt, impunè abire ſinemus? Sed de his hactenus.

Hæc ſunt, viri chariſſ. quæ ibi totidem verbis à me ſcripta extant. Atenim quinam huic malo viam patefecerunt, niſi illiterati quidam typographi, qui quum vix aliud in libris quàm paginam albam à nigrâ norint diſcernere, omnibus omnium nugis (ne quid acerbius dicam) dummodo novæ ſint, prela ſua ſuámque induſtriam offerunt.

Accedit autem recens hoc mali genus ad aliud quoddam jam inveteratum: quod tamen quum in dies ingraveſcere videamus, quid aliud à duobus hiſce malis (quæ meritò duas lues ac peſtes vocare poſſumus) expectandum nobis quàm veterum ſcriptorum miſeranda deformitas? Inveteratum autem appello malum, quod ſtatim poſt primas ſcriptorum Latinorum præſertim typographicas editiones, id eſt, quæ à primis prodierant typographis, graſſari in eos cœpit. Quum enim quotidie vetera eorum exemplaria è tenebris emergerent, quidam cum his excuſa conferebant, qui quaſcunque diverſas lectiones invenerant, totidem caſtigationes eſſe credentes, mox cuipiam typographo tradebant, à quo paucis poſt diebus aut menſibus nova prodibat editio, veterum

veterum exemplarium ope longè cæteris caſtigatior, ut quidem titulus pollicebatur, vel potiùs mentiebatur. Quota quæque enim ex iis, ſi verè loquendum fuiſſet, non potiùs cæteris depravarior dici debuiſſet? Atqui lectiones illæ diverſæ ex veteribus libris ſumptæ erant. Fateor: ſed heus tu, unde niſi ex vetuſtis itidem libris ſumptæ erant illæ quas nunc indictâ causâ expellis? Inſigne autem hujus temeritatis exemplum in Ovidii poematis habemus, quæ poſt Aldinam editionem prodierunt. quum enim paſſim in bibliothecis vetera poematum illius exemplaria extarent, nominatim verò in quibuſdam Pariſienſibus, præſertímque in eâ quam abbatia S. Victoris habet, multi certatim exemplaria illa inter ſe conferebant, certatim diverſas lectiones annotabant, certatim in locum Aldinarum ſubſtituebant, certatim, ut nova editio his inſignita prodiret, operam dabant. Hoc verò quid aliud erat quàm certatim ad fœdanda tam pulchra poemata contendere? quum pauciſſima extare horum poematum exemplaria cum iis quibus Aldus uſus'eſt, comparanda, ejus editio cum iis quæ ab illa deſciverunt, collata, apertè indicet? Quod certè vel illa quâ Tibulli mortem deflet elegia luculentè teſtari poteſt. Quamobrem ab exemplis indè petitis initium ſumam. Sic igitur ibi Aldina editio,

Quum rapiant mala fata bonos, (ignoſcite faſſo)
Sollicitor nullos eſſe putare deos.

At verò in multis quæ ab illâ deſciverunt, veterum quorundam exemplarium lectionem ſequentia, ſcriptum eſt,

Quum rapiant malè facta bonos, &c.

Atqui lectionem illam, non hanc, convenire loco, luce clarius eſt. Sed in ſequente diſticho fœdius etiam multo, id eſt fœdiore ignorantiâ, peccatum eſt. Quum enim in Aldino exemplari legatur, (ut & legi debere manifeſtum eſt)

Vive pius, moriere tamen: cole ſacra, colentem
Mors tamen à templis in cava buſta trahet:

in maximâ poſteriorum editionum parte diverſam lectionem habemus, planè abſurdam,

Vive tamen moriture pius: cole ſacra, colentem
Mors gravis à templis in cava buſta trahet.

In fine autem elegiæ hic verſus,

Auxiſti numeros culte Tibulle pios,

ita mutatus fuit in poſterioribus editionibus,

Hauſiſti numeros culte Tibulle pios.

Apud eundem poetam Amorum libro 3, elegiâ 4, quum itâ ſcriptum ſit in editione Aldinâ, & itâ ſcribi debeat,

Indignere licèt, juvat inconceſſa voluptas.

mutatus tamen itâ fuit hic verſus,

Indulgere licet, juvat inconceſſa voluptas.

Libro

Libro autem 3 De triſtibus, eleg. 4, pulcherrimus locus fœdiſſimè depravatus eſt in editionibus Aldinâ poſterioribus. Poſtquam enim Ovidius amico cuidam, ad quem ſcribit, hoc conſilium dedit,

Uſibus edocto ſi quidquam credis amico,
Vive tibi, & longe nomina magna fuge.
Vive tibi, quantumque potes prælustria vita,
Sævum præluſtri fulmen ab arce venit,

hanc ſui conſilii rationem affert,

Nam quanquam ſoli poſſunt prodeſſe potentes,
Non proſit potius quiſquis obeſſe poteſt.

hanc inquam conſilii ſui rationem affert, ſequendo Aldinæ editionis lectionem, cum quâ non ſolùm ità fluit verſus ut Ovidio dignus ſit, ſed & ſententiam habemus loco convenientem, & proverbio etiam illi (ad quod meritò dici poſſit alluſiſſe) Procul à Jove, & procul à fulmine. Non dubium eſt enim quin itidem ſuadeat Naſo, carere potiùs commodis quæ ex conſuetudine principum percipi poſſunt, quàm, eam ſectando, obnoxium eſſe mille periculis quæ illam comitantur. Et tamen cæteræ editiones magis adversùs hanc lectionem quàm ullam aliam conſpiraſſe videntur, eam dico quæ in poſtremo verſu extat. Ità enim plures quàm duodecim quas conſului,

Non proſunt, potius plurimum obeſſe ſolent.

quæ lectio præterquam quòd minimè convenientem loco habet ſententiam (quid enim magìs frigidum eſt quàm hoc dictum? Conſuetudinem ſeu commercium cum potentibus vitæ: quoniam quanvis prodeſſe poſſint, tamen non proſunt, ſed potiùs plurimùm obeſſe ſolent) duriſſimum etiam verſum, & ne duriſſimo quidem poetâ, nedum Naſone, dignum efficit verſum.

In epiſtolâ autem Hypermneſtræ ad Lynceum, circa finem, legimus in eâdem illâ editione Aldinâ,

Quid fiet ſonti, quum rea laudis agar?

Hàc ex lectione ſententiam elicimus quæ rei de quâ agitur, vel maximè quadrat. dicitúrque eâ formâ, quâ apud Terentium, Nam ſi illum objurges vitæ qui auxilium tulit, Quid facias illi qui dederit damnum, aut malum? Poſteriores tamen editiones ità mutarunt hunc verſum,

Quid fiet ſonti, quum rea mortis agar?

Lyncei autem nomen revocat mihi in memoriam mendum Metamorph. lib. 1. commiſſum in multis eorum quæ poſt Aldinam luci datæ ſunt editionibus, quum enim ità ſcriptum ſit in illâ,

Conſitáque arboribus Lyncea reliquerat arva,

& ſcribendum ità eſſe, cùm ex aliis, tum verò ex Strabone & Statio conſtet: deſciſcentes tamen hîc ab Aldo plerique typographi, & lectionem cujuſpiam exemplaris ei præferentes, (præ-

ſertim

ſertim quum illud Lyrcea durum auribus eorum eſſet,) in Lycea, quidam & in Lycæa mutaverunt.

Sed quid non putemus quo jure quâque injuriâ mutatum ab illis eſſe, qui Aldinam editionem neſcio quibus exemplaribus poſthabuerunt? in iis quoque locis ubi cum eâ lectione verſus ſtare nequit? Cujus etiam ignorantiæ exempla proferam. En igitur Amorum lib. 3. eleg. 3, initio,

Eſſe deos credámne? fidem jurata feſellit.

Ita quidem Aldina editio, verſu optimè ſtante: at verò aliæ multæ quæ poſtea prodierunt, hanc lectionem illi prætulerunt, claudicante verſu,

Eſſe deos credam? fidem jurata feſellit.

Adeo quidem ut meminerim me in quoſdam olim incidere, qui hujus verſûs autoritate probare vellent Naſonem nomen Fides productâ etiam primâ protuliſſe, ſicut & Fidus. Poterant verò iidem editionum earundem autoritate probare, verbum Tuli priore longâ apud eundem poetam legi. quum enim Aldina editio ita, initio elegiæ 10, lib. 3. Amorum,

Multa diúque tuli, vitiis patientia victa eſt,

illæ particulam Que, tanquam ſuperuacaneam, detrahentes, ita legendum nobis eum verſum dederunt,

Multa diu tuli, vitiis patientia victa eſt.

Quinetiam Nutantia primam correptam habet in carmine ad Liviam. (cujuſcunque id ſit) ſi eaſdem illas teſtes adhibemus, habent enim,

Lumina cærulea jam jámque nutantia morte.

quum habeat Aldina,

Lumina cærulea jam jámque natantia morte,

Addam his & aliud mendum circa ſyllabicam itidem quantitatem commiſſum, quod non minùs quis, ſed multò etiam magis fortaſſe admiretur nimirum lib. 3. Amorum, eleg. 4,

Quid tibi formoſa ſi non niſi caſta placebat.

Ita enim legitur hic verſus in editionibus quæ mihi dum hæc ſcribo, ad manum ſunt, nimirum in editione Colinæi, in tribus Lugdunenſibus, in Hervagianâ, quæ adjunctos habet commentarios. Sed fateor illas hîc quidem fideliter Aldinam eſſe ſequutas: quæ & alibi ſimile omnino mendum habet: nimirum 2 Am. el. 19,

Quid mihi fortuna quæ numquam fallere poſſit?

Meritò autem de illarum editionum typographis queri poſſumus & eo nomine, quòd quum ex vetuſtis codicibus quæ mala & mendoſa erant acciperent, ſiquid in iiſdem boni erat, negligebant: atque adeo verſus qui in Aldinâ editione deſunt. ut in epiſtola Didûs ad Æneam,

Uror, ut inducto ceratis ſulphure tedæ.
Æneam animo nóxque diéſque refert.

habent enim duos præterea verſus non pauci veteres libri, in quibus ità hic locus legitur,

Uror ut inducto ceratæ ſulphure tedæ.
Ut pia fumoſis addita thura focis.
Æneáſque oculis ſemper vigilantibus hæret,
Ænean animo nóxque diéſque refert.

(magìs enim mihi placet Ænean, quàm Æneámque ſcribere: quòd particula Que ad fulciendum labentem verſum addita videatur à nonnullis) Fateor alioqui eſſe & nonnullos quos non itidem addendos ex eorum autoritate cenſuerim. ut in epiſtolâ Paridis ad Helenam, ubi vulgatæ editiones habent,

Dii facerent, pretium magni certaminis eſſes,
Teque ſuo poſſet victor habere thoro:
Ut tulit Hippomenes Schœneida præmia curſûs,
Quæ propero curſu vicerat ante procos.
Ut ferus Alcides Acheloïa cornua fregit,
Dum petit amplexus Deïanira tuos.

quidam enim veteres duos hoſce interjectos habent inter quartum & quintum.

Sic & tu Phrygias venies regina per urbes,
Venit ut in Phrygios Hippodamia ſinus.

Atqui non cohærere cum præcedentibus & ſequentibus hos verſus, vel hoc indicat, quòd optantis in iis ſit oratio, at in duobus illis verſibus de eo, quod fiet, agatur. Sed multò etiam magìs digni ſunt qui rejiciantur, duo verſus, qui in Phædræ ad Hippolytum epiſtolâ ex veteribus quibuſdam libris itidem adduntur. nam quum ita legatur in vulgatis editionibus,

Iſta vetus pietas, aevo moritura futuro,
Ruſtica Saturno regna tenente fuit.
Juppiter eſſe pium ſtatuit quodcunque juvaret.
Et fas omne facit fratre marita ſoror.

quum, inquam, in iis ita legatur: in quibuſdam vetuſtis exemplaribus extant duo iſti perquam inſulſi illepidique & inepti verſus, inter ſecundum & tertium.

Saturnus periit, perierunt & ſua jura:
Sub Jove nunc mundus: juſſa ſequare Jovis.

Ex his patere jam vobis proteſt quale ſit illud alterum mali genus quod inueteratum eſſe dico: ſed quam ingraveſcat in dies, ii demum cognoſcent quibus editiones quæ quotidie in lucem prodeunt. cum ſuperioribus conferre grave non fuerit. Atque hæc ſunt quæ de duobus malorum generibus, quorum fautrix & altrix eſt typographorum ignorantia, dicenda, vos monendi causâ & cautiores reddendi, exiſtimavi. De duobus, inquam, quæ ut omnium maximè ſunt pernicioſa, ſic viciſſim minimè omnium perſpecta ſunt atque explorata. Ac certè illa ſunt quæ potiſſimùm

tiſſimùm ſignificare volui verſibus iſtis, quos habet à me nuperrimè ſcripta Querimonia typographicæ artis.

Turba quidem (fateor) me multa profeſſa magiſtram,
In ſcripta illorum perpetrat omne nefas :
Atque manu illotâ quæ ſunt ſacrata profanat,
Quam vel ſacrilegam dicere jure queas.

Sed præter illa omnia quæ ignorantia typographorum ac typographarum (hoc enim ad cumulandam hujus artis ignominiam reſtabat, ut etiam mulierculæ eam profiterentur) jam inuexit mala, quis non in dies nova expectanda putet ? Mihi certè, cujus alioqui & aures audiendis & oculi videndis infinitis quæ ab illâ proficiſcuntur malis aſſueverunt, novum tamen nuper ſe obtulit ſpectaculum : nimirum interpretationes quorundam libellorum Plutarchi in Budæicarum locum ſubſtitutæ. Itáne verò libris præceptorum libros diſcipulorum anteponi ? non eorum quidem certè de quibus dictum eſt, Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων, ſed ejuſmodi quibus nimis etiam fortaſſe honorificum eſt hoc nomen. Sic quorundam Xenophontis librorum interpretationibus ſucceſſerunt aliæ nuper, χάλκειαι χρυσείαις. Verum quid facerent miſeri typographi, qui quum de rebus hiſce non magìs quàm cæci de coloribus judicare queant, ſiquis de habendo delectu eorum, quæ editionem alicujus ſcriptoris inſignire poſſunt. habeatur ſermo, non aures ad eum (hoc enim non aliud eſt quàm ὄνος λύρας ἀκούειν) ſed crumenam aperiunt : & poſtquam ab hominibus quibus non tam eſt emuncta naris, quàm emungendi perita manus, audiverunt afferri à ſe novi aliquid quod editionem illam de quâ agitur, valde commendabit, non ſolùm omnibus quæ ab iis dicuntur, creduli ſunt, ſed etiam perſuadere aliis ea volunt in quæ alienam ſidem vel potiùs ſub alienâ fide ſuam interponunt : dum non ſuis ſed aliorum verbis, (quæ tanquam pſittaci non intellecta balbutiunt) in iis quas libris præfigunt epiſtolis modò non montes aureos pollicentur. Alioqui certè non dubito quin ex eorum numero plurimi ſint qui, ſi ea quæ ibi mentiuntur intelligerent, ſuam hanc artem cum quovis diſpendio deſinere, eâque ſeſe velut abdicare mallent, quàm cogi ſub alienis verbis, & quidem minimè intellectis, verba emptoribus dare, & ſub alienâ (uti dixi) fide ſuam interponendo, infideliſſimè cum illis agere.

Verumenimuero ad eorum ignorantiam plerumque accedit avaritia, (malum in arte typographicâ magìs quàm in aliâ ullâ formidandum) & quidem cui illam ipſam, cujus eos pudere deberet, ignorantiam prætexunt. Dum enim ignorare ſe dicunt, quid utilitatis editioni ſuæ afferre poſſit impenſa in hoc vel illud opera, quis ex recognitione aut ex variorum exemplarium collatione ad literarum ſtudioſos rediturus ſit fructus, lubenter

ſumptibus parcunt, & ſuam interim editionem iis quæ requirit adminiculis fraudant : illud in ore ſemper habentes, Non minoris propterea væniet. Sed quid de veterum exemplarium inter ſe collatione loquor ? Imò in deligendo etiam typographico exemplari quod in ſuâ editione ſequantur, nummis belli quidam typographi parcunt : ideóque quod primum in illorum manus incidit, ſi eſt Aldino aut alio quopiam vilius, eo contenti ſunt. Fateor tamen eſſe aliquos, qui ne hoc quidem norint, quid ab Aldo, quid ab aliis petere debeant. Quod ne valde mirer, facit quidam, qui, dum in quodam opere meo ingenioſus eſſe voluit, nimirum in meâ Xenophentis editione, oſtendit ſe cùm alia multa multis etiam pueris nota, ignorare, tum verò Xenophontem ex Venetâ Aldi officinâ, & ex Florentinâ hæredum Philippi Juntæ prodiiſſe. Sed quid tum ? (dicet quiſpiam) quid hujus rei ignoratio afferre damni potuit ? Imò verò illius ignorationis dat illi pœnas Xenophon in illâ, quæ ad meam effictа eſt (licèt id diſſimuletur) editione. Nam quum ego in meâ non ſolùm multos veteres codices, ſed etiam omnes undique conquiſitas editiones typographicas, Aldinam, Florentinam, Germanicas aliquot : in quibuſdam verò libellis & Pariſinam, necnon Complutenſem, quandam item quæ ex officinâ Anſhelmianâ prodiit in conſilium adhibuiſſem , bonus ille vir, qui quum Germanicas tantùm viderit, cæterarum nomen ne fando quidem audierit, omnes tamen ſe vidiſſe putat, (quod perinde eſt ac ſiquis viſis tribus aut quatuor Germaniæ oppidulis, omnes ſe Germaniæ urbas peragraſſe jactaret) tyrannicam quandam in meum Xenophontem cenſuram agit, dum illius textum multis lectionibus alioqui commodiſſimis ſpoliat, quoniam in nullis codicibus extant, ut ille inquit. Siccine (quæſo) hujus rei ignoratio in Xenophontis immerentis caput redundare debuit ? ut omittam alia vulnera quæ ignorantia & inſcitia illi ibidem inflixit. Atqui facilè per literas conſuli de ſingulis potuiſſem, ne indictâ cauſâ damnarentur lectiones illæ : præſertim verò interrogari annon ſolæ Germanicæ editiones ante meam prodiiſſent, & qui eas vidiſſet, viſas ſibi eſſe omnes, jactare poſſet. Ego certè tunc Xenophontis mei cauſam agi, aut etiam (ut ita dicam) de Xenophontis mei capite agi intelligens, non tantùm lubentiſſimè reſcripſiſſem, quæ editiones comprehenderentur voce Omnes, ſed non credenti inſpiciendi etiam copiam feciſſem, miſſis qui eas ad illum perferrent, antequam in nobilem illum ſcriptorem aliquid ſecus ſtatueretur. Paſſus eſt autem in eâdem illâ editione ad meam affictá, quædam etiam nova vulnera, uti dixi : tantum abeſt, ut iis quæ aliis ſananda reliqueram, (hoc enim ingenuè fateor) medicina fuerit adhibita.

Hanc etiam querimoniam, viri chariſſimi, lubenter tanquam

in

n ſinum veſtrum effudi: quòd Xenophontem, olim amorem deiciáſque Muſarum ſupra quoſvis alios exiſtimatum, à vobis itidem unicè amari, & veſtras eſſe delicias intelligam. Fateor interim, me ad hæc ſpectacula quiddam humanitus pati, quum nimirum editiones quæ ad meas ſeu ex meis effictæ ſunt, tam miſerè depravatas conſpicor. (idem enim & meæ Pindari editioni contigit: & in idem diſcriminis Herodoteam quoque & Thucydideam venire ſcio) Nec tamen propterea quicquam de ſolitâ diligentiâ remitto, ſed quo pede cœpi pergo, in veſtram aliorúmque veſtri ſimilium, in omnium denique literatorum, atque adeo in ipſarum literarum gratiam. Vires autem animo pares vos ut mihi à Deo Opt. Max. precemini, etiam atque etiam precor. Valete. Mitto cum hâc epiſtolâ poema nuper à me ſcriptum, in quo habetur Artis typographicæ querimonia, unde ſunt quatuor ii verſus, quos paulò antè protuli. Ei autem adjuncta ſunt doctorum quorundam typographorum epitaphia. Valete iterum. Ex typographeio meo, ſeu typographicâ meâ Officina. Anno M. D. LXIX, Cal. Martiis.

HENRICUS STEPHANUS
JOACHIMO CAMERARIO S. P. D.

QUanvis epiſtolæ, quam ad quoſdam amicos ſcripſi, partem tibi vendices, amiciſſime Joachime, vel maximam, te tamen & peculiari dignari, ſi non epiſtolâ, epiſtolio certè, officii eſſe mei exiſtimavi. Præſertim quum tuo mihi patrocinio opus eſſe intelligerem (hoc enim præcepi, atque animo mecum antè peregi) adversùs eos quibus multa quæ in eâ ſcripſi, odioſa fore ſcio: eo quidem certè pacto quo veritatem odium parere, dixit olim Terentius. Quid enim attinebat (inquient) quorundam typographorum ignorantiam detegere ac traducere? quid attinebat tam monſtroſos vulgarium Lexicorum errores tanquam in theatrum producere? Verùm quid hoc fuerit aliud quàm dicere, Quid attinebat literarum ſtudioſos, unde ſibi cavere debeant admonere, & imminens illis periculum oſtendere? (ut alias omittam rationes à me in alterâ epiſtolâ commemoratas, quæ ad eos Lexicorum errores patefaciendos impulerunt: ut etiam omittam, miſerum typographiæ ſtatum, ab eo qui typographus non eſſet, vix potuiſſe cognoſci, nedum deſcribi) Sed quid ego hæc tibi, quem mihi multò quàm meipſum meliùs poſſe patrocinari ſcio? Quod ut facias, etiam atque etiam te rogo. Attexi autem huic epiſtolæ catalogum quendam, quem alteri attexere oblitus eram. At librorum meorum indicem cum illâ accipies: ad quem pertinent iſti quos tibi privatim mittam jambi.

EST nundinatrix turba paſſim plurima,
Quæ curiola curioſè me rogat,
Ecquid novi das nundinis his proximis?
Si dico, Nil do, polliceri me volunt
Ad nundinas quæ proximis ſunt proximæ.
Si polliceri nolo, tunc expoſtulant,
Francfordienſes nundinas quod negligam:
Obſtrictus i lis ſcilicet tanquam forem.
Iſtos relinquo: literis mox obruor
Italis ab oris, Gallicis, & Anglicis,
Germanicíſque, quæ novi quid moliar,
Aggreſſus aut quid ſim, quid aggredi parem,
Futurus ordo quis laborum ſit rogant.
Et plura rebus ſcire de meis avent,
Quàm ſcire, vates ipſemet ni ſim, queam.
Habent ſed iſtud proprium Germanicæ,
Suas ſubinde nundinas quòd allegant,
Et eſſe creaunt debitorem nundinis.
Harum quis uſus literarum eſt omnium?
Nempe, admovere dum mihi calcar volunt,
Fræno morentur ut retracto me velut.
Nam ſcriptitandis quod viciſſim literis
Impendo quamuis illibenter temporis,
Hoc illa poſſent opera maturarier,
Properare quæ ſuadent, adhortantur, petunt.
Huic ut mederer non levi tandem malo,
Quicquid vel ante nundinis illis dedi,
Brevi aut daturus ſum, favente numine,
Id omne chartis comprehendi pauculis,
Quæ ſint amico miſſa nulli epiſtolâ,
Et miſſa amicis ſint epiſtolâ omnibus.
Fideliáque parietes multos ſimul
Unâ ut dealbem, non duos tantummodo.
Sed numerus horum quæ do, quæ brevi dabo,
Exiguus eſſe cui videbitur, ſciat
Proſtare merces plurimas in nundinis,
Numerare quas non, ponderare ſed ſolent.

Henricus Stephanus aliquando poſt annum 1569. ex parte [1] compoſuit & compilavit ac (licèt abſque anni, typographi, ſymbolíve typographi in-

[1] Jo. Deckher. de ſcript. Adeſpot.

dicio)

dicio) Latinè Gallicéque excudit forſan (uti ex charactere conjicio) cædis in Ludovicnm Borbonium 1569. 3. Id. Mart. indignè ac perfidè interfectum perpetratæ narrationem, ejuſdem Reginarúmq; Navarræ & Angliæ literas, ac varia in eundem à ſe aliiſque Hebraïce Græcè Latinéque ſcripta epitaphia.

Anno 1569. Bezæ Poemeta prodierunt: quæ editio vocatur ſecunda, non forſan quòd Henricus ea priùs vulgaverit, ſed quòd prior fuerit Poematum editio [1] ſeu Epigrammatum à Bezâ [2] olim editorum, in quibus quædam erant amatoria & interdum licentioſiùs, ad veterum videlicet Poetarum imitationem, conſcripta: Hæc autem ſecunda editio ab ipſo Bezâ recognita eſt & dicata (ann. 1569. Prid. Id. Mai.) Andreæ Duditio, qui dudum Hungarici pſeudocleri in Tridentino conciliabulo orator ad reformatam religionem tranſiverat. Alteram poſtea horum poematum editionem emiſit Stephanus, quam nuncupavit tertiam, ſed nec ſuo nomine nec anni charactere appoſito. Illi adnexuit quædam Poemata Buchanani, Politiani, Pontani, Sannazarii, Flaminii, aliorúmque, nonnulla quoque ex ſuis & Latinis & Græcis epigrammata. Huic, Abrami ſacrificium Gallicam Tragædiam à Bezâ ann. 1550. Octob. 1. compoſitam, [3] à Conrado Badio excuſam.

[1] Poem.Bez.1569. Epiſt. p. 8. [2] Apud R. S. ann. 1548. [3] Poem. Bez. an. 1569. Epiſt. p. 8.

Quoniam autem hic Bezæ incidit mentio, iſque non tantùm Roberto Stephano & Henrico coævus ac penè coætaneus, ſed etiam [1] familiaris fuit; nonnihil de illo haud pigebit inſpergere. Theodorus Beza Vezelius natus eſt anno [2] 1519. Jun. 24. [3] Poeticæ ab ipſâ pueritiâ deditus, quam ſub Meliore Volmario Rufo Rotuillenſi (de quo H. S. in dialogo de inſtitu.) præceptore Biturigibus excoluit. Indè circiter annum ætatis 17m (1535) ex Patris voluntate Aureliam venit juri civili operam daturus. Ibi ad Poeticæ ſtudium accenſus exemplo Jo. Dampetri fœliciſſimi Hendecaſyllabon poetæ aliorùmque eruditorum hominum, propoſuit ſibi in Bucolicis & ſylvulis quibuſdam ſcribendis imitandum Virgilium, in elegiis Ovidium, (cujus ingenii ubertate magìs quàm Tibulli munditie capiebatur.) In epigrammatibus, (quod ſcribendi genus quâdam ingenii proclivitate amplectebatur) Catullum & Martialem; illius melle hujus ſalibus ità captus, ut ſtuderet eorum quàm ſimillimus in ſcribendo evadere; adeo tamen cautus, ut ab obſcœnis oculos inter legendum averteret. Poematia quædam ad Meliorem ſuum quondam præceptorem Tubingæ jus civile profitentem (ut gratum diſcipulum oportuit facere) miſit, quæ ità ei placuerunt, ut non deſtiterit, donec ea nomini ejus

[1] Epiſtol. Bez. ante N. T. Gr. & Athan. Dial. [2] Anton. Fayus de vitâ & obitu Bezæ. [3] Poem. Bez. Epiſtol.

dedicaret.

dedicaret. Reverſus itaque Aureliâ Lutetiam, familiaritatem conflavit cum doctiſſimis illius Academiæ hominibus, Joanne Stracelio, Adriano Turnebo, [1] Georgióque Buchanano, aliiſque; qui ei, quum Franciſci ſecundi Genethliacon ſcripſiſſet, uno conſenſu primas in Epigrammate ſcribendo tribuerunt. Tum Libellum ſuum Poematum (R. S. 1548.) emiſit, qui à Gallis & Italis ſic exceptus eſt, ut horum præſtantiſſimus M. Antonius Flaminius dixerit, ſe demum agnoſcere, Muſas ſuperatis Alpibus in Gallias penetrâſſe. Jam verò Reformatæ Religionis deſiderio (quod in Gallicâ profiteri ſinè certo vitæ diſcrimine non licebat) inflammatus, unà cum uxore ſibi [2] ante annos quatuor deſponſâ Genevam confugit; ubi à Calvino amantiſſimè exceptus, poſtea Lauſannam, Bernatum Academiam, ad Græcas literas profitendas evocatus eſt, ibíque, cum ſe [3] Poematum olim editorum pœnitere confeſſus eſſet, in eccleſiâ regendâ functionem accepit. Indè ex Reginæ Matris Regíſque Navarreni procerúmque aliorum voluntate Galliam (anno 1561. ut ſcilicet Poſſiaceno conventui, de quo priùs, intereſſet) profectus eſt. Genevam poſtea remigravit: & tandem cum Pontificii eum calumniis ob ſua juveni-

[1] Vides, Lector, Henr. Stephanum non ſinè cauſâ Bezæ Poematibus, Buchanani & Flaminii ejus familiarium poemata ſociaviſſe. [2] Poem. Bez. Epiſt. p. 10. [3] Lege Epiſtol. de Juvenilibus Bezæ poematis, ann. 1683. Amſtel. excuſam, in quâ Maimburgius aliíque Bezæ obtrectatores confutantur.

lia

lia poemata onerarent; illa, quæ nunquam edita eſſe præſtabat, prorſus abolevit; paucula, & ea caſtigata ſervavit; alia inter ſuas ſchedas reperta, ſubſtituit: quæ, unà cum epiſtolâ (quâ & ſe ab inimicorum maledictis purgat, ſed etiam eadem à ſe in Pontificios transfert) edenda Henrico [1] Stephano tradidit. [2] Supremum Beza obiit diem anno 1605. ætat. 87. Octob. 13. Ex his ſupradictis diſcant adoleſcentes Poeſeos ſtudioſi non ſolùm Authores deligere, ſed & cautè caſtéque legere.

Ad Stephannm redeo, qui, biennio abhinc de Hebræis bene meritus, hôc anno 1569. à Chaldæis & Syris majorem init gratiam, vulgatâ Immanuelis Tremellii (quam author Matth. Parkero Archiepiſcopo Cantuarienſi an. 1568. Cal. Mart. dicaverat) Grammaticâ, primùm ſeorſim, deinde Novo Teſtamento adjunctâ, quod eodem anno Græcè & Syriacè, Hebræis typis deſcriptum, cum Latinâ utriuſque linguæ interpretatione prodiit. In eo enim, utì & in aliis, Henricus ad Patris exemplum ſe compoſuit, ut non ſemper profanis ſed & ſacris etiam operam Typographicam impenderet; &, ſi non ſemper ſacris, iis ſaltem ple-

[1] Beza Henrici Stephani eruditionem laudat in ſuâ ad Calvin. Comment. Gall in Joſ. præfatione. p. 12. 13. 1565. *Calvin fit le Catechiſme, qui de François à eté traduit en diverſes Langues; par l'autheur meſme, en Latin; en Grec, par Henri Eſtienne, & en Hebrieu, par Emanuel Tremellius, tous deux fort ſçavans perſonnages, & bien exercés eſdites langues; finalement en Italien, Allemand, Anglois, Eſcoſſois, Flamand, & eſpagnol.* [2] Calvis.

rumque

rumque ſcriptis, quæ ad mores bonos conducunt. Eâ ratione collegit hôc anno Græcorum Comicorum ſententias, Bavariæ Duci inſcribens, Latinis verſibus redditas & annotationibus à ſe illuſtratas; quas [1] eò magis Lectioni commendat, quod Divus Paulus earum unam ex Menandro in ſuam priorem ad Corinthios (c. 15. v. 33.) epiſtolam tranſcripſerit. Calci addidit Comicorum Latinorum ſententias, & Publii Syri Mimos cum Eraſmi explicatione. Editionis [2] Morelianæ aliquando interpretationem [3] notat. [4] Meminit in uno ex vetuſtis, quæ Pater in editione N. T. conſuluit, exemplaribus ſe legiſſe hæc verba margini (1 Corinth. c. 15. v. 33.) adſcripta, Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ γνώμη ἐν Θαδίᾳ. ubi reponit Θαΐδι, cujus vocis poſtremæ literæ oculos propemodum fugiebant. Dum has gnomas edebat, abſolverat jam duos tomos Plutarchi, nondum verò tertium; affert enim [5] ex illis multa loca, ad paginarum (333. 425. 828. 1317. 1345. 1353.) numerum remittens; [6] ex hôc verò, paginâ non adnotatâ. [7] Ex Theſauro Græco, quem ferè ad [8] finem perduxerat, citat ſignificationem vocit πλεονεξία. [9] In citando Clemente Alexandrino, editione Florentinâ uſus eſt. Si cui hæc, de quibus paſſim lectorem moneo, levioris eſſe momen-

[1] Epiſto. ad Bavar. [2] Morel. Gnom. p. 45. [3] Gnom. H. S. p. 182. 341. [4] P. 351. [5] P. 158. 159. 100. 177. 119. 128. [6] P. 14. ex fine ad Colot. [7] P. 170. [8] Lege Epiſtol. ante Herodot. 1570. [9] P. 380.

ti

ti videantur, aliter certè ſentio; intereſt enim ſcire, quibus codicibus uſus ſit ille, qui nonniſi emendatiſſimis (quantum fieri poterat) utebatur.

Henricus otio erat ità alienus, ut illa etiam, quæ animo relaxando interdum dedit, tempora à ſtudio omnino vacare non pateretur. Si ruri aliquando equitaret (quâ corporis exercitatione videtur fuiſſe plurimùm delectatus), tædium laborémque viæ luſu poetico fallebat. Si à quopiam viro nobili (ut erat omnibus gratiſſimus) ruſticanâ domo exciperetur, ſuâ poeſi ſe ibi exercebat. Hanc artem (uti priùs obſervatum eſt) ſibi in deliciis fuiſſe ab unguiculis teſtatur; in quâ quantum profecerit, intelligi poteſt ex Epigrammatis ab ipſo & ab aliis de Græco verſis, quæ, ut in variis locis ità etiam in variis ſcripta chartulis ſparſa jacebant, collegit; eáque non paucis extemporaneis locupletata, annotatiunculis illuſtrata, Othoni Comiti Solmenſi, in cujus domo pleraque nata fuerant, anno 1570. dedicavit. [1] Hôc anno (15. Aug.) Beza ei excudendos tradidit, Athanaſii de ſacrâ Trinitate quinque dialogos à Græculo quodam per Genevam tranſeunte redemptos, Baſilii adverſùs Eunomium quatuor, Anaſtaſii & Cyrilli explicationem fidei Orthodoxæ (cujus exemplar Baſilius Amerbachius J C^tus communicavit), cum ſuâ tri-

[1] Epiſt. Bez.

um

um horum opuſculorum Latinâ interpretatione. Baſilii enim Trapezuntianam verſionem (quæ tamen ei ad germanam lectionem eruendam profuit) emendare inutilis fuiſſet labor. His adjunxit Phœbadii contra Arrianos libellum, quem ad eum P. Pithœus in Germani Colladonii bibliothecâ venatus detulerat. Henricus, dum in Plutarchi partim operibus promovendis partim in [1] abſolvendâ Herodoti Græci editione (quam Laertianæ ſociam promiſerat) occupatur, quantum otii ſuffurari potuit, Laertio, cujus Baſileenſem editionem partim ipſe partim Henricus Scrimgerus altérque Henricus anonymus cum variis exemplaribus antiquis contulerant, notis brevibus adornando impendit, quem cum Pythagoreorum fragmentis Græcè & Latinè ſeorſim excuſum Joanni Cratoni Cæſaris Conſiliario, perpetuum amicitiæ pignus, miſit unà cum Herodoto Græco: [2] qui, quamvis ante novem aut decem menſes ultimam illi manum operæ impoſuiſſent, comitem Theſaurum expectabat Græcum, cui ad ultimam licèt Alphabeti literam perducto multa tamen cum adhuc deeſſent, Stephanus ulterius noluit ſuum Herodotum morari; [3] quem Ioniſmorum Gallicornm ſpicilegio, & Græcis, quæ nuper equitans in illum luſerat, epigrammatibus ornatum, Joachimi Camerarii prolegomenis & vocum Ionicarum huic Authori cum Homero com-

[1] Epiſt. ad Crat. & Lector. ante Laert. [2] Epiſt. ante Herod. 1570. [3] Ibid. Epiſtol. Dedic. & ad lector.

munium

munium partim à Camerario partim à ſe collecta-rum catalogo auctum Jacobo à Broulart Lagnii Comiti Græcorum ſcriptorum & Homeri præſertim ſtudioſo dedicavit. Camerarii & Stephani amicitiam amoris erga Herodotum ſocietas plurimùm auxit. Camerarius, qualemcunque Græcæ linguæ facultatem conſecutus eſt, eam magnâ ex parte Herodoti lectioni acceptam debere ſe fatetur: ex quo olim à ſuo magiſtro ad audiendum Crocum domi ſuæ quibuſdam Herodoti hiſtorias explicantem miſſus eſt. Stephano eò gratior erat Herodotus, quòd apud hunc tot Ionici occurrant Gallicifmi, quorum apud Jacobum à Broulart mentionem fecerat, quum de Gallicæ cum Linguâ Græcâ affinitatis libello ſermo incidiſſet. Is annotationes in hunc Authorem unà cum annotationibus in Xenophontem ſe propediem daturum ſperabat, quæ eum forſan ſpes fefellit. Optat interim, ut ne aliquis ipſius in Herodotum vigilias (quod ſuo Thucydidi accidit) ſibi vendicans falcem in alienam meſſem inferat. Henricus, tribus antiquiſſimis Græcorum Hiſtoricorum excuſis, [1] cum Titi Livii conciones ſeorſim editas ſummopere placere comperiſſet, ſtatuit idem in utriuſque linhiſtoricis præſtare: Huic operi ante aliquot menſes cœpto extremam hôc anno manum impoſuit; idque inſcripſit Pomponio Bellevræo Regis Gallia-

[1] Lege epiſtolas Steph. ad Bellevr. & Lector. & Veratii, præfixas concion.

rum

rum apud Helvetios Legato; cujus judicio dirimendam permittit litem inter Dionyſium Halicarnaſſeum, & Plutarchum ac Ciceronem; quorum ille (in ſuo de Hiſtoriâ Thucydidis Libello [1] olim Venetiis lecto) damnat, hi laudant eam, quam Thucydides in libro ſuæ Hiſtoriæ ſecundo Pericli tribuit, concionem. Sed contraria magnorum virorum ſæpe ſunt judicia; quod quidem in epiſtolâ ſelectis epigrammatibus præfixâ obſervavit, ubi [2] dictum de natali Alexandri die idem & à Plutarcho ut omnino frigidum exibilatur, & Ciceroni tamen maximè placuit. In concionibus ex Polybio & Arriano excerptis contextum Græcum emendavit Stephanus: Omiſit Dionis, utì & aliorum, longiſſimas: Argumenta à Jobo Veratio Rhetorices peritiſſimo conſcripta habent omnes, præter Saluſtianas & Livianas, quibus eadem, quæ priùs edita, præfixa ſunt. In hoc opus admiſit ſolas conciones directas, non obliquas (quales Cæſarianæ); Nonnullarum initium ab obliquâ ſermonis ſtructurâ petitum diverſo typorum genere excuditur. Hoc Syntagma unà cum epigrammatibus ſelectis Bellevræo miſit.

Anno 1571. nil occurrit mihi, quod prodierit ex officinâ Henrici; neque tamen otii nota inurenda eſt, in duobus maximi momenti operibus occupato; quæ coram eduxit proximo anno 1572. Plutarchi opera Græcè ſeorſim & Latinè ex inter-

[1] Lege priùs. [2] Plut. in Vit. Alex. & Cicer. 2. de Nat. Deor.

pre-

pretatione, in vitis, Cruſerii; in opuſculis, Xilandri & H. Stephani partim, partim aliorum; cum trium illorum in vitas, in libros de eſu carnium H. Stephani & alia nonnulla opuſcula annotationibus, adjecto Æm. Probi ob argumenti ſimilitudinem libello, copioſiſſimóque in omnia indice præfixíſque ſuis tribus in Plutarchum epigrammatibus, epiſtolâ Cal. Ian. datâ, Reginaldo Ferrerio Galliarum Regi apud Venetos legato miſit.

[1] Stephaneæ ſtirpi id fuiſſe proprium videtur, ut effoderent Theſauros, Ciceronianum Carolus, Latinum Robertus, Græcum Henricus. [2] Verùm Henrici Theſauro diu in morâ "metus, ne illud "quoque opus repentè incideret in eos æſtima-"tores, qui ad errorum ab aliis commiſſorum cen-"turias ſolebant connivere, ad ipſius decadas ocu-"los pluſquam Lynceos afferre. Vulgata, quæ "tunc omnium manibus terebantur, Lexica nil "aliud erant quàm omnifaria, ſed omni carens "judicio, conſarcinatio: At verò in ſuo The-"ſauro, præterquam quòd omnia, quoad fieri "potuit, ex ipſis hauſerit fontibus (quod & Pater "ejus Robertus in Latino ſtudioſè fecerat), om-"niáque ſuis autoribus accepta tulerit, ſuo nomine "quenque (ſive antiquum ſive recentem ſive etiam "ſui temporis) deſignans, ità tamen ut ſuum paſ-"ſim judicium interponeret; præterquam etiam

[1] Almeloov. p. 71. [2] Epiſtol. præfix. Art. Med. Princ.

quòd

" quòd aptiſſimum in diſponendis diverſis ſigni-
" ficationibus diſtinguendíſque earum exemplis
" ordinem tenuerit; denique præterquàm quòd
" in linguâ Græcâ fecerit (non ſinè magno &
" propè incredibili labore) quod in nullâ unquam
" niſi in Hebraïcâ factum fuiſſe audivimus; &
" cùm in aliis difficillimum factu eſſe, tum verò in
" Græcâ ne fieri quidem poſſe multi crediderint, ut
" nimirum infinitam illam verborum multitudinem
" ad certas radices reduxerit, totámque ſingulorum
" verborum proſapiam ſub uno aſpectu poſuerit, tri-
" tavum abavum proavum avum ordine collocans:
" præter hæc omnia, jam ſe plurima reſtituiſſe
" aſſeruit in iis, quæ ſuo Theſauro cum aliis Lexi-
" cis communia ſunt; multò verò plura, niſi ani-
" mus & vires deeſſent, reſtituturus. Tandem igitur anno 1572. [1] Cal. Mart. opere illo eruditiſſimo Rempublicam donavit literariam, eodem ferè ſuæ ætatis anno, quo Pater Robertus ſuum ediderat: Huic enim 41us. Illi 44us. annus agebatur. Illud Græcæ linguæ ærarium Maximiliano II. Imper. Carolo IX Reg. Gall. Eliſabethæ Regin. Brit. Friderico Com. Palat. Auguſto Duc. Sax. Joan. Georgio March. Brandeb. eorúmque Academiis dicavit, apud quos in ſuis Epigrammatibus præfixis queritur ſe illo Theſauro ex divite egenum, ex juvene ſenem factum fuiſſe. [2] Optat, ut ne ſuo id, [3] quod olim paterno, operi contingat. Illud

[1] Theſ. p. 2. [2] Theſ. Tom. 1. ad Lect. p. 20. [3] Lege in Vit. Rob. ann. 1543.

præmiſſis Scipionis Carteromachi, M. Antonii Antimachi, Conradi Heresbachii de Græcarum literarum laude Orationibus, & adjectis libellorum ad Theſaurum Græcæ linguæ pertinentium appendice largóque vocum omnium indice adornavit. Huic Theſauro Privilegiorum diplomata obtinuerat à Carolo IX Galliarum Rege anno 1561. Julii die 13. & à Maximiliano II. Imperarore anno 1570. 15. Febr. & 17. Sept. Apparet itaque eum ab anno 1561°. quo primum indultum eſt privilegium, uſque ad annum 1572^{m}. quo Theſaurus prodiit, ei abſolvendo tantum ferè temporis impendiſſe, quantum Robertus Pater ſuo dederat ab anno 1531. quo ſpecimen primum, ad annum 1572. quo ultimum in lucem emiſſum eſt. Eodem, quo Theſaurus, anno, ſcilicet 1572. Indicem quoque quatuor Theſauri tomis additum prodiſſe intelliget, quicumque legerit Henrici Stephani ad Lectorem epiſtolam tomo primo præfixam p. 10. lin. 47. ac Regiſtrum tomorum quinque ad Indicis calcem rejectum. Id autem lectorem monere volui, quòd audiverim, qui eum Indicem poſteriori (de quâ poſtea) Theſauri editioni additum ex malè intellectâ admonitione iſti editioni præfixâ putaverunt.

At quaſi non adhuc omnium aut potiùs ſuis votis ſatisfeciſſet, Anno proximo Cal. Feb. 1573.

Gloſſaria

Gloſſaria duo [x] cùm ab aliis plurimis tum à Jacobo Cujacio valde deſiderata, & de Atticæ linguæ idiomatis commentarium, Thomæ Redingero dicata, vulgavit. Fecerat [y] animi magìs quàm corporis ægritudo, ut ejus Gloſſaria tardiùs in lucem prodierint ſpe & ſuâ & aliorum, qui lubenter uni cuipiam ex Theſauri tomis aſſuenda curâſſent. Eam animi (ut conjicio) ægritudinem effecerat res, quam poſiti in literis promovendis præſertim in Græco Theſauro abſolvendo ſumptus exhauſerant, domi anguſtiſſima. Sed aliquando uti & Romæ ità & paſſim evenit, ut ex vocis fidiúmve modulatione aut agilitate pedum multò uberior quàm ex literis quæſtus fiat. Id interim obſervatione dignum eſt, imperium Romanum nunquam magis quàm ſub Auguſto Literatorum Patrono floruiſſe; & tunc cœptum in pejus ruere, cum Cæſares Citharœdis & Ludionibus favere cœperint. Henrici Theſaurus in ea incidit tempora, cum res in Galliâ Religionis ergô multùm turbarentur; nec poterat idem à Carolo, quod Pater à Franciſco expertus eſt, ſperare patrocinium.

Poſteriorem illius Theſauri editionem prodiiſſe tam certum eſt, quàm quo anno prodierit incertum. Editionis enim iſtius fronti nullius anni character præfigitur, ſed in loco, ubi prior annum indicat, leguntur hæc, *Henrici Stephani Oliva*; ac præterea additur hoc diſtichon.

[x] Gloſſ. Epiſt.

Theſaurus lectori, de eâ, quam fecit quidam, ejus epitome.

Quidam ἐπιτέμνων me capulo tenus abdidit enſem :

Æger eram à ſcapulis, ſanus at huc redeo.

Hôc epigrammate in vocibus *capulo* & *ſcapulis* alludit ad Johannis Scapulæ nomen, qui fecerat Theſauri Græci epitomen titulum Lexici Græco L. novi præferentem, de quâ prolixè agit in admonitione ad lectorem poſteriori Theſauri editioni præfixî. " [1] Prævideraт fore, ut aliquis Theſauro " illi manus afferret πρὸς τὸ ἐπιτέμνειν. Operam itaque inter fabricandum ejus corpus dederat, ut " alii quàm ſibi fabro talis inciſio periculoſa eſſet. " Hujus periculi in ipſâ [2] præfatione mentionem " fecerat, ut à tentandâ ejuſmodi inciſione pluri- " mos abſterreret. Aliquot igitur viri docti (quod " unus eorum ipſi fateri non erubuit) inſidiis anim- " adverſis admotas manus ſtatim removerunt. At " quidam (Scapula ſcilicet, cujus nomen noluit apertè indicare) " Theſaurum (nam imperitia " eſt audax) de vivo multis in locis reſecuit, om- " néſque ejus propemodum venas nervóſque inci- " dit. Hic ἐπιτομολεξικοῤῥάφος, dum crumenæ emptoris " vult conſulere, illius ſtudiis peſſimè conſuluit. " Illius epitomes ſpecimen ab ipſomet aliquot poſt " Theſauri editionem annis allatam Henricus mul- " ta reprehenſione digna habere oſtendit, ſéque " ſuam pecuniam in meliores merces velle collo- " care dixit. Iſte tamen, quamvis ſuam agnoſcere " inſcitiam videretur, in opere illo, quo pede cœ-

[1] Admonitio Præfix. Poſterior. edit. Theſ. [2] Pag. 17.

perat,

" perat, perrexit. Henricus itaque in poſteriore ſui Theſauri editione " monere lectorem de eo, " quod accidit, officii ſui eſſe exiſtimavit ; nil " magis diſpendioſum quàm illius epitomes com- " pendium ; in quâ, dum Theſauri epitomen ha- " bere te putas, proverbiale illud contingit, " θησαυρὸς ἄνθρακες : cujus Author diverſas multorum " locorum expoſitiones necnon ipſorum expoſito- " rum nomina ; Voces item plurimas, quas Græ- " ca lingua ex aliis mutuata eſt ; plurima præte- " rea, quæ in vulgaribus ſuperioris temporis lexi- " cis leguntur, & in Theſauro duabus hiſce literis " v. l. ſignantur ; ea denique, quæ, quum ad ſe- " cretiorem Græcæ linguæ cognitionem pertine- " ant, primus tamen & ſolus & in eo ſolùm libro " tractavit Henricus, miſſa fecit. Hanc partem " cum maximâ Linguæ Græcæ ſtudioſorum jecturâ " reſectam fuiſſe Henricus ſe oſtenſuınm promit- " tit, quum illa Græcæ Linguæ arcana pergeret " patefacere ; ſéque illi tractatui συναγωγὴν quan- " dam Græcarum vocum (partim quæ à ſe & ab " amicis poſt editionem Theſauri obſervatæ, par- " tim quæ in Lexicis illâ poſterioribus inventæ " fuerint) ſubjuncturum ; & (ſi opus ſit) in non- " nulla, quæ ex aliis (non diſſimulatis illorum no- " minibus) habet, in quædam pariter, quæ ſua " ſunt, ſeveram cenſuram acturum. Hæc autem " omnia (*quæ nondum ſcio eum præſtitiſſe*) non " huic poſteriori Theſauri editioni inſerere, ve-

" rùm ſeorſum edere decreverat, ne ei, qui jam " priorem emiſſet, poſterior etiam comparanda " eſſet; ſed in illâ ejúſque corollario divitiarum " Græcarum cumulum & ipſe poſſideret. Addam etiam quæ de illo ſcapulâ Scribit [1] Malincrotius. " Æmulatione laudabili incitatus filius ejus (ſcil. Roberti) " & in arte ſucceſſor Henricus Stepha- " nus, præter alia multa & diverſa, grandia poſt- " modum tria de linguâ Græcanicâ ejuſdem tituli (ſcil. Theſauri) " volumina, infinito labore con- " geſta & magno doctorum plauſu excepta in lu- " cem dedit, niſi quòd miniſtri ſeu adjuræ ſui " Scapulæ fraude & deceptione minus ex illâ edi- " tione ſuâ lucri quàm gloriæ collegit, adeóque " ſumptibus immenſis ob tardiorem exemplarium " diſtractionem non ſatìs celeriter receptis fortu- " narum jacturam aliquam fecit. Equidem ſemper miratus ſum illud Scapulæ Lexicon, opus Tyronibus non minùs perfidum quàm Author ſuo hero fuerat, toties eſſe excuſum, tantóque in pretio apud emptores habitum. Alumnis olim Weſtmonaſterienſibus uſum iſtius Lexici interdicere ſolebat Doctiſſimus Busbeius, cujus erga me beneficia meo nunquam animo excident, vir in Linguæ Græcæ tum cognitione tum inſtitutione omnibus ævi ſui ac præteriti forſánque & futuri magiſtris longè ſuperior. Suſpectos habemus in rebus Politicis, & quidni in literariis? *Viarum compendioſarum*

[1] Almeloov. p. 100. ex Malinc. Diſſert. de Art.Typog. cap. 14.

inven-

inventores, qui ex operibus alienis, quam ex ſuis non poſſunt, gloriam quærunt. Circulatores hujuſmodi literarii incautos Tyrones, quibus brevia diſcendi compendia monſtrare ſe gloriantur, à viâ tritâ tutâque in diverticula & errorem abducunt. Sed jam & mihi in viam revertendum eſt; inquirendúmque, quo tempore poſterior Theſauri Græci editio prodierit. Aliquot poſt priorem annis Scapula ſuæ epitomes ſpecimen ad Stephanum attulit. Anni aliquot, vix quatuor pauciores intelligi poſſunt; Anni præterea ſpecimini abſolvendo & excudendo dandi tres aut minimùm bini; Scapulæ Lexicon anno 1570. Cal. Dec. primùm editum fuiſſe ex epiſtolâ dedicatoriâ ad Senatores Bernatum Rei-publicæ Baſileæ datâ conſtat; Deniqne quum Lexici editionem Poſtremæ Theſauri præiviſſe oporteat, credibile eſt hanc anno circiter 1580 prodiiſſe.

Hìc libet inſerere, quæ Henr. Stephanus in ſuâ de Lipſii Latinitate ¹ palæſtrâ de Græco Theſauro, Scapulâque ſcripſerit. " *Kænophilus.* ſed cur hæc " & alia quàm plurima ad Græcæ linguæ cognitionem pertinentia, quæ alibi poſtea dixiſti, in " Theſauro tuo tacuiſti? *Coronellus.* Prævideram " futurum ut in multò majorem molem opus illud excreſceret. Quædam etiam (nequid tibi-

¹ Page 51. 220.

 " diſſi-

" diſſimulem) in mentem mihi tum non venie-
" bant: & quidem nonnulla quoque eorum, quæ
" tamen jam alibi ſcripſeram. Tantum enim
" negotii indagatio radicum mihi faceſſebat, quum
" à nemine unquam via ad rem tam difficilem
" fuiſſet patefacta, ut hoc memoriam quoque
" ſæpe interturbaret. *Kan.* Quamvis plurima non
" ex iis, quæ cæteri dixerant, ſed ex iis quæ
" οἴκοθεν afferre valde fructuoſa poteras, à te fuerint
" prætermiſſa: fuit tamen quidam Scapula, qui
" ex illis etiam ipſis, de quibus lectores ibi mo-
" nuiſti, & de quibus moneri erat perneceſſarium,
" prorſus omiſit. *Cor.* Invertit ac pervertit multa
" eorum quæ à me dicta fuerunt, dum meam men-
" tem atque id, quo utor, artificium non aſſequi-
" tur. Addidit abſurdiſſimas & ineptiſſimas ali-
" quot etymologias, quas quòd tales eſſe videram,
" de induſtriâ prætermiſeram.

" Opus redegit qui illud in compendium,
" Impendium in eo temporis quàm maximum
" Feciſſe dicit; vellet id penſare nos
" Suæ crumenæ maximo compendio.
" Lectorum at ille maximo diſpendio
" Contraxit opus id, impoſuit & omnibus.
" Pœna irrogetur huic ut non gravis tamen,
" Tantum eſſe dignum dixerim ſuſpendio.

"Opus

Ὅρκια πρὶν ταμιὼν γλώσσης πάντεσσιν ἐρασταῖς
  Ἑλλαδικῆς ταυτὴν ἐξεπόνησα βίβλον.
Ἀλλά τις μ' ἐκτέμνων, πᾶσιν ἐρασταῖς
  Ἑλλαδικῆς γλώσσης ὅρκι' ἄπιστα ταμών.

" Non potuiſſe me à Muſâ meâ impetrare, ut
" de tantâ epitomographi injuriâ tam longo tem-
" pore ſileret, teſtata eſt publicè poſterior illius
" operis, quod Theſaurus Linguæ Græcæ inſcrip-
" tnm eſt, editio.

Quidam ἐκτέμνων me &c.

" Alludo ad vocem *Scapula*, quæ nomen eſt illius
" epitomographi, duobus modis in vocabulo *ſca-*
" *pulis* & in voce *capulo*.

Hôc in loco Theodori Bezæ in Roberti & Henrici Theſauros carminibus locum non denegandum cenſeo.

In Theſauros Linguæ Gr. & Latinæ.

Auſonias quondam Muſas Robertus egentes
  Excepit grato providus hoſpitio.
At nunc Henricus, patris veſtigia ſectans,
  Errantes Graias excipit hoſpitio.
Illæ autem memores accepti muneris, ecce
  Æternas Stephanis conſtituere domos.
Vos æternùm igitur, Stephani, nunc vivite. namq;
  Æternùm præſtant vivere Pierides.
Et vos cum Stephanis æterno fœdere pactæ
  Et Graiæ & Latiæ vivite Pierides.
Tu quoque Muſarum cultrix, Muſis Stephaniſque
  Communes colito ſedula turba domos.

In

In Theſauram Linguæ Græcæ.

Eruit ille Argos Agamemnoniáſque Mycenas
Romanus Trojæ Mummius ultus avos.
Quinetiam longùm Romanis fracta tyrannis
Græcia, mox Turcæ eſt dilaniata cani.
Sic periit Sparte, ſic vos periiſtis, Athenæ;
Sic nihil infœlix Hellados Hellas habes.
Quorſum ergo novus hic populator tertius, (inquis)
Quæ ſolæ ſuperant, qui rapit unus opes?
Imò o te tandem iſto prædatore beatam,
Quas ſparſere alii, qui legit unus opes.
O te, inquam, Henrico Hellas prædatore beatam.
Nam te eadem ditat, quæ populata, manus.

In Eundem.

Quid Graiis inhias ſpoliis nunc, barbare miles?
En Graias Gallus congerit unus opes.
Imò iſtas Gallus, quas veras ſomniat, (inquis)
Poſſideat, reliquas dum mihi linquat opes.

" Roberto Steph. & Henrico Roberti filio, illi
" quidem, Latinarum, iſti verò, Græcarum Muſa-
" rum fautori & alumno, Th. B. V. dicavit.

Iniquiſſimè interim comparatum eſt, ut ille, qui orbem literatum opulentis Græciæ gazis locupletaverat, ex ſui Theſauri copiâ ſibi pararet inopiam. Eâ de re ſatis conqueritur in epigrammatibus priori Theſauri editioni præfixis.

Henricus

Henricus Stephanus Lectori, de ſuo Theſauro.

Θησαυρὸν γλώσσης Ἀσκραῖος ἔειπεν ἄριστον,
Πασῶν δ' Ἑλλαδικὴ γλῶσσα ἀρίστη ἔφυ,
Ἀλλ' ἐμὲ θησαυρὸς θησαυροῖς ἀπηῦρεν, ἄριστος
Πᾶσιν ἐὼν ἐπίηρος, ἐστὶ κάκιστος ἐμοί.

Idem de eodem.

Theſauri momento alii ditántque beántque,
Et faciunt Cræſum, qui priùs Irus erat.
At Theſaurus me hic ex divite reddit egenum,
Et facit, ut juvenem ruga ſenilis aret.
Sed mihi opum levis eſt, levis eſt jactura juventæ,
Judicio haud levis eſt ſi labor iſte tuo.

Et in calce epiſtolæ ad Imperator. Reg. & Princip. dedicatoriæ.

Iiſdem de hôc Theſauro.

Hic Theſaurus, hic eſt, tua quem Germania, Cæſar,
Hic, quem, Carle, optat multis tua Gallia votis,
Hic eſt, Elizabeth, tua quem ſitit Anglia dudum.
Hic illis theſauro Arabum pretioſior omni,
Pactoli auriferis fuerit magè charus arenis,
Gratior eoo venientibus æquore gemmis.
Germanos ergo hic Gallóſque beabit & Anglos:
At me, cujus opes tandem conſumpſit opimas,
Veſtrum eſt (ſic vobis ſint regna beata) beare.

De Eodem.

Inſperata alios theſauros lucra videmus
Ferre repertori: triſtémque repentè fugari

Pau-

Pauperiem, vilémque caſam mutarier arce.
At me contrà inopem meus hic ex divite fecit
Theſaurus, gazáſque omnes exhauſit avitas.
Si tamen hic animum veſtrum pectúſque benignum
Conciliare mihi (quod ait ſe poſſe) valebit,
Tum verò haud aliter quàm quondam Pelias haſta,
Fecerit id vulnus, factóque medebitur idem.

At aliquatenus ex exemplarium diſtractione ſuarum fortunarum damna potuiſſet reſarcire, niſi Johannes Scapula [1] omnium famulorum infideliſſimus illam præcidiſſet. Quis autem crediderit virum tam bene de omnibus meritum ſuíque in publica commoda adeo prodigum ſuo capiti inopiæ periculum arcere non potuiſſe! ſed aliquando uti probitas, ità literæ *laudantur* & *algent*.

Quid de Henrico ſcripſerit [2] Thuanus, lector audire non gravabitur. "Majore præconio dicen-
"dus Henricus Stephanus, Roberti, cui tantum
"res literaria debet, filius, Lutetiæ Pariſiorum
"natus; qui Patris æmulatione cum ſcriptoribus
"Græcis edendis & caſtigandis ſedulam operam
"navâſſet, tandem & penum ampliſſimam Linguæ
"Græcæ dedit, de ſuâ poſteràque ætate ob id opti-
"mè meritus. Poſtea variis peregrinationibus in
"Germaniâ vagus---Thuano ergo authore, varias Henrici in Germaniâ peregrinationes ab eo anno exordiar: Quas urbes adiverit, quos viros inviſerit,

[1] Almeloov. p. 74. [2] L. 120. in fine.

quantum

quantum mihi poterit innoteſcere, recenſebo. Verùm ſingula hæc in certum annorum ordinem redigendi provinciam cuivis relinquo, cui ad vitam ejus deſcribendam plura adfuerint adjumenta. Deinceps ad libros ab eo editos revertar, in quorum dandâ notitiâ eandem, quam priùs, annorum ſeriem ſequar. Sed priùs finem imponam anno 1573. quo ex illius Typographeio prodierunt Franc. Hotomani J C. Quæſtionum illuſtrium Liber, & Juris Orientalis Græcè & Latinè libri tres ab Enimundo Bonefidio J C. digeſti ac notis illuſtrati. Animo enim anguſto non erat Henricus, qui ſuam artem uni tantùm diſciplinæ emanciparet; omnibus æquè inſerviebat; fuítque penè nulla, quæ illi multum non debuerit. Sexennio abhinc Græcæ Poeſeos Principes vulgaverat; nunc binos ex illis primarios inter ſe commiſit in Homeri & Heodi certamine nunc primùm Græcè edito, cui adjecit vetera diverſorum in Homerum epigrammata, [1] duobus, quæ Gerardus Falkenburgius anno 1567. cum Romæ reliquias contemplaretur, ex vetuſtiſſimo marmorei Termini fragmento deſcripſit, aucta; Græcas cum ſuâ præfatione Matronis Parodias Latináſque nonnullas: Denique Homericorum Heroum Græca epitaphia partim à ſe partim à Cantero & Auſonio Latinè verſa hunc claudunt libellum, quem Philippo Ludovico Comiti in Hanaw &c dicavit. Poſt com-

[1] P. 67. & lege not. Falkenb. in Nonn.

miſſos

miſſos inter ſe Poetas, Poetas & Philoſophos utriuſque Linguæ in Virtutum Encomiis Ottoni Henrico Duci Bruns. & Lunenb. inſcriptis conjunxit : Poeſin item & Philoſophiam in Libello , cui titulum dedit Ποίησις φιλόσοφος vel Reliquiæ Poeſis Philoſophicæ ex Empedocle , Xenophane, Timone, Parmenide, Cleanthe, Epicharmo, & Orpheo ; His acceſſerunt Heracliti & Democriti loci quidam & epiſtolæ, quarum nonnullas Heraclito àdſcriptas habuit [1] ſuſpectas, quòd non ſint Ionicæ. Hoc opuſculum Richardo Streinnio Baroni Schunerzenavio dedicavit, cujus de Romanarum familiarum ſtemmatibus librum olim ediderat, quíque eum, ex quo Auguſtæ viderat, poſt multos annos amicâ recordatione dignatus eſt. Hôc anno primùm edidit Varronis, quæ ſuperſunt, opera, cum Joſephi Scaligeri conjectaneis, appendice, & notis ; Adriani Turnebi, Antonii Auguſtini & Petri Victorii emendationibus : Hanc Varronis editionem poſtea renovavit. At verò in illâ primâ editione ([2] p. 211. ab *obviam occurrunt* uſque ad p. 212. *Hic eſt--*) quæ leguntur omnia, in ſequentibus editionibus omittenda curavit Joſephus Scaliger ; quòd ſcilicet in ſuis notis quoſdam verſus inſeruiſſet, quos à Mureto conſcriptos ſed ab eo quaſi veteres acceperat. [3] Mureti autem impoſturam eo epigrammate ultus eſt :

[1] P. 222. [2] Varr. Ann. 1581. p. 196. [3] De Mureto, iſtóque, cujus accuſatus eſt , crimine, lege Menag. Anti-Baill. 1. tom. cap. 83.

Qui

* Qui rigidæ flammas evaſerat antè Tholoſæ
Rumetus, fumos vendidit ille mihi.

Verſus ii fuerunt, quos velut ex Harpace Veteris Comici Trabeæ fabulâ propter ſententiæ elegantiam laudat Joſ. Scaliger.

Here, ſi querelis, ejulatu, fletibus
Medicina fieret miſeriis mortalium,
Auro parandæ lachrymæ contrà forent.
Nunc hæc ad minuenda mala non magìs valent,
Quàm nenia præficæ ad excitandos mortuos.
Res turbidæ conſilium, non fletum expetunt.

Hos verſus comparat cum aliis Accii ex Oenomao, quaſi eorum geminis & germanis.

Nam ſi lamentis allevaretur dolor,
Longóque fletu minueretur miſeria,
Tam turpe lacrumis indulgere non foret,
Fractâque voce Divûm obteſtari fidem,
Tabifica donec pectore exceſſet lues.
Nunc hæc neque hilum de dolore detrahunt,
Potiúſque cumulum miſeriis adjiciunt mali,
Et indecoram mentis mollitiem arguunt.

Qui verſus (ut pergit Scaliger) hactenus latuerunt, eóſque nunc primùm in vulgus publicamus. Quorum priores Trabeæ mihi è Philemone mutuati videntur.

* Joſ. Scal. Sylv. p. 24.

Et

'Ει τὰ δάκρυ' ἡμῖν τ̃ κακῶν ἦν φάρμακον,
'Αεὶ θ' ὁ κλαύσας τῦ πονεῖν ἐπαύετο,
'Ηλλαττόμεσθ' ἂν δάκρυα, δόντες χρυσίον.

" Nam tertius verſus ad verbum redditur tertio
" Trabeæ. Auro parandæ lacrymæ contrà forent.

H. Stephanum [1] variæ partim occupationes partim peregrinationes à multis, quæ aut aggreſſus eſt aut inceperat, abſolvendis prohibuerunt. Id queruntur Æmylius [2] Portus & [3] Janus Antonius Saracenus: [2] ille ſcilicet ſuos in Dionyſium Halicarnaſſeum labores ab eo olim fœliciter inchoatos, at pari diligentiâ non fuiſſe abſolutos; ſéque non unum aut alterum, ſed plures annos longam operis intermiſſionem ab illo factam patienter tuliſſe; tandem verò typographi diuturniorem abſentiam æquo animo ferre diutius non potuiſſe [1] Hic queritur éum fidem de promiſſâ Dioſcoridis editione datam non exſolviſſe. Olim enim per literas à Jo. Sambuco Cæſar. Med. & Hiſtor. piæ memoriæ rogatus, ut Regiis Typis elegantioribus Dioſcoridis Græco-Latinum contextum mandaret, variáſque lectiones paulò antè miſſas margini adjiceret, Jan. Ant. Saracenum exoravit, ut verſionem Ruellianam recognoſceret. Saracenus oneris graviſſimi difficultate deterritus novam adornavit interpretationem. Quâ penè ad coronidem perductâ Sambucus ἐγχειρίδης præmaturâ morte eripitur. Tum Stephanus ani-

[1] Dioſcord. 1598. Præf. [2] Opuſc. Xenoph. Fr. Port. 1586. Epiſt.

mum

mum quaſi deſpondit, &, quantumvis alii complures inſtarent operi, moras varias nectens, diémque de die trahens nunquam promiſſum implevit. Quod verò Æmyl. Portum attinet, probavit diverbium, *Quod differtur, non aufertur*; nam anno 1588. Dionys. Halicarnaſſei Antiquitates ab Æmyl. Porto Latinè verſas, & ab eodem ac Henrico Stephano Iſaacóque Caſaubono notis illuſtratas ſibi & Henrico Stephano Euſtathius Vignon excudit.

Quando primùm Henricus Stephanus Germaniam adierit, haud facile eſt conjicere. Vix dubito, quin ante multos annos Italiam petens & Italiâ rediens aliquot Germaniæ urbes inviſerit; ac deinceps identidem patriâ excurrerit peregre, ut vel novos conquireret libros, vel renovaret aut foveret familiaritatem doctiſſimorum hominum, quibuſcum ubique commercium vel per libros iis dicatos vel per literas exercebat. Præterea Typographo tam inſigni neceſſe erat Francofurtenſe vel quotannis viſitare emporium cùm aliis mercibus tum libris notiſſimum. Nundinis iſtis intereſſe adeo conſueverat, ut ſæpe illuc ad eum literas darent, qui aliquid ab illo vellent excudi. Sic [1] Jacobus Beurerus Juſtini Martyris Orationum interpretationem ad iſtas nundinas cum ſuis ad Stephanum literis miſit, qui ad eas tamen, contra quàm ipſe ſperaverat, non venit. Francofurti (ante

[1] Juſtin. Epiſt. & Orat. 1592. p. 97.

té annum 1575) [1] cum Bonaventurâ Vulcanio varios de re literariâ ſermones habuit, feriâſque de veterum interpretum negligentiâ querimonias, eúmque rogavit, dato illi pervetuſto ſed aliquot chartis mutilo Arriani codice, ut ejus de Alexandri expeditione hiſtoriam recognoſcendam ſuſciperet. [2] Ibi cum Friderico Roſencrantz de Rozenvald Dano, quum Italiam proficiſceretur, conſuetudinem nactus eſt; quæ poſt ejus ex Italiâ reditum non parum increvit, quum nobilem juvenem multis de rebus adeo prudenter adeo doctè & (quod rarum eſt) adeo modeſtè loquentem audiret. Heydelbergam, Argentoratum, Viennam Auſtriam (ante annum 1576. 8. Cal. Mart.) viſit; [3] nam Philippum Sidneum juvenem Heydelbergæ primùm, aliquantò poſt Argentorati, longo pòſt tempore Viennæ Auſtriæ cognoviſſe ſe teſtatur; [4] quem Græcæ Linguæ tam peritum fuiſſe ſcribit, ut interpretis operâ carere potuerit. [5] Anno 1573. eum Argentorati Græco libellulo recentis amicitiæ pignore præſentem præſens donavit: [5] ille libellulus, quòd eâdem, quâ porrigebatur, manu ſcriptus eſſet, Sidneo ſummopere placebat; & quòd ad aliquam literarum elegantiam tanta tenuitas accederet, ut in eo velut certamen de oculorum acumine propoſitum eſſet. [7] Viennæ Auſtriæ, aliquot

[1] Arrian. 1575. Epiſt. Vulcan. [2] Append. ad Varr. 1591. Epiſtol. [3] N. T. Gr. 1576. & [4] Herodian. 1581. [5] In illo libello ſententiæ βιωτικαὶ continebantur. [6] Nizoliod. 1578. Epiſtol.

ante

ante 1578. annis, cum Huberto [1] Langueto incidit in ſermonem de Ciceronianis, qui ſuam *Ciceronionitatem* non ex ipſis fontibus ſed ex rivulis duntaxat, id eſt, non ex ipſius Ciceronis libris ſed ex Nizolii & quorundam aliorum obſervationibus hauriebant. [2] Ibi (ante annum 1576) eum hoſpitio exceperat Joannes Crato Cæſaris Conſiliarius, & qui primum inter medicos ejus locum [2] à multis jam annis tenuerat. Ibidem eum conſuluit generoſus quidem adoleſcens, de ſententiâ Joachimi Fortii. [Etiamſi naturâ facundus es, deditâ operâ loquaris incompoſitè: qui loquuntur accuratè, minùs eruditè ſcribunt; dum enim unâ voluptate afficiuntur, imperfectiores oportet ſint in alterâ] Aliter viſum eſt Stephano, exemplo ſcilicet Cratonis, qui accurato ſermone in colloquiis familiaribus utebatur, & tamen eruditè tot quotidie literas ſcribebat: ità ut tam expedita ſcriptio illi potiſſimùm ſermoni accepta referenda fuerit. [3] Scribit etiam ſe Maximiliani Imperatoris non tantùm de literis & Literatis ſermonum valde propenſam voluntatem teſtantium ſed liberalitatis etiam ob literas participem factum fuiſſe. " [4] Joannem Wlcobium
" Covdronium primùm Viennæ Auſtriæ apud Cæ-
" ſarem Maximilianum legatione Regis Gallici

[1] Languet. Vit. ann. 1700. pag. 161. Langueti amicitiâ floruit tam bene de linguâ Gr. meritus H. Stephanus Rob. filius, qui tandiu laudabitur, quandiu rei literariæ memoria manebit. [2] De Latinit. falſ. ſuſp. 1576. p. 7, 8. [3] Orat. adverſ. Foliet. p. 163. [4] Gell. Noct. Paris. p. 5.

" nomine fungentem videre contigit ; cujus hu-
" manam παιδείαν ſive humanitatem εὐπαιδευσίαν ma-
" ximo amore complexus eſt ; eúmque ab eo
" tempore in oculis geſtare non deſierit. Atque
" hoc in cauſâ fuit, cur, quum [1] negotio ſuo non
" ſolùm infecto ſed propemodum deplorato redi-
" ret (licèt Maximilianus Cæſar, qui tanti eum
" quanti Græcum ejus Theſaurum multò ante ad
" ſe miſſum, faciebat, ſuam modis omnibus au-
" toritatem interpoſuiſſet) & ædibus appropin-
" quanti illud Homericum in mentem veniſſet.
Turpe moram vacuum poſt longam ad tecta reverti.
" ſe eâ ſolaretur cogitatione, quòd tot amicitiis
" novis, præſertim Wlcobii tanti viri, de quo
" Henricum Scrimgerum tam multa prædicantem
" audiverat, ditatus domum reverteretur. Plus
ſemel Viennam adiit ante annum 1576. quo Maxi-
limianus mortuus eſt : ſemel enim indè reverſus eſt
domum ; alio autem tempore [2] Viennâ Hungari-
am profectus ; [3] ubi (aliquot [3] menſibus ante Cal.
Aug. 1575.) illius regionis vicem dolere ſe dicenti,
converſus quidam Hungarus, " quum ſatis, inquit,
" patriæ tuæ, quæ noſtrâ miſerior eſt, vicem
" dolueris, tum ſi dolendo feſſus nondum eris,
" noſtram quoque dolebis. Uterque ſuæ regioni oc-

[1] Quodnam illud fuerit negotium, neſcio ; niſi forſan aliquid à Galliarum Rege impetrare voluerit, quod ad Typographiam Regiam ſpectabat. [2] Orat. advers. Fol. p. 206. [3] Orat. Vet. 1575. Epiſtol.

caſionem

caſionem meliora ſperandi magìs εὐπρόσωπον eſſe contendebat. Hujus ſermonis Stephanus paulò poſt Lugduni recordatur, quo tempore (1575) ipſe cum multis aliis pacem ſpe devorabat; ſed citò longiſſimè ab illo tam expetito bono patriam abeſſe intellexit. [1] Caroli IX. Regnum [2] bellis quatuor Religionis ergò civilibus turbatum fuerat; cujus mors anno 1574. Jun. 18. aliquam pacis ſpem forſan fecerat; Initia tamen Regis Henrici tertii Poloniæ Regis, qui Poloniâ Galliam profectus fratri Carolo ſucceſſit,[3] quintum bellum excepit Religioſum[4].

Anno 1576 exeunte Henricum Genevæ degiſſe liquet [4] ex Joan. Lalamantii epiſtolâ ad Thomam Eraſtum medicum 1576. Non. Dec. Heidelbergæ datâ; in quâ ille hunc monet, "ut ſcribendi viam tentet "per Genevam, quæ fortè erit commodior, ſi ad H. "Steph. typographum literas direxerint. Is enim, "quâ eſt humanitate, literas communicabat. Scribit "præterea Typographiam in Galliâ illis temporibus "jacuiſſe. Stephanus longo poſtea temporis inter-

[1] Muſ. Monit. Princ. p. 89. Implere totam Galliam tumultibus Iam cœperat Mars (diſcrepans quos moverat Relligio) nobis ſceptrifer dum Carolus, Qui nonus inter Carolos Reges fuit. [2] Helvic. [3] Orat. Vet. 1575. Epiſtol. p 4, 5. ſpectaculo & admirationi fœlicitas Galliæ olim fuit exteris Nationibus; nunc ejuſdem infœlicitas omnibus ſpectaculo eſt, quibuſdam etiam riſui ——bellum civile Gallorum quantas præ quovis alio bello civili malorum congeries advehat, quis enumerare poteſt? Horret animus de illis, propter quæ vel hoſtibus miſerandi ſumus, cogitare. [4] Goldaſt. Centur. Philol. Epiſtol.

vallo habuit iter in Germaniam, unde ſuum reditum [1] anno 1593 memorat. Porrò ſcribit (anno [2] 1595) ſe Ratisbonâ, paulò poſtquam ibi habitus conventus ille fuit, Francfordiam rediiſſe. Per eum conventum illa forſan voluiit [3] comitia, quæ Rudolphus de ſuppeditandis ad bellum Turcicum ſumptibus anno 1594 celebravit. [4] Buſbequium aliquando de rebus Turcicis audivit diſſerentem. Ille certè, ubicumque à Patriâ abfuerit, nunquam amorem ſoli natalis à corde divelli paſſus eſt: quod in Gallico contra calumniatores opuſculo [5] teſtatur. Id poema obtulerat Regi Henrico III, cui adeò gratus fuit, ut ſæpe ad Aulam, ad colloquium, imò etiam ad arcana admitteretur. [6] Anno 1579. cum Rege habuit ſermones de Linguæ Gallicæ dignitate, quantùm ea vulgatis omnibus præſtaret; ac præterea quòd Itali ſe ſolos Ciceronianos falſò gloriarentur; inter Gallos fuiſſe, quos opponeret Italis, Daneſium, & Bunellum, à quo primo ipſe P. Manutius ſe in rectam ſcribendi viam inductum fatetur. Illud cum Rege colloquium occaſionem dedit editioni Libellorum *De la precellence du Language Francois*, & P. Bunelli aliorumque epiſtolarum; quorum utrumque Regi, illum anno 1579. 23.

[1] Iſocrat. 1593. Præfat. [2] Palæſt. de Lips. Latinit. pag. 188. [3] Calvis. Chronol. & deinceps lege ad ann. 1594. [4] Orat. advers Fol. p. 76. [5] Muſ. Monit. [6] Lege Ibid. p. 210. 211. 212. 213. & epiſt. ad Reg. ante Precellence. & Bunell.

Apr.

Apr. hunc anno 1581. dedicatum obtulit, cui aſſeruit ſibi ſemper cordi fuiſſe Gentis ſuæ honorem; ídque variis temporibus Legatis primùm in Angliâ, poſtea in Italiâ, dein in Germaniâ, demum in Helvetiâ ſatìs innotuiſſe. Conſtat enim eum apud Helvetios peregrinatum fuiſſe, [1] quo tempore ſuam villam à militibus direptam accepit.

Stephano peregrinanti is honor contigit, ut ei ad Monarchas freqnens fuerit aditus; [2] Cæſares enim Ferdinandum & Maximilianum, & Reges multò plures compellavit; inter quos fuit Edvardus ultimus hôc nominè rex Britanniæ. Inter Galliæ autem, quos alloqui huic datum eſt, Reges, nullus eſt, de quo juſtiùs dicere illud potuit ſe libera verba ei eſſe locutum (& quidem non ſemel quum aditus ad eum huic frequentiſſimè pateret) quàm Henricus tertius. Illi certè Regi quantùm placuerit, ſatìs patet ex libro *de l'Imprimerie par la Caille,* unde ea, quæ ſequuntur, excerpſi.

Il compoſa par Ordre du Roy Henry III. La precellence du Langage François ſur le Toſcan; & la vie de Catherine de Medicis ſous le nom du S^r. de Griere, & pluſieurs autres, en recognoiſſance deſquels il eut un Ordonnance de 3000 Livres, qui luy furent payéz le 15re Oƈtob. 1578. par Pierre Molan, pour lors Treſorier. Il fut envoyé en Suiſſe pour la recherche des Manuſcripts & livres rares, comme il paroit par ce brevet.

[1] Gell. Epiſtol. pag. 4. [2] Palæſtr. de Lips. Latin. p.208.

Monſieur de Sancy, j'ay accordé à Henry Eſtienne trois cens livres de penſion à prendre par chacun an par les mains des Treſoriers des lignes, pour luy donner tant plus moyen de s'entretenir, en conſideration des ſervices, que luy & ſes prédeceſſeurs m'ont cy devant faits, comme j'eſpere qu'il continuera à l'avenir, tant du coſté de Suiſſe que ailleurs, ſelon que les occaſions s'en pourront offrir. Pour cette cauſe jevous prie qu'au prochain eſtat que vous dreſſeres des penſionnaires deſdites Lignes, vous y employes ladite penſion, & en faites payer iceluy Eſtienne comme les autres penſionnaires deſdits pays, & vous feres choſe qui me ſera tres agreable en ce faiſant : priant Dieu, Monſieur de Sancy, qu'il vous ait en ſa garde. Ecrit à Paris le 12me d'Aouſt 1579. Ainſy ſigné Henry, & plus bas, Brulart.

Le Roy Henry III. luy accorda un privilege general en date du 28 Janv. 1579. tant pour tous les Hiſtoriens Grecs & Latins que pour le Dictionnaire & cours Civil. Mais tous ces grands avantages & faveurs de Roy n'empecherent pas, qu'il ne fût [1] brulé en effigie à cauſe de ſon Apologie d'Herodote, pendant qu'il étoit caché dans les montagnes d'Auvergne, ce qui luy fit dire plaiſamment, qu'il n'avoit jamais eu ſi grand froid, que lors qu'il avoit eté brulé à Paris.

[2] Anno 1581. ſe recens ex Regis Aulâ, ubi toto 15 menſium ſpatio degerat, reverſum ſcribit. [3] Anno 1585 Pariſiis agens per literas à Paulo filio miſſas comperit ſuam villam terræ motu quaſſatam; & neque hôc neque ſuperiore infortunio ſtatum ſuæ mentis labefactatum affirmavit. [4] Eum aliquando à Rege arcanis admiſſum fuiſſe, & de iis foras eliminatis ſuſpectum ſe tandem purgâſſe ex monitrice ipſius muſâ ſcies. Anno 1582. à

[1] Lege priùs p. 178. [2] Herodot. 1581. ad lect. [3] Gell. Epiſt. p. 4. [4] Muſ. Mon. p. 87.

Per-

Perronio Epiſcopo Ebroicenſi accepit [1] epiſtolam ſequentem.

A Monſieur Henry Eſtienne. A Grieres.

MOnſieur, ayant trouvé Monſieur de Vigenere, ſur la cloſture d'une lettre qu'il vous envoye, je l'ay voulüe accompagner de ce mot, pour m'entretenir en vos bonnes graces ; & vous prier de croire auſſi, qu'il n'y a homme en France, qui de plus pres accompaigne l'amitié & affection qu'il vous a voüée, de laquelle je vous donneray preuve en toutes les occaſions, où il vous plaira m'employer, & d'auſſi bon cœur, que ſaluant vos bonnes graces je prie Dieu,

MONSIEUR, Vous donne ren ſanté, longue & heureuſe vie.

De Paris. ce 3. de Janvier, 1582.

Voſtre plus affectionné amy à vous faire ſervice.

DU PERRON.

[2]Anno 1588 refert ſe multos annos domo abſuiſſe : & an tunc in Aulâ verſatus fuerit, neſcio. [3] Scribit (anno 1592) longâ peregrinatione ſuum animum à Xiphilini hiſtoriâ avocatum fuiſſe ; ac [4] queritur, quòd ipſe Rex eum ab officinâ avocaviſſet. " [5] Non enim erat ultimus inter literatos, " quos aliquot ante obitum annis Rex ille liberalitate proſequebatur ; & ſi mandatis ejus obſequi miniſtri voluiſſent, præclarè cum Stephano actum fuiſſet ; ſed res erat in Galliâ incerta " pendere ab iis, qui Theſaurarii vocantur. Ne-

[1] Ambaſſad. & negot. du Card. du Perron. [2] Homer. in Præf. pag. ult. [3] Appian. Præfat. ante Not. [4] Appian. epiſtol. p. 5. [5] Dialog. Mul. Monit. p. 331.

" que

" que tamen nullâ beneficentiâ ejus ſcripta (quum " libuit illos ceſſantes urgere) proſecutus eſt.

Stephanum diu titillavit & luſit mollis & umbratilis Aulicæ vitæ gloria; ibi enim umbra captatur ſola; & poſtquam non modò montes auri promiſſi eſſent, aurea iſta, quæ ſpe tantùm devorantur, promiſſa in auram evaneſcunt: nihílque poſt ſe præter diram ſui recordationem relinquunt, triſtémque experientiam illius documenti, *in Principibus nolite confidere.* Henricum itaque ſpem, quæ [1] hactenus vitam credula foverat, fallacem ſequendo feſſum aliquando vitæ Aulicæ tædium ità cepit, ut totum animum ad Typographiam unicè appellere ſtatuerit, & quod aliarum rerum ſatagendo neglectum fuerat, reſarcire; utì liquet ex Pauli Meliſſi [2] Epiſtolâ; ex quâ etiam eum ſecundas nuptias adeptum diſcimus.

Paulus Meliſſus Henr. Stephano S. Genevam.

TE in eo eſſe, ut Typographiam tuam inſtaures, non ipſe modò, verùm alii mecum, utriuſque noſtrûm amici, ex animo gaudemus. Utinam autem te inani Aulæ Gallicæ pollicitatione deceptum priùs mens & Fors bona in Allobrogas retraxiſſet, quàm & ſpei aurâ nonnullâ refulgentis, et rei privæ jacturam feciſſet. Fruſtra mehercule obnitimur fatis homunculi miſeri, ſi deo aliter viſum eſt. Quærimus commoditates, invenimus calamitates. Sorte quemque ſuâ contentum eſſe decet. O mî Stephane, te nunc diligenter & ſeriò hæc conſiderare velim.

[1] Lege priùs pag. 223. [2] Goldaſt. Centur. Epiſt. Philol.

Reſarcies

Reſarcies igitur, quod neglectum fuit. Habes, [1] quæ rem familiarem curet; [2] ut ità te in libros totum abdere poſſis, litigiorum fugitans, atque iſtiuſmodi apinarum tricarúmve, unde nihil emolumenti, nihil lucri. Loquor tecum apertè & ſinè fuco; atque hinc amici homonis animum cognoſcas licet. Litteræ tuæ quidem mihi redditæ, nondum autem libri. Francofurdiam non veni. Catalogum quorundam Græcorum Manuſcript. à me petivit Th. Beza; cum miſero, & tu pelegere poteris. Ad Thucydidem & Herodotum quod attinet, quin manuſcriptis jam olim Fuggeranis uſus fueris, non dubito. Quid igitur eſt, in quo tibi prodeſſe poſſimus? [4] Da nobis. Poſthius te reſalutat amanter. Bene vale. Datum Heidelbergæ, 15. Cal. April. anno [3] CIↃ. IↃ. VII.

Cum literas ad te ſcriberem, ad manum erat Virgilius ex tuâ editione. In eà, mihi non placet, quòd ſuper ſyllabam brevem acutus tonus reclinatus ſit. [5]—— *deſuetáq; corda.* Ineptum, & contra omnes libros manuſcriptorum. Debebat potiùs hôc modo,—— *deſuétaq; corda.* [6] Nam omnino ità pronunciandum. Solent eodem modo corruptè ſcribi; *Armáq, Fatáq; Metáq;* & id genus alia, cum ármaq; Fátaq; Métaq, ſit ſcribendum. Vellem imprimendi nugas & ſtultitias in Typographià omitti.

[1] Uxor ſcilicet ſecunda, nam primam antea obiiſſe obſervatum eſt pag. 292. [2] Id fructûs ex conjugio percipit vir literatus, ut rei familiaris curâ ad uxorem rejectâ ipſe totus literariæ invigilet. [3] Goldaſti editio mendoſè omiſit anni denarium, ſed conjicio annum fuiſſe 1587. nam id monet Virgilianæ editionis mentio, quæ anno 1583 prodiit, & Thucydideæ, cui recudendæ à Meliſſo auxilium petebat, quæq; anno 1588 recuſa eſt. [4] erratum hìc eſſe opinor, niſi *da* idem velit at *dic*. [5] Æneid. 1. v. 726. [6] Acutus ille, qui encliticam præcedit, nequaquam indicat ſyllabam eſſe longam, ſed encliticam adhæreſcentem non eſſe vocis, cui adhæret, partem primitivam. Præterea nil obſtat, quin in hujuſmodi vocibus antepenultima in pronunciando tollatur, ut longa; etiámque penultima encliticæ prævia diſtinctiùs efferatur, licèt brevis.

Adverbia

[1] Adverbia in *e* longum, circumflexo noto, *longâ*, *latê*, *amicê*. Reliqua nullo indigent accentu. Similiter ablativos primæ inflexionis in *â*. Dictiones, quæ *ſ* literâ finiuntur, quibus adhæret in fine enclitica, non ſcribo longiuſculo *ſ*, ſed minuſculo *s*, ut, *denſúsq*; non *denſúſq*. Itidem *hortúsve*, *amoribúsve* &c. Ambiguitas hôc modo excluditur: *Immundoſue* pro *immundóve*, legere aliquis poteſt, *immundo ſue*. Diſcrimen obſervo inter [2] *i. e. v.* conſonantes, [2] & *i. e. u.* vocales. Prodeſt hoc in multis. *uva*, *uvidus*: non *vua*, *vuidus*. *vivus*, *vividus*. *volvi* à *volvo*, *volui* à *volo*. *volviſſe*, *voluiſſe* &c. *suvo*, *iaceo*, *injicio* non *iniicio*. In fine tamen vocabulorum rectiùs ità pingitur *ſervitij*, quàm *ſervitii* vel *ſervitji*. Præter rationem ſolent præpoſitionibus *à*, *è* addere [3] gravem accentum, cum ſyllabæ ſint longiſſimæ, in quibus inſit circumflexus. *Diſcordes* vulgò ſcribunt. Ego *Diſcordes*, ut *ſ* parvulum terminet ſyllabam primam. Contrà *Diſcindo ſ* longiuſculo, ut indicet ſyllabam ab eo incipere. Itaq; ſcribo *abstulit*, non *abſtulit*. Quod ſupra dixi de *que*, *ve*, etiam de interrogandi particulà *ne* intelligendum. íſtane, íllane, bónane? non *iſtáne*, *illáne*, *bonáne*? Cum autem longum eſt *a*, ut in ſexto caſu, circumflectens ſcribo *illâne*? Malo ſanè ego omnia in Linguâ Latinâ legere abſq; accentibus additis, quàm dictiones ità [4] miſeriter depravari. Pag. 342. l. 10. ——— [5] *arbuſtáq*; *diruta campis*. Si *dirúta* ſcribas, ut acutus ſit in medio, idem eſſet, ac cum ſcripſiſti, *arbuſtáq*;. Ex his pauculis mentem meam collige, & iterum vale.

[6] Henrici III. mortem epitaphiis deploravit Stephanus; quem monachus quidam nomine Jacobus Clemens venenato cultello anno 1589. Cal. Sext.

[1] Accentus ille, qui particularum ultimis ſyllabis imprimitur, diſtinctivus eſt; nec poteſt eſſe circumflexus, cum interdum interdum brevem afficiat, E. G. *malè*, ut diſtinguatur à vocativo adjectivi *malus*. [2] Repone *i* & *v*, *i* & *u*. [3] Scilicet ut à literatum *a*, *e* nominibus diſtinguantur. [4] Nuſquam hoc adverbium legi. [5] Æneid. 10. v. 363. ubi non legitur *campis* ſed *ripis*. [6] Dialog. Muſ. Mon. p. 331.

percuſ-

percuſſit. [1] Ii autem, qui ejus mortem præceſſerunt ac ſecuti ſunt, motus Stephanum ab officinâ moverunt: [2] Bella civilia omnes ejus turbaverunt tationes: externa verò, in quæ Gallica fugiens incidit, etiam fecerunt, ut tandem ei diceretur, *Nunc mea ſunt hæc rura, vetus migrato colone.* Nullam profectò vitam minùs egit Stephanus quàm ſtatariam, nec immeritò [3] quietam magìs optavit. Ubique aut potiùs nuſquam habitavit, (ut liquet ex ſcriptis epiſtolis in librorum initio) modò Genevæ ([4] 1575. [5] 1578. [6] 1588.) modò Pariſiis ([7] 1579. [8] 1581. [9] 1585.) modò Viriaci ([10] 1575. [11] 1578), modò in villâ (quam urbi Genevenſi [12] proximam habuit) [14] Grierianâ ([13] 1576. [11] 1579.) modò Aureliis, (epiſt. ad P.S. ante Gell. p. 18.) modò Lugduni, [15] ubi Apologiam adverſùs Aul. Gellium ſcriptam Jacobo Dalechampio oſtendit (ante ann. 1586.) modò peregrinus apud exteros, modò Aulicus apud ſuos; [16] quæ Aula ei multa ad locupletandam, quam antea ſcripſerat, Herodoti Apologiam (Latinam, non Gallicam) ſuppeditavit. Miretur quis noſtrum Stephanum huc & illuc jactatum aliquid omnino præſtitiſſe, [17] cum ſæpe in

[1] Appian. epiſt. pag. 5. [2] Muſ. Mon. ad lect. p. 2. [3] Xenoph. 1581. ad lect. p. ult. [4] Parod. Mor. [5] Nizoliod. ſched. [6] Thucyd, [7] Precellence. [8] Bunel. [9] Gell. [10] Orat. Vet. [11] Centon. [12] Theoc. De Latin. [13] Nov. Teſt. [14] Aucuns de ſes livres courent ſous le nom du ſieur de Griere, qui eſt une ſienne Terre. Almel. p. 88. ex la Croix du Maine. [15] Proodop. ad Senec. Præf. [16] Herodot. 1592. Epiſt. p 2. [17] Gell. Paris. Noct. p. 3. De Latinitate.

medio

medio opere rumor belli rationes Typographii perturbaret. In epiſtolâ ſuâ ad Paulum filium Gellio præfixâ *(p. 21.)* ſcribit ſe Gellii & Macrobii editiones ad Francfordienſes nundinas mittendi deſiderio teneri, quòd à pleriſque literatis Germaniæ viris tanquam lumine caſſus lugeretur; quòd à longo jam tempore(id ſcribebat anno 1585.) nil, quod ex ejus officinâ prodiret, viderint. Fatetur enim ſe, ſi de Germanis bene mereri non cuperet, ingratum fore, quum multorum non ſolùm humanitatem ſed liberalitatem quoque ſit expertus: & quum etiam (quod in aliis regionibus eſſe inauditum putavit) in unius eorum hæredibus velut hæreditario quodam jure illud liberalitatis erga eum ſtudium manſerit.Ubi enim [1] Thomæ Redingeri hæredes illum in Stephanum ob dicatos ſibi libros liberalem fuiſſe,futurum etiam(ſi mors eum non præveniſſet), intellexerunt; pulcherrimum munus ad eum vix de nomine ſibi notum, ab ipſâ Uratiſlaviâ uſque, ultro miſerunt, tanquam Redingeri manibus gratificantes.

[1] Henric. Stephanus Thomam Redingerum (anno 1574) editi Apollonii exemplari donavit, & per Gerard Falkenburgium ſalute participavit. [Lege epiſtol. Præfix. Apollon.] Eidem quoque ſua Gloſſaria & de Atticâ Dialecto commentarium anno 1573 dedicavit, ac primam ſui Virgilii editionem, ſecundam etiam (quæ 1583 prodiit) ſi Thomas (qui obiit ante 1583) ſuperſtes fuiſſet, dedicaturus. [Lege Præfat. ad Lector.] Nicolao Redingero filio Nicolai Redingeri præfecti Ordinis ſenatorii in celeberr. Sileſiorum urbe Wratiſlaviâ inſcripſit Dionyſii Periegeſin anno 1577.

Stephano poſt atrociſſimam Henrici III. ſui patroni cædem, " [1] licèt rationes turbatæ fuerint, " mens tamen manſit imperturbata; quod teſta- " tur ipſius Muſa Principum Monitrix, poema ab " illo peregrinante, & quidem, maximâ ex partè " equitante compoſitum. Multò enim faciliùs " inter equitandum verſus componi, & compoſiti " memoriæ mandari, quàm proſa (vel prorſa, ut " alii vocant) oratio poſſunt. Ea erat Stephano viæ tædium levandi ratio. " Simulatque viginti " verſus meditatus erat, interdum etiam pauci- " ores, eos vel in tabellis ſtylo vel in chartâ ca- " lamo & atramento equitans ſcribebat, deinde ſe " tradebat aliorum compoſitioni. Nec ſolùm " (quod mireris) ſcribebat equitans, ſed nec (ſi " huic affirmanti fidem adhibueris) ad ſcribendum " reſiſtebat niſi rariſſimè; & ſi tum voluiſſet, vix " potuiſſet, quoniam vehebatur equo Turcico, " planè generoſo, ac moræ (præſertim quum ſuos " comites videbat præcedere) impatiente. Eò " autem magis ſe illius ingenio cogebatur accom- " modare, quòd alioqui refractarius erat & ali- " quantùm duri oris. Ille equus in magnum diſ- " crimen ex oris duritate Stephanum ſemel ad- " duxit. Quum enim egreſſus Francfordio (ubi " eum emerat) non procul à portâ, quàm bonus " curſor eſſet, experiri vellet, contigit, ut ab eo

[1] Dialog. Muſ. Mon. p. 323. 324. 325.

retineri

" retineri non potuerit, prævidente alioqui ſeptum quoddam tranſverſum, quo iter intercludebatur. Eò quum currens perveniſſet, & ſuperſilire quidem tentaſſet, verùm non potuiſſet, in illud ſeptum ligneum ità calces impegit,ut fregiſſe dictus ſit; adeo ut ad magiſtratum vocatus de damno ſarciendo fuerit. [1] Ipſe etiam alibi profitetur, verſus, " qui inter ipſius Græcos pariter Latinóſque magìs probabantur vel potiùs minùs improbabantur, eos à ſe equitante omnes ſcriptos fuiſſe; ejúſque laboris hanc mercedem retuliſſe, quòd mens, dum in eo eſſet occupata, non ſolùm omnis ægritudinis obliviſceretur, ſed ipſi adeo corpori famis ſitíſque (ſi quando via jejuno longior eſſet) aliorúmque omnium, quibus alioqui obnoxii ſunt viatores, incommodorum dulcem oblivionem afferret. Id quidem de ſe anno 1566 referebat; nam poſtea non equo tantùm ſed etiam navi vectus muſam ſuam exercuit; [2] Baccharæ enim (ante ann. 1574.) laudationem metricè ſcripſit, quum Coloniam petens Francofordià illuc navigaſſet. Morales Parodias equitans ad fallendum viæ tædium ſcripſit. [4] Noſtri Stephani Muſa cantare ſemper erat parata, ſive Turcico Pegaſo vecta, ſive tardigrado caballo, quali utebatur, cum Kylicodipſiam & Methyſomiſiam caneret; [5] nec magis equnm in emporio

[1] Præf. in Gr. Poet. Her. p. 13. [2] Franc. Nund. p. 19. [3] Parod. Mor. 1575. ad lect. pag 2. [4] Franc. Mund. P. 25.43. 119. [5] P.23.

Franco-

Francofordienſi emptum laudare quàm alterum in Zurzacenſi vituperare noverat. Illius vires nulla debilitabat ſortis viciſſitudo; & quàcunque in regione ſeu indigena ſive inquilinus aut peregrinus aut exul verſaretur, quibuſcunque damnis agitaretur, cœlum tantùm, non animum, mutabat. [1] Annis 1593. 1594. 1595. literas ad Laurentium Rhodomannum dedit Francofordii [2] tempore nundinarum ſcriptas. Henricum Stephanum anno 1591 iis interfuiſſe teſtantur literæ, quas Bonaventura Vulcanius, ad ſe ex nundinis Francfordianis datas accepit. De quibus lege plura deinceps ad ann. 1591. Addam hìc, quid [3] Iſaacus Caſaubonus Richardo Thompſoni ſcribens de Henrico Stephano notaverit. "Noſti hominem, noſti mores, "noſti quid apud eum poſſim, hoc eſt, quàm nihil poſſim: qui videtur in ſuam perniciem con- "juràſſe. Nam quòd tu putas eum hìc eſſe, fal- "leris; poſtquam ſemel abiit ante menſes octo "aut novem, ex illo ſemper non quidem per Ely- "ſios campos, ſed per Germaniam ἀλᾶται πλανᾶται "καὶ ἀλύει. Ità enim planè audio ἀλύειν eum, ut "neque domum redire neque alibi aptas ſedes "reperire queat. O hominem dignum, cujus te "miſereat! Hæc ſunt, quæ de variis illius peregrinationibus variàque fortunâ licuit excerpere; nunc ad ejus libros redeundum eſt, & ordo ab anno 1573. ubi interruperam, retexendus.

[1] Lege Diodor. Rhodom. [2] Almel. p. 111. 112. [3] Epiſt. 13.

 Anno

Anno 1574. [1] Joachimus [2] Camerarius è vitâ deceſſit. Ex Stephani Typographeio excuſa prodierunt Prid. Cal. Mart. varia in uno volumine opuſcula, Francofordienſis emporii encomium ſenatui Francofordiæ dicatum; equi laus & vituperium, Baccharæ laudatio, Kylicodipſia, Methyſomiſia (ſive epigrammata ſubſidiaria ad Collegii Poſthimeliſſæi votum nuper Francofordiæ excuſum) authore Stephano; acceſſerunt epigrammata contra ebrietatem à Joſ. Scaligero verſa, & ejuſdem argumenti quædam alia ex Libanio, Baſilio, Luciano, Lycone, Senecâ & Plinio; hæc omnia claudit ad Paulum Meliſſum epiſtola. Quâ acceptâ Paulus Meliſſus [3] ſequentem reſcripſit.

Paulus Meliſſus Henr. Stephano S. Francofurtum.

IN Nundinis tuis Francofordienſibus, quas longe habeo gratiſſimas, hæc mihi annotare viſum, quæ nunc ad te mitto, ut vel corrigas in editione iteratâ, vel me errantem revoces. Pag. 6. *Frankcfort*) ſcribendum, *Frankefurt* vel *Frankfurt*, *u* eſt *ou* veſtrum Gallicum. Eſt autem *furt* vadum, trajectus. Compoſitè, *Francorum trajectus.* Sabinus, *Urbs de Francorum nomen adepta vado.* Ità oppidum Imperii ad Mœnum, diſtans 5 millionibus Wirtipurgo, *Schwebenfurt*, vulgò *Scheveinfurt*, Suevorum trajectus. Pag. 27. *Typographiam artem excogitavit*) velim heic refutari Jovium, qui eam neſcio in quâ parte Arabiæ Indiæve inventam ſcribit. Ad laudationem & vituperationem equorum velim addi à Muſis tuis præterea novem ſingulis diſticha. Octies loquntur Muſæ.

[1] Natus 1500. April. 22. denatus 1574. April. 17. Calvis, Ricciol. [2] H. St. in Proleg. ad Solin. ann. 1577. --Camerarium, cujus jam à triennio lugere mortem Muſæ utræque non deſinunt. [3] Goldaſt. Centur. Epiſt. Philol.

Cus

Cur non etiam novies? Pag. 28. in cœnâ Poſthianâ. *Sed faſcia ego)* Non conſtat ſibi verſus. Pag. 34. *Cubiculares)* ſyllaba *bi* in *cubiculum* apud Catullum corripitur. Pag. 43. *Detrudi ebrietas)* verſum purum ab initio deſidero. *Ebrietas ſolio ſi detrudatur avito*, vel *dejiciatur*, vel *deturbetur*. Pag. 44. *Sed quæ in vobis ſunt)* lego, *quæ ſunt in vobis*. Non enim ſemper opus eſt poni *ſed*. Pag. 49. *Putat anteire gent.)* lego, *Anteire gentibus putabo*. Pag. 51. *Prandio ſolet)* ità inchoo: *ſemiſobrius è ſuo redire Prandio ſolet ille noſter Aulus.*

[1] IN EPIGRAM. ANTHOL. Pag. 130. *Tu Paridis recitas foris) Foris* ultimam longam habet. Mutabis igitur diſtichon meum hôc modo: *Damna foris Paridis recitas & damna Laconis. Et Paris haudunum*——Ibidem: *Atridæ & Paridis)* Repone: *Atridæ Paridiſque foris mala multa recenſes, Et multos Helenes*——Pag. 133. *De pleno victum) Gratis* ultimam longam habet. Reponendum in meo: *Ex pelago gratis multa alimenta capit.* Impoſuit mihi Micyllus verſu corruptè citato. Ibidem: *Aptet, ibi pelago)* Reſcribe, *Applicet è liquido.*

[2] IN EPITAPH. BEZÆ. Pag. 126. vers. *Nec mutat)* pro *ignea ſtella* ponatur *ſtella ſerena*, in meo epigrammate. Vale.

Anno hôc Stephanum in Aulâ Cæſareâ aliquandiu verſatum colligo ex Johan. Cratonis à Craftheim Archiatri Cæſarei [3] epiſtolâ ad Johannem Baptiſt. filium 1575. Kal. Jun. Pragæ datâ, in quâ leguntur hæc. " Nihil nunc dicam de commonefactionibus multis & amantiſſimis optimi & clariſſimi " Henrici Stephani, de univerſâ re literariâ præclarè meriti, quibus tibi, cum ſuperiori anno in " Aulâ Cæſareâ eſſet, iter ad ſumma monſtrare

[1] Edit. H. S. 1570. [2] Edit. H. S. 1569. [3] Præfat. Connub. Adverb. Hubert. Suſſan. 1576.

" eſt conatus. Quoniam autem hìc in Johannis Cratonis mentionem incidi, nolo ejus [1] Epiſtolæ ad Frid. Sylburg. miſſæ (cum ille huic de Ariſtotelis editione conſuleret) locum prætermittere, ubi notat quoddam Ariſtotelis verbum in Græco Henrici Theſauro omitti. " Tertius index oſtenderet, qui-
" bus locis Ariſtoteles uſus eſſet eodem ſive iiſdem
" verbis & phraſi præſertim obſcurioribus, ut per
" collationem eliceretur eorum ſenſus, ut nullus
" eſſet uſus Lexici Henrici Stephani, qui neque
" illius tertii problematis [2] προσυναπίμπλησιν dignatus
" eſt mentionem facere. Tantum tamen abeſt, ut ob aliquot voces in Henrici Theſauro deſideratas eum negligentiæ inſimulem, ut ejus potiùs induſtriam ſuſpiciam, quòd plures non deſiderentur. In quàm immanem molem excreſceret, quàm inexhauſtos labores, quot Herculeo huic operi invigilantes viros, quot annos ſibi depoſceret Theſaurus, qui univerſa Græcorum omnium Authorum vocabula variáſque ipſorum ſignificationes complecteretur? Quò autem operis hujuſmodi, quod fruſtra expectetur, levius paulatim fiat deſiderium, optandum eſt, ut vir quiſque literatus, quas ſibi inter legendum obvias voces in Theſauris vulgatis omitti animadverteret, in ſua reponeret [3] adverſaria, in

[1] Goldaſt. Centur. Epiſtol. Philol. [2] Hæc vox occurrit in Ariſtot. Problem. pag. 2. lin. 19. Edit. Sylburg. Francof. 1585.
[3] Doctorem Buſbeium audivi dicentem, ſibi virum quendam doctum oſtendiſſe bina volumina vocum, quæ in H. Stephani Theſauro non reperiuntur.

uſum

uſum aliquando publicum indè expromendas. Midi rudi quidem, ſed literarum amantiſſimo veniam dent eruditi, ſi cupiam, ut nequis Authorem veterem editurus ſe opere propoſito defunctum putet, modò ipſum nitido charactere, chartâ magnificâ, notis luculentis ornatum excudi curaverit, niſi non inſulſum indicem ſed Lexicon ipſi Authori peculiare accommodet. Sic Paſori Novi Teſtamenti; Æmyl. Porto Herodoti, Theocriti, Pindari Lexicon debemus.

Henricus Stephanus [1] Apollonii Rhodii Poetæ μεγαλογεάμματι, [1] ex quo Virgilius & Ovidius locos nonnullos mutuati ſunt, Argonautica cum ſcholiis, [1] quæ palmam inter alia omnia in alios Poetas ſcripta obtinere exiſtimantur, vetuſtis, ſuiſque, in quibus frequenter explorat editiones Florentinam Aldinam Pariſinam, annotationibus edita dedicavit Gerardo Falkenburgio, [1] qui eam, quam potuiſſent pauci, ex Nonno reportavit laudem. [1] Suam de Apollonii editione fidem longo pòſt tempore jam tandem liberavit; ſed ([2] quod Robertus Pater de libris, quorum editionem procraſtinavit, dictitabat) *ſat citò, ſi ſat bene.* [1] In eâ ſummam habuit curam interpunctionis, quæ apta & accurata locis pleriſque vicem expoſitionis præſtat.

Anno 1575° Joanni Fichardo Senatori Francfordienſi ([3]qui ne ipſam quidem Juriſprudentiam eſſe

[1] Lege Epiſtol. ad Falkenb. [2] Gell. Epiſt. p. 13. [3] Parod. Epiſt. ad Fichard.

ἄμικον ſinebat) dono miſit ſuas Parodias Morales, [1] quas ad fallendum itineris tædium compoſuerat. [1] Ante enim aliquot menſes Viennâ Auſtriæ revertens (ex eâ profectione quam ſuſcipiens Fichardo valedixerat) multa inter equitandum in animo ſolebat verſare, præſertímque de bello Gallico vir Gallus ſæpe cogitabat; & varia, quæ in Cæſaris Aulâ ſuper eo audiverat, in memoriam revocans, varias populi ante oculos ſibi ponebat miſerias; tandémque [2] Horatianum quendam verſum eò pertinentem volvens ac revolvens, cœpit tandem multis modis eum refingere: ità ut velut Proteum quendam vultus alios atque alios ſumere coegerit. Hinc facto periculo idem etiam tentavit in aliis, donec in libellum increſceret. His Parodiis adjecit Centonum veterum & Parodiarum utriuſque linguæ exempla. Inter hæc laudat, quibus ſacrum eſt Argumentum, qualia ſunt Eudoxiæ ſeu Eudociæ Græca, Probæ Falconiæ Latina, quæ ultima [3] jam olim Lugduni cum quibuſdam Mantuani & aliorum libris mendoſiſſimè excuſa ſunt, quorum tamen [4] exemplaria occurrunt rariſſima: [5] Græcorum enim ex editionibus Aldinâ & Germanicâ codices à multis jam annis deſierant reperiri. Hos itaque Homericos & Virgilianos Centones additâ

[1] Parod. Fpiſt. ad Fichard. [3] P. 71. [2] Quem (quamvis hìc non nominet, ſed tantùm innuat) puto fuiſſe, Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi. Eum enim poſtea in ſuis parodiis (p. 98.) magìs quàm ullum alium variavit. Noluit autem diſertis verbis indicare, ne ſibi ex ejus applicatione crearet invidiam. [4] Parod. Epiſt. ad Fichard. P. 70. [5] Centon Epiſtol.

Nonni

Nonni in S. Johannis Evangelium Paraphraſi ex Erhardi Hedeneccii interpretatione aliquot in locis emendatâ anno 1578 Id. Mart. excuſos Cratoni Johannis Cratonis à Craſtheim filio dedicavit. [1] Mentionem facit editionis Centonum Latinorum minùs mendoſæ, in oppido Mercuriali (ut ibi vocatur) Antverpienſi, per Gerardum Leonis, anno 1489. [2] Obſervat in Probæ Centonibus verſus Virgilianos ex Auguſtis Sacros reddi, in nuptiali verò Auſoniano profanari. [3] Ipſe etiam parodicè quoſdam Virgilii verſus detorſit, cum Romæ degeret, & Venetiis adverſùs vervecinam, quæ ipſi non placebat, carnem, & in Germaniâ adverſùs ſtrenuos illius Gentis potores; ubi [4] multos ipſius ſobrietati inſidiatos fuiſſe queritur. [5] Laudat Lælii Capilupi Centonem ingenioſum; de quo, quid ſcribat [6] Thuanus, non abs propoſito fuerit afferre. “ Joachimo Bellaio
“ (qui Lutetiæ deceſſit anno 1560. Cal. Jan.
“ annum agens 37m) comitem addemus 3° poſt
“ eum die in patriâ, cum 62. annos exegiſſet,
“ mortuum Lælium Capilupum Mantuanum: qui
“ tantâ fœlicitate Maronis conterranei ſui verſi-
“ bus detortâ ſignificatione luſit, ut Auſonii &
“ Probæ Falconiæ atque aliorum, qui in ſimili
“ argumento ſe exercuerant, laudem prorſus ob-
“ ſcuraverit, in diſpari longè à Virgilii mente
“ materiâ verſatus: præter alios uno & altero ele-

[1] Centon. P. 28. [2] Parcd. p.·70. [3] P. 120. 121. [4] Franc. Emp p.117. [5] Parod. p. 103. [6] Tom. 1. p. 682.

" gantiſſimo centone de Monachorum origine, " vitâ, inſtitutis, ſacrorum noſtrorum ritu, & de " Morbo Gallico, de quibus nunquam Virgilio in " in mentem venire potuit, concinnato. Hæc Thuanus. Interea, pum Parodias ederet, Oratorum (Veterum quos ſe multò emendatiores quàm Aldus edidiſſe ſcribit in Aul. Gell. Noct. Paris. p. 43.) jam uſque ad pag. 77. (unde in Parodiis affert locum) perduxerat Henricus editionem; quam hujus anni Cal. Aug. finitam inſcripſit Petro Boulliodo Regis in curiâ Lugdunenſi conſiliario, [1] apud quem civilia ſuæ Patriæ bella deplorat, queritúrque nullam humanam eloquentiam aut ſolertiam ad pacem conciliandam prodeſſe. [1] Craſſos apertóſque in Aldino Oratorum exemplari emendavit errores, quibus novos addiderunt editiones Germanicæ (quod & in aliis antea libris & nunc in Platone, quem excudebat, experiebatur), præſertim Baſilienſis, cujus correctorem, qui flagris corrigeretur, dignum putavit. [2] Uno eodémque tempore (Cal. Aug.) vulgavit Arriani de Alexandri expeditione Hiſtorias ex novâ interpretatione Vulcanii, qui illud non τελεὶς, quod de ſe teſtatur Facius, ſed ἐπιθάμιον Κύημα Thomæ Redigero Sileſio obtulit, adjutus veteri codice Conſtantinopoli ad Stephanum unà cum quibuſdam Ariſtotelis aliorúmque Græcorum ſcriptorum libris miſſo; in quo (quia erat mutilus) nonnullos, de quorum integritate dubitavit, locos incuratos tamen reliquit; neque enim

[1] Epiſtol. [2] Epiſtol.

nudis

nudis niti conjecturis religioſa Stephani diligentia permiſſura fuiſſet. [1] Vulcanius, ut id opus curaret, Cyrillum, cui vertendo, & Iſidorum, cui caſtigando longam jam operam navârat, è manibus ſepoſuit; vetuſtum Arriani Codicem cum Baſileenſi olim Gerbelii operâ edito contulit; deprehendit peſſimam eſſe verſionem Bartholomæi Facii, qui tamen illam à Paulo Vergerio datam (Vulcanio non viſam) damnabat, utì barbaram. Arriani Librum Plutarchi de Alexandri vitâ & fortunâ opuſculis, & nonnullis ejuſdem argumenti ex Livio, Juſtino, Curtióque tractatibus, copioſo demum indice concluſit.

Stephanum [1] recordantem, quoties Pater Robertus operam & ſtudium navaverat variis Teſtamenti novi Græci editionibus, ac poſtremò illam ſingulorum hujus libri capitum in certum verſuum numerum diſtributionem excogitârat, puduit videri ab illo degenerâſſe, ac ſuam ſymbolam non contuliſſe. Teſtamentum itaque Græcum in parvo volumine anno 1576. 8.Cal. Mart. edidit interpretatione vocum obſcuriorum & quorundam loquendi generum margini adſcriptâ, & Philippo Sidneo dedicavit. [2] Conqueritur tamen ſibi otium & Theodori Bezæ, quem de multis, ubi hærebat, locis conſuleret, præſentiam defuiſſe. Copioſè & doctè præfatur de plurimis textibus, quorum verba

[1] Epiſtol. [2] Epiſtol.

meliùs

meliùs interpretatus eſt, quàm Vetus Interpres; [1] cui, quamvis rudis & parum fidelis alicubi fuerit, tamen, ſi nihil deberi diceremus, nos affirmat fore ingratos. [1] Notat interim craſſam quorundam ignorantiam, qui, ubi legitur *Hæreticum hominem devita* (Tit. 3. 10.), ſignificari *tolle è vitâ* putaverunt.

Hôc anno Stephanus edidit ſuam de Latinitate falſò ſuſpectâ expoſtulationem, & de Plauti Latinitate diſſertationem, & ad lectionem illius Progymnaſma; Hos tractatus in unum librum redactos Hieronymo Caſtellionæo Lugdunenſi curiæ præſidi dicavit. Ibi damnat religioſam illam ſeu potiùs ſuperſtitioſam, quæ Patri nunquam placuerat, Latinitatem eorum, qui Nizoliani veriùs vocentur quàm Ciceroniani. [2] Vanos ait de Latinitate injeciſſe ſcrupulos Nizolium, & Laurentium Vallam virum alioqui de linguâ Latinâ optimè meritum, [3] nec non magnam Gallis & Italis cum Latino ſermone [4] affinitatem obſervat, ac majorem Plauti ſermoni cum Gallico quàm cum ullo alio convenientiam. [5] Hujus opuſculi ſui meminit in ſpecim. Emend. ad Gell. [6] narrátque quoſdam, quum legerent vocem *reformatione* in titulo Noct. IV. & V. ad illam commoveri & ſuccenſere, tanquam à dormitante ſcriptam. Quum inſtaret, Gallos ſuam

[1] Epiſtol. [2] Epiſt. p 4. [3] Præf. p. 4. [4] Epiſt. p. 5. [5] P. 367. [6] P. 108.

vocem

vecem ex illâ ſumpſiſſe; imò verò aiebant, tu ex Gallicâ Latinam facere voluiſti. Ei ſtatim exempla non ſuccurrebant, quum alioqui legiſſe ſe apud magni nominis ſcriptores ſciret: adeo ut etiam, donec [1] Theſaurus patris proferretur, nimium pertinax aliquoties audierit.

Anno 1577. excudit Ciceronis [2] Epiſtolas ad Familiares, deinde diverſorum in eaſdem Commentationes, Pauli Manutii, Canteri(qui 1^m Epiſtolam lib. 6ⁱ Græcè vertit), Lambini, Turnebi, [3] Hier. Ragazonii, (qui Sigonium Venetiis profitentem audivit); ſuum de variis epiſtolarum generibus Commentarium: His adjecit appendicem ad Manutii Scholia ex editione, [4] quam literis Venetias ſcriptis, duobus poſt menſibus, acceperat; alias locorum aliquot emendationes pollicitus in ſuo Dialogo Pſeudo-ciceroniano, qui eo ipſo (quo epiſtolam his Commentationibus præfixam ſcribebat) tempore excudebatur. Eodem hôc anno Callimachum cum Scholiis, & Nicodemi Friſchlini verſione proſâ ac metricâ, ſuâque hymni unius ad-

[1] Ubi nomen *reformatio* ex nullo affertur authore, ſed verbum *reformo* ex Plin. Ovid. Quintil. [2] Henr. Steph. in ſuo Pſeudo-cic. pag. 225. 226. ſcribit ſe toti Ciceron. Epiſtol. editioni non præfuiſſe, & in aliquâ tantùm editionis parte correctioni typographicæ præfuiſſe, coactúmque fuiſſe eas magnâ ex parte lectiones recipere, quæ in Manutii editione erant, quum ejus etiam annotatiunculas ſive notatiunculas (quod ipſi Manutio videtur magìs placere) margini apponeret. [3] Epiſtol. Ragazon. [4] Epiſtol. Steph.

ſtrictâ

ſtrictâ & liberâ, utriuſque notis, Politiani & aliorum interpretatione edidit; [1] quam editionem ſecutum eſt breve epiſtoliorum, dialogorum, oratiuncularum, poematiorum ex variis utriuſque linguæ ſcriptoribus Syntagma, in quo habetur ſatyra elegantiſſima, quæ inſcribitur [2] Lis, non priùs edita. Notat Callimachi editiones [3] Florentinam, [4] Aldinam 1513, Frobenianam 1532. Interea incumbebat excudendo Platoni, cujus ſecundus tomus uſque ad [5] 377 paginam pervenerat; [6] cujus opera tum temporis duobus prelis erant commiſſa. Neque tamen adeo uni Authori unicè manus ſolebat admovere, ut nullum alium curaret; mentem enim tam capacem opus unum explere non poterat. Dum itaque Platonem excudebat, Geographos edidit, Dionyſium Periegetem cum Euſtathiis ſcholiis ſuâque verſione, Melam, Æthicum, Solinum cum Olivarii, Simleri, Delrii notis & emendationibus. [6] Robertus olim Dionyſium ediderat, ſed exemplaria jam pridem deſiderari cœperant; eam ergò editionem Henricus non

[1] Epiſtolia &c. pag. 60. [2] Hoc incerti authoris Henricus Stephanus, anonymi Franci Boxhornius in ſuis Poet. Satyr. minor. ann. 1633 excuſis, Barthius Poetæ veteris in ſuorum Adverſar. lib. 7. cap. 17. anno 1624. poema fuiſſe crediderunt, quum authorem habeat Mich. Hoſpitalium, & legatur in initio 2. lib. ipſius Epiſtolarum Lutetiæ apud Mam. Patiſſon. 1585. excuſarum. Id obſervavit Vir Clariſſ. Alb. Fabricius in ſuâ Biblioth. Lat. [3] Callimach. p. 106. [4] p. 92. [5] Locum enim indè affert in Callimach. pag. 94. & ex ejuſdem tomi pag. 247. 248. in Comment. de gener. Epiſtol. pag. 138. [6] Dionyſ. Epiſt. ad Reding.

tan-

tantùm renovare ſed & augere cogitavit. Rhemnii verſionem nimiæ libertatis accuſabat, dolebátque Andream Papium ſuæ plus non conceſſiſſe. [1] Annotationes addidit non tantùm ſuas, ſed quas (nomine ubique Autoris præfixo) excerpſit ex Jacobo Ceporino (cujus Græca extat Grammatica perbrevis), Gulielmo Morelio, Andreâ Papio; primas Baſileæ à Bebelio 1523. Secundas Lutetiæ 1556. tertias Antverpiæ 1575. editas. [2] Defendit etiam (quod pii filii erat) memoriam Patris, quem [3] Papius varias lectiones ad nauſeam uſque putidè collegiſſe notat; [4] cujus potiùs nimiam diligentiam mirari debuit Papius, quàm hujuſmodi (ut vocat) quiſquilias, quibus tantopere offendebatur, in ſuis annotationibus tam diligenter recenſere.

Stephanus (neſcio quâ ratione impulſus libris annum aliquando non præfixit; E. G. Buchanani Pſalmis à ſe & Roberto fratre editis; recuſæ Poematum Bezæ editioni, quam tamen ex epiſtolæ ad Duditium appendice prodiiſſe 1576. 38. Jul. conjeci. In hâc appendice Beza monet Duditium, diuturnam illius de veræ eccleſiæ notis dubitationem non paucos ex iis, ad quas à Papâ deſciverat, partibus offendiſſe. At id obiter. Stephanus etiam dubium fecit, quo anno primam ſui Horatii, & Virgilii

[1] P. 141. [2] P. 147. 148 [3] Edit. Papii. p. 90

editionem

editionem emiſerit: Quod verò de illo conjecturâ licebit aſſequi, tantundem etiam de hôc innoteſcet; nam [1] eodem ferè tempore, iiſdem typis, cum ejuſdem formæ ſcholiis, eâdem denique accuratione edidit Virgilium & Horatium Latinæ Poeſeos in diverſo genere facilè principes; [2] inter quos palma eſſe videtur adeo ambigua, ut ſi eorum altero privari nos oporteret, vix poſſemus ſtatuere, utrius jacturam minùs impatienter ferremus. [1] Horatius, [3] cujus plura quàm ullius Latini ſcriptoris reperiuntnr exemplaria, plura & graviora, quàm Virgilius, ab audacibus conjecturis accepit vulnera. Horatium ſuum quinque diatribis (quibus quatuor in ſecundâ editione adjecit) ornavit, ac indice; [4] non verò Lipſienſi, quem, licèt Georgio Fabricio adſcriptum, minimè probabat. Suas in Horatii Poemata curas Joanni Bellevræo inſcripſit Regi apud Helvetios legato, [5] cui ante aliquot menſes Coloniâ redeunti aliquot Horatii verſus examinandos oſtenderat. Hæc editio prodiit poſt annum 1573, & ante 1576: nam citantur in eâ loci [6] ex libro de Virtutnm encomio non ità pridem edito (1573) [7] ex Theſauro Græco (1572) [8] ex Querimoniâ Typographicâ & Epiſtolâ ad amicos (1569.) [9] Innuit etiam Philoſophicam Poeſin (1573) & [9] emporium

[1] Horat. Epiſt. ad lect. [2] Ad Bellevr. [3] Sched. 1589. p. 161. [4] Horat. H Steph. ad lect. in fine libri. [5] Epiſt. ad Bellevr. [6] Diatr. p. 39. [7] Epiſt. ad lect. [8] Ibid. [9] Diatr. p. 66.

Franco-

Francofordienſe (1574): Ac in [1] Nizoliodidaſcalo (1578.) harum diatribarum ſit mentio: Denique in Pſeudocic. (1577) pag. 157. leguntur hæc.—— Editio Horatii, quæ ex Henr. Stephani officinâ ante biennium prodiit. In illis diatribis memoratur Horatii editio [2] Lipſienſis anno 1571. [3] Veneta 1555 & Ludgunenſis 1559. [4] Pariſienſis, & cum Glareani annotationibus Friburgenſis 1533, & Badiana, & Colinæa 1539 aliis, quæ poſtea prodierunt, multis accuratior. [5] Notat Lambini commentarios eſſe doctiſſimos quidem & variâ eruditione refertiſſimos; ſed in locis pleriſque loquaciſſimos, ubi pauciloqui eſſe poterant; contrà, ubi loquaces ſaltem eſſe debuerant, mutos. Quo certè in pleriſque nil ferè occurrit frequentius. Secunda editio Horatii (quam anno 1600 recudit Paulus Stephanus) prodiit anno 1588; in quâ notatur [6] Dialogus de bene inſtituendis Græcæ linguæ ſtudiis (1587) ac poſterior Thucydidis editio 1588. & [7] deſcribitur integrum unum Schediaſma ex [8] nondum editis, quæ lucem anno 1589 viderunt. [9] Porphyrionis commentarios ([10] quos dedit Badius) Henricus laudat, & in eos emendationes nec non quaſdam acceſſiones ex veteri libro adjicit. [11] Lectorem refert ad ſua Schediaſmata, in quibus Porphyrionis ſit mentio, & aliorum, quæ his dia-

[1] P. 24. [2] p. 37. [3] P. 53. [4] p. 58. [5] p. 81. [6] Edit. P. S. p. 147. 168. [7] p. 116. [8] p. 161. [9] p. 151. [10] p. 155. [11] p. 150. 168.

tribis

tribis adjici cupiebat, defectus ſuppletur. Miror Henricum nullibi in ſuis diatribis Horatianis meminiſſe Michaelis Bruti, qui anno 1566 in Odas & Epodos ſcholia brevia quidem dedit at erudita; ea enim quantumvis rariſſima vix tamen Henrico fuiſſe ignota putaverim. Tranſeo jam ad Virgilium, cujus prior (utì modò annotavi) editio priori Horatianæ fuit contemporanea; poſterior verò poſteriori alteri quinquennio anteceſſit. Maronem Stephanus, utì Horatium, notis marginalibus, illuſtravit, Indice & Schediaſmate de delectu in diverſis apud Virgilium lectionibus adhibendo ſecundæ editioni adjectis. In præfixâ ad Thomam Redingerum epiſtolâ ſcribit ſe in editione Manutianâ errata haud levia deprehendiſſe; in Erythræanâ ſtultam curioſitatem reperit potiùs quàm difficilioris loci ſenſum aut vocabuli expoſitionem; Pontani matæotechniam & alliterationum enumerationes non probat; Lugdunenſem Antonii Goveani vocat fœdiſſimorum mendorum ſentinam. Acri aliorum cenſuræ ſæpius indulgebat; & (quod non eſt diſſimulandum) in ſemet & ſuis efferendis minimè erat parcus. In ſuâ ad lectorem præfatione expoſitores Virgilii quoſdam carpit, Venetum alterum, alterum Bononienſem, tertium Belgam ſcholiorum in editione Venetâ collectorem; queritur etiam nonnullos Lexicographos quaſdam voces ex errore natas ideóque ſuo Theſauro pulſas in ſuas ſedes repoſuiſſe. In ſuis ad Virgilium ſcholiis fatetur

ſe

ſe Cæſari Scaligero & Adriano Turnebo potiùs quàm Servio ubique ferè ſubſcripſiſſe.

[1] Henricus Stephanus “ olim Viennæ Auſtriæ cum Joanne Sambuco ſermonem habuerat, nullum eſſe ſcriptorem de Linguâ Latinâ & de Humanitatis ſtudiis meliùs meritum Cicerone; & vix tamen ulliùs ſcripta pejore loco partim fuiſſe, partim eſſe; quòd multa ex vulneribus, quæ ignorantia ei intuliſſet, quorundam ſive Medicorum ſive Chirurgorum audacia majora reddidiſſet. Anno 1577 ſuum ei dicavit Pſeudo-Ciceronem, “ [2] in quo Lector de multis ad Ciceronem pertinentibus, & quem editionum ejus delectum habere, quámque cautionem in eo legendo adhibere debeat, monetur. Memorat Ciceronianas editiones, “ [3] Badianam ante plurimos annos datam, [4] cujus non magna eſt auctoritas; [5] Nizolianam, cujus maxima & major fortaſſe, quàm alîus cujuſquam eſſe debeat authoritas, quæ ex Italiâ anno 1535 prodiit; [6] Roberti Stephani, anno 1543, [7] ejuſdémque alteram, quæ aliquot ante illam annis prodiit grandi formâ, [7] Caroli Stephani longo pòſt tempore; [8] Lambini, in quâ nil magis diſplicere omnibus Henricus exiſtimabat, quàm quòd ſuis quoque conjecturis in ipſo textu locum dare

[1] Pſeudo-Cicer. Epiſtol. [2] Ibid. in Titul. [3] Ibid. p. 28. [4] P. 29. [5] P. 10. [6] P. 12. [7] P. 13. [8] P. 14.

“ auſus fuerit. [1] Lambinus præfationi ſubjunxit “ nomina eorum, qui ante ipſum in emendando “ Cicerone aliquid operæ poſuerant, 18 ex Italiâ, “ 30 ex Galliâ, [2] Inter illos coryphæus fuit Pe- “ trus Victorius, qui ante menſes aliquot ægrotus “ convaluerat; [3] Inter hos ſe (non ſinè ſui vanâ quâdam [4] venditatione) nomine appellat: gloriatúrque ſibi “ [5] Lambinum eſſe aſſenſorem de pleriſque locis, quos ille ex ingenio ſive ex conjecturâ emendavit. Queritur [6] eum conjecturis “ ſuis nimium indulſiſſe, neminémque (quòd ſciat) “ æquè vel tot in locis audacem fuiſſe; paucóſque “ eſſe adeo ſive temerarios ſive audaces, ut ſuam “ in conjecturis ſolertiam veterum exemplarium “ vicariam conſtituant; quod ab illo factum fuit. [7] Henr. Steph. mentionem facit Leon. Malanſpin. emendat. ac ſuſpicion. in Epiſtol. ad Attic. Brut. & Q. Fratr. edit. Ven. ann. 1564. [8] Laudat “ Turnebum doctiſſimum certè virum, at ſingulari “ & ingenio & judicio præditum, [9] ejúſque editionem Quæſt. Academic. anno 1553. [10] Deprehendit “ in Manutio non tantam quantam in Lambino audaciam, ſed valde tamen periculoſam & “ iſtam; [11] notat verò illum in poſteriori epiſto-

[1] P. 15. [2] P. 16. [3] P. 18. [4] Imo etiam in Pſeudoc. pag. 155. de ſe ſic ſcribit.——Epiſtol. Planc. 17. Lib. 10.——*fide illius*, Lambinus ait, *fidei* legebam, aliquot pòſt annis *fide* legendum cognovi Errico Stephano viro doctiſſimo idem videri. Quamvis ea ſint Lambini verba, Stephanum tamen in ſui gloriam tranſcripſiſſe minimè decuit. [5] P. 21. [6] P. 24. [7] P. 16. [8] P. 55. [9] P. 48. [10] P. 59. [11] P. 61.

lar,

" lar. Ciceron. editione, ſive poſtremâ (quæ Venetiis ex filii ejus officinâ prodiit 1572) ſe oſtendiſſe, quàm antea, verecundiorem. [1] Ex epiſtolis affert lectiones quaſdam variantes in editionibus Manutianâ 1572. Aldinâ 1522. Lambini 1566. [2] Miratur in offic. Ciceron. quædam abeſſe ab edition. Colinæi & Rob. Stephani, quæ leguntur in Carol. Stephani. [3] Gerard. Joh. Voſſius Henrici Stephani judicium in quibuſdam Pſeudo-Ciceronis locis minimè probat, ubi [4] *domi* per ſyncopen pro *domui* poſitum, putat, & in his [[5] *omnia velles mihi ſucceſſa*] eſſe ſermonem non Latinum credit; à Lambino itaque hæc *mihi ſucceſſa* rejiciuntur; ſed Voſſius [6] Plauti authoritate retinenda contendit.

" [7] Anno 1578 Henricus Stephanus, cui dubium eſt, an ars Typographica, an verò res literia magis debeat, Langueto inſcripſit Nizoliodidaſcalum, adverſùs quoſdam velut minorum gentium Ciceronianos, qui Latinè loquendi normam non ex ipſius Ciceronis, ſed ex Nizolii duntaxat & aliorum quorundam obſervationibus hauriebant pleriſque nugarum plenis & Ciceronis verba perperam interpretantibus. Hìc verò dicere attinet, non ſemel antea monitum fuiſſe à Langueto Syd-

[1] P.61.62. [2] p. 50. [3] Art.Gramm. 1695. p. 242. 348. [4] Terent. Eun. Act. 4. Sc. 7. [5] Cicer. Epiſt. lib. 16. Epiſt. 21. [6] Pſeudol. Prolog. *ſucceſſis bonis.* [7] Hub. Languet. Vit. per Petr. Ludovic. ann. 1700. pag. 93.

" neium, ne in eorum hæreſim delaberetur, qui " ſummum in imitatione Ciceronianâ bonum " neglectâ cæterorum lectione opinabantur, to- " támque in eâ reliquis contemptis vitam contere- " bant; ſed ex probatiſſimis Auguſtæi ſæculi " ſcriptoribus eum ſibi ſtylum effingeret, qui tum " ad ſcribendam hiſtoriam cùm ad habendos de " publicis rebus ſermones magìs quàm Ciceronia- " nus pertineret: Reſpiciebat autem ſinè dubio " Caii Julii Cæſaris, Marci Bruti, Catonis, & " aliorum Romanorum Procerum epiſtolas, quæ " ſuperſunt, in quibus præter maſculam dictionis " elegantiam, maximam prudentiam, & invictam " animi conſtantiam agnoſcas, quæ fortè alibi " fruſtra quæſiveris, quanquam ſi tam multæ illo- " rum ſupereſſent, quàm Ciceronis, multum for- " ſitan eſſet, quod in eis quoque notaretur. Bru- " ti verò præſertim epiſtolas Languetus in pretio " habebat cùm ob illarum gravitatem, tum quia " peculiarem quendam Imperatoriæ prudentiæ " characterem præ ſe ferre videntur, qui Sydneio " ad regendos populos deſtinato maximè conveni- " ebat.

Joannes Leunclavius, qui ſuum Xenophontem Græcolatinum Baſileæ primùm 1569, & denuo 1577 ediderat, ab Henrico Stephano aliquando habuit literas, quibus cum non reſponderit, accepit alteras. His autem ſic [1] reſcripſit.

[1] Goldaſt. Centur. epiſtol. Philolog.

Joannes

Joannes Lewenklaw Henr. Stephano S. Genevam.

SUperioribus tuis propterea non reſpondi, quòd Xenophontem meum denuo perpolitum ad te perferendum primo nuncio dare ſtatueram: nunc quum alteras abs te acceperim, déque nonnullis admoneri me prudenter & amicè videam, inhibito nonnihil concilii prioris quaſi curſu meum exemplar apud me tamdiu retinebo, dum & Camerarianam & Venetam interpretationem παιδείας nanciſcar; quarum illam heic apud me non habeo, alteram variis auctam lectionibus, ut ſcribis, nunquam adhuc vidi. Optarem utramque mihi abs te mitti, ne, dum longiùs arceſſo, quod è propinquo conſequi licet, expectationem commodáque tua remorer. Cupio quidem certè Xenophonteam hanc lucubrationem alteram mihi honeſtam, typographo fructuoſam, lectori gratam & utilem efficere. Oeconomici nullam arbitror editionem præſtare Camerarianæ, quam ego cum meâ diligenter contuli. Polybium nunc paro, quo quidem edendo nolim te properare. Nam audio quendam Polybii, Procopii, & aliorum quorundam fragmenta propediem publicaturum. Ea primùm videamus cenſeo. Varias lectiones Polybianas omnes abs te non deſidero. Nam ἐπιτομὰς, quæ maximè corruptæ ſunt, & emendatas ego de libris manu ſcriptis & auctas habeo. In cæteris, ſi primæ paginæ duas mihi lacunas exemplaris editi complanaveris, gratiſſimum feceris. Scribis abs te nunc Dionyſium Halicarn. elaborari. Vide num tuis ego rectè ſim conſulturus. Hiſtoriam Romanam ſcriptores Græci plures univerſam penè complexi ſunt: Dionyſius (inquam) Polybius, Appianus, Diones, Herodianus. Hos ſi tu nobis omnes Græcos & Latinos dares in certos tomos digeſtos, qui licèt ſinguli prodirent, conjungi tamen omnes tandem poſſent; magno tibi beneficio rerum Romanarum ſtudioſos obligares. Dionyſium Latinè redditum habere te dicis. De cæteris videndum. Appiani novam interpretationem nullam ſcio. Quid ſi hunc ego tibi cum Herodiano tradam? audi amplius. Scis in quæ tempora deſinat is,

quem dixi, Herodianus. Eorum temporum hiſtoriam nulli pleniùs exceperunt, quàm Eunapius & Zoſimus. Eunapii fuere libri XIV. qui nuſquam extant nequidem in Italiâ: Zoſimi, ſex tantùm. Photius in Bibliothecâ narrat, eaſdem res ab utroque ſic tractatas, ut una videatur hiſtoria. Stylum & φράσιν diverſam facit, Eunapianam ob prolixitatem καὶ τροπὰς frequentiores improbans, Zoſimæam laudans, ὡς σύντομον, καὶ εὐκρινῆ καὶ καθαρὸν, οὐδὲ τοῦ ἡδέος ἀπῳκισμένην. Repetit autem Zoſimus narrationes (ut dixi) rerum geſtarum ſuas ab iis temporibus, in quibus Herodianus deſiit; integrámque pertexit hiſtoriam, uſque ad Gotthicum urbis excidium; & rara pleraque continet, parúmque nobis cognita; qui de temporibus iis ſcriptorum duntaxat Eccleſiaſticorum monumenta legimus hactenus. Nunc ego tibi manu meâ deſcriptum diligentérque collatum & emendatum mitto, ut hiſtoriam Romanam annorum 1200 ab urbis origine ad excidium uſque continuatam habere poſſimus: ſuppeditaturus etiam converſionem bonam & luculentam, quæ dudum parata apud me eſt. Rarum hoc, crede mihi, opus eſt; quod aliunde non facilè conſequare, Deeſt parum in fine primi libri, parum in principio ſecundi, parum in medio quinti, parum denique in fine ſexti. Quæ omnia expecto ex Italiâ, cujuſdam amici operâ, qui admodum ſecretò cuſtodiri quoddam iſthìc exemplar mihi nunciavit, cujus ipſe copiam ſit habiturus. Audio te Photii Bibliothecam habere, de quâ vellem exſcriptum de Zoſimo titulum verteres. Nam mea, quæ in fronte Zoſimi poſita vides, alicubi corrupta ſunt. Facies item me certiorem, an Herodiani videris editionem aliam quàm Baſileenſem. Dionyſii περὶ τέχνης ῥητορικῆς cum Antimachianis illis ad me mittito. Nullum enim exemplar habeo. Vel ipſe in eo tibi gratificabor, vel alium inveniam, qui reddat. Platonis editio tua valde ab omnibus exſpectatur. Naogeorgus an verſionem Orationum Chryſoſtomi ſuam recognoverit, neſcio. Mortuus eſt haud procul Heidelbergâ: nec commodiùs hæc aliunde quàm ex Urſino vel Meliſſo reſciveris. Hæc ad tuas reſcribere prolixiùs volui. Tu velim officio tuo me ſubleves,

ſubleves, ſimúlque veteris illius verbi memineris, quo χάρις βραδύπους ἄχαρις. Nam duplò me tibi putabo devinctiorem, ſi ultra natalitia proxima rem non diſtuleris. Vale. a. d. VII. Eid. Decemb. Baſileâ.

Ex ipſâ epiſtolâ certum eſt eam ſcriptam fuiſſe poſt ultimam Xenophontis Baſil. Græco-Lat. & ante Platonis H. Steph. editionem, ſcilicet 1577. 7. Id. Dec. In eâ fit mentio, inter alia, Zoſimi, cujus duos tantùm primos libros, mutilos quidem excudit Stephanus; inter quem & Leunclavium orta eſt ſimultas, utì ex Xenophonte 1581 edito patebit. Quoniam autem Leunclavius in præcedente epiſtolâ meminit Thomæ Naogeorgi ejúſque Chryſoſtomi. Orat. verſionis, non prætermittam, quid Federicus Morellus Dionis Chryſoſtomi ann. 1604. editor, in ſuâ ad Lectorem præfatione, de Henrico noſtro ſcripſerit; " ſed & ecce clariſſimus & " eruditiſſ. ſenator, Paulus Petavius ultro ſymbo- " lam ad ἔρανον Dionæum attulit; dum H. Steph. " πολυμαθεστάτου librum Græcum Venetum notulis & " interpunctis quibuſdam raptim diſtinctum luben- " ter & liberaliter commodavit.

Anno 1578 Henricus emiſit Platonis opera cum Johannis Serrani perpetuis notis & novâ interpretatione ſuis annotationibus & Latino Græcóque Indicibus. Serranus tomum primum dedicavit Reginæ Elizabethæ; ſecundum Jacobo ſexto Scoto-

rum Regi adhuc puero, res adminiſtrante Dugla-ſio; tertium Reipublicæ Bernatum, 1577. Cal. Oct. Illam laudat ob multa Gallorum millia, quæ è belli faucibus erepta in ejus regnum confugerant: hunc ob magnum virtutis & eruditionis exemplum, cujus præconia ex Theodoro Bezâ ac Georgio Keith Gulielmi Keith Mareſcalli frequenter audierat. Bernatum agnoſcit tum in Gallos ſuos populares tunc temporis afflictos tum in ſe beneficia, in quorum ditionem, ubi puer cum Johanne Gulielmo Stucchio ſub Hieronymo Manuele Lauſannæ operam literis dederat, nunc ſe cum totâ familiâ receperat. [1] Huic Platonis Philoſophorum Regis editioni Regiam Stephanus adhibuit magnificentiam, quam ipſi ſua promiſit ampla, varia & precioſa ſupellex Typographica; præcedentes contulit editiones, Aldinam, Baſileenſem ([2] ex Joannis Valderi officinâ cum Simonis Grynæi præfatione), Lovanienſem (librorum duntaxat De legibus); [3] Notat multis in locis Baſileenſem, dum Aldinos errores vellet emendare, ſubſtituiſſe periculoſiores; [4] reprehendit paſſim verſionem Marſilii Ficini, [5] quam tamen Leo Allatius ſcribit pleriſque doctis probari tanquam fideliorem, Serrani tanquam elegantiorem. [6] Illam etiam aliquando damnat Serranus; [7] cni neque

[1] H. S. ad lect. [2] ejuſd. Not. p. 9. [3] p. 27. [4] p. 13. 21. [5] Alb. Fabr. Biblioth. l. 3. p. 35. Ibi lege plura de Ficino & Serrano. [6] Not. p. 2. [7] p. 7.

non-

nonnunquam ſatisfacit interpretatio Stephani, [1] cujus tamen in bonis autoribus ſtudium & induſtriam velut hæreditarium penſum commendat, [2] Theſaurúmque vocat verè Aureum. [3] Serrani nomine promiſit Stephanus Commentarium de doctrinâ Platonis cum accuratâ Ariſtoteleæ comparatione. [4] Gloriatur quidem ſe in paucorum locorum emendatione ſuum concuſſiſſe pectus, non omnino, quorundam judicio, infœcundum. Nec poterat vir magnus aliquando non geſtire, quòd à laudatis viris laudaretur. Illi autem laus etiam in ore proprio vix ſordet, cui adeo univerſa fuit eruditio & laborioſa induſtria, ut, utra major fuerit, dicere ſit difficile. Utramque certè teſtantur ſuccisivarum inter tot curas Typographicas horarum penſa, Schediaſmatum ſcilicet variorum ſex libri, qnorum tres hôc anno, reliqui decennio pòſt, prodierunt, quibus menſium ſingulorum præfixit nomina, [5] annum integrum forſan, ſi vacâſſet, impleturus. De his Andreæ Schotti teſtimouium in ipſius ad Lectorem epiſtolâ Lyſiæ (Hanov. 1615.) præfixâ afferam. “ Henr. Stephano Typographo-
“ rum ὀρχάμῳ ſalva ſua eſſe volumus, qui ſæpe ſum-
“ mâ accuratione ϗ εὐστοχίᾳ in Græcis præſertim
“ autoribns, cum notis additis, tum in Schediaſ-
“ matum libris nodos quoſque ſcriptorum perdiſ-

[1] Epiſt. ad Lect. p. 15. [2] Not. p. 1. [3] Ind. p. 81. [4] Epiſt. ad Lect. [5] Lege Titul. Sched. 1578.

“ ficiles

« ficiles expedire erat ſolitus. Hæc Schotti verba addere eò lubentiùs volui, ut lector expendat, quàm diverſam de Stephano hic & Vavaſſor (de quo priùs) peregerit cenſuram, uterque tamen eodem Jeſuitarum ordine oriundus.

Stephanus in his Schediaſmatum libris quàm plurimis lucem affert linguæ utriuſque ſcriptoribus; [1] Ciceroni, [2] Senecæ, [3] Ovidio, [4] Martiali, [5] Livio, [6] Gellio, [7] Tibullo, [8] Propertio, [9] Dionyſio Halicarnaſſeo, [10] Platoni, [11] Athenæo, [12] Polybio, [13] Pindaro, [14] Xenophoni (quem tertium vocat. i. e. Arrian. Cyneg.) [15] Luciano, [16] Philoni, [17] Dicæarcho, [18] Heſychio, [19] Suidæ; alios ſimul comparat, [20] Virgilium & Livium, [21] Livium & Cæſarem, [22] Livium & Ciceronem, [23] Livium & Merlam, [24] Senecam Phil. Ovidium Claudianum & Silium, [25] Ovidium & Ciceronem, [26] Platonem & Homerum, [27] Platonem & Ælianum, [28] Platonem & Iſocratem, [29] Xenophontem utrúmque, [30] Dionyſium Hal. & Plutarchum, [31] Alcæum & quendam ex Anthologiâ ἐπιγραμματοποιὸν, [32] Platonem Iſocratem & Dionyſium Hal. [33] Platonem & Horatium,

[1] Jan. 8. Feb. 6, 7, 16, 17, 18, 22. [2] Jun. 24. [3] Jan. 17. [4] 18. [5] Apr. 5, 6, 8, 9, 13, 24. [6] Jan. 25, 26, 29, 30, 31. [7] Mai. 9. [8]. 10. [9] Feb. 2, 3, Mai. 24. Apr. 14, 15, 19. [10] Mart. 3, 4, 5, 6, 7, 8. [11] Feb. 1. [12] Apr. 10. [13] Mai. 14. [14] Apr. 1, 2, 3. [15] Mart. 21. [16] Jun. 18. [17] 14, 15, 16, 17, 23. [18] 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13. [19] 11, 13. [20] Apr. 7. [21] Mai. 5. [22] 31. [23] Jan. 24. [24] Mai. 8. [25] Mart. 15. [26] Feb. 19. 20. [27] Jan. 24. [28] Mart. 9. [29] Mai. 16, 17, 18. [30] Apr. 16. [31] Mart. 30. [32] Apr. 15. [33] Jan. 4. 5, 11.

Home-

[1] Homerum Ciceronem & Horatium, [2] Homerum & Platonem, [3] Platonem Xenophontem & Juvenalem, [4] Platonem Xenophontem & Ovidium, [5] Platonem & Ovidium, [6] Platonem Ovidium & Ciceronem, [7] Platonem & Senecam, [8] Platonem & Perſium, [9] Polybium Diodorum & Livium, [10] Homerum & Martialem, [11] Euripidem Ovidium & Martialem, [12] Ovidium & Nilum, [13] Lucianum & Horatium; Novi Teſtamenti Textum elucidat ex locis variorum Authorum, [14] Platonis & Xenophontis, [15] Herodiani Platonis Homeri Horatii & Plauti, [16] Lyſiæ, [17] Philonis: [18] Monet Ficini interpretationem (Lugdun. Edit. Plat. 1557.) fuiſſe depravatam à duobus illis, qui editioni præfuerunt, caſtigatoribus; [19] Paul. Manutium & Lambinum de Cicerone optimè meritos, hunc verò multò prudentiùs quàm illum in locorum quorundum explicatione ſe geſſiſſe; [20] Antonium Muretum & Eraſmum in Græci verſûs proverbialis interpretatione lapſos; [21] Lambinum & Cruquium in Horatio nonnunquam hallucinatos; [22] Paternam Halicarnaſſei Dionys. editionem mendis quibuſdam ei cum Aldinâ communibus repurgat; [23] Homeri locum ex ſcholiis ineditis illuſtrat, & [24] Batrachomyomachiam, in quâ Homero vix quidquam ſatis dignum, non

[1] Jan. 9. [2] Febr. 19, 20. [3] Mart. 2. [4] 13. [5] 11. [6] 12. [7] 22. [8] 23. [9] Apr. 11. 12. [10] Mai. 6, [11] 12. [12] Jun. 3. [13] 6. [14] Jan. 1, 2, 3. [15] Feb. 28. [16] Mart. 28. [17] Jun. 29. [18] Jan. 7. [19] Mart. 18. [20] Apr. 17. [21] Mai. 1. [22] Feb. 14. [23] Apr. 21. [24] Jun. 22.

pauca

pauca indigna reperit, Tigreti cuidam vel Pigreti ex cujuſdam exemplaris fide adjudicat; [1] Detegit errorem in Paterni Theſauri editione Lugdunenſi (ann. 1573.) in quâ editor imitari ſcripturam, quam falſam credebat, nolens verè & turpiter erravit. Is loeus occurrit in nomine Dimidium: ex Horat. Epiſt. lib. 1. epiſt. 2. Dimidium facti, qui cœpit, habet. — Sic Horatii Textus & Theſaurus Roberti: At Lugdunenſis Theſauri editio voculâ *bene* inſertâ, quæ ab Horatio non agnoſcitur, reponit, Dimidium facti, qui bene cœpit, habet. Id nolui ſilentio præterire, nt Roberti editioni ſuus ſtet honor, nec ea præ Lugdunenſi, quam plurimi falſò præferunt, evileſcat. Henricus optimè animadvertit ſcripturæ compendia eſſe in numero Originum, unde librorum menda manârunt. [2] Sic in ſcholiis Sophocleis (Turneb. 1553.) ἄως pro ἤγον [p. 84. l. 1. 6. 11. 13. 30.] & in ſcholiis Callimachi, (Froben. 1532.) ἦεν pro ἤγον [p. 67. l. 3.]: [3] In Aldinâ Dionys. Hal. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων (p. 518. & p. 521. bis. & p. 531.) lacuna occurrit, quòd ſignificatio notæ compendiariæ (pro ὁμοίως), quam exemplar ibi habebat, ignoraretur, ac in eâdem (p. 514.) pro notâ illâ compendiariâ ignoratâ vocula ἐν ſubſtituitur. Janſſonius ab Almeloveen anno 1578° dat opuſculum Gallicum [Deux Dialogues du nouveau Langage François Italia-

[1] Jan. 29. [2] Febr. 13. [3] 14.

nizé

nizé &c]; Id, quod penes me eſt, nullum habet anni characterem; [1] In eo mentio fit Parodiarum Moralium uno abhinc aut duobus annis editas; quas anno 1575. prodiiſſe conſtat. [2] Ibi etiam meminit ſui Græci Theſauri, & [3] promittit librum [De l'excellence du Langage François]: qui ex officin. Patiſſonii prodiit anno 1579. In his Dialogis Stephanus illos inſectatur, qui Linguam Gallicam Italicis vocibus & idiotiſmis contaminabant: ac [4] notat Franciſcum primum hujus nominis Regem Henrici nunc regnantis avum qui Hebraïcæ, Græcæ Latinæque linguarum ſtudio tantopere patrocinabatur, ſuæ tamen vernaculæ adeo fuiſſe ſtudioſum, ut hujuſmodi hominum audaciam inultam non paſſus eſſet. Eandem plerique inter nos Angli injuriam faciunt ſuæ vernaculæ; quam quaſi inopem & egenam vocibus emendicatis adeo referciunt; ut, niſi huic malo occurratur, metuendum ſit, ne vetus illa & nobiliſſima lingua neutiquam vicinis inferior avitis deturbetur ſedibus; ſeríque hâc hybridâ dialecto imbuti nepotes avos Anglos habuiſſe vix agnoſcantur. Nil ſapit, quod non Gallico illo condiatur ſale. Ipſi nunc infantes alienâ linguâ priùs quàm ſuâ uti diſcunt. Pueri Ludi-magiſtris traduntur erudiendi, qui ante iſtius fundamenta ponant quàm Latinæ & Græcæ, quum tamen nil certius ſit, quàm ex harum peritiâ citiùs ad illius cog-

[1] P. 348. [2] p. 145. [3] p. 144. [4] p. 21.

nitionem

nitionem perveniri poſſe. Nil autem penſi habetur, quàm Latinè & Græcè peritus ſit præceptor, modò Gallicè. Nec verò malè audire velim, quaſi quicquam debitæ laudis detraham ingratus linguæ, quam ego primam hauſi: ſed interea nollem Anglam inter Anglos exoleſcere; utrique ſua maneat gratia; ſi Gallicè, Gallicè loquamur; ſi Anglicè, Anglicè; nec utramque tam ridiculè [1] miſceamus, ut neutrâ loqui videamur. Mirè profectò comparatum eſt, ut Angli ab inimicâ gente & veſtium habitum & linguam (Utinam & nunquam leges!) accipiant. Sic olim Alexander veſtem Macedonicam Perſicâ mutavit; Sic Romanos Græcè omnia loqui ſolitos Juvenalis conqueritur. Henrico noſtro alia erat mens, qui nullam non arripiebat occaſionem reliquis omnibus ſuam vernaculam præferendi.

Ille [1] Poetas Græcos aliquot ex iis, quos olim grandibus literis excuderat, minutis edere ſtatuens, à Bucolicis ſumpſit exordium, & anno 1579. [2] *6. Cal.* Octob. Poſthio Medico Theocritum ([3] qui ſuum Cyclopem Niciæ etiam medico inſcripſerat) Moſchum, Bionem, Simmiam dicavit, cum ſuis in

[1] Rigalt. in Vit. Putean. ann. 1652. pag. 53. notat teſſellati operis lenocinio eloquentiæ legitimæ gratiam frangi, vires debilitari———maximos Oratores, Græcos ſive Latinos, actionibus ſuis nihil unquam ſermonis exotici miſcuiſſe. [2] Epiſt. ad Poſth. Lege Alberti Fabricii Bibliothecam de Niciâ lib. 3. cap. 17. de Theocrito.

Theocritum

Theocritum emendationibus locorum, qui in editione Poetarum Heroicorum prætermiſſi ſunt. In prolegomenis agit de diſcrimine inter carmina Theocriti & Virgilii Bucolica; In fine, Virgilianas & Naſonianas Theocriti imitationes obſervat, & ferè ubique ſuam locorum verſionem & Eobani Heſſi (quam nimis liberam putat) inſerit. Huic editioni adjecit Moſchi & Bionis Idyllia Latinis verſibus à Politiano, Laurentio Gambarâ, Eobano Heſſo, & à ſe reddita; item Poematia variorum Poetarum Græcorum; Auſonii etiam de Vitâ humanâ Idyllium à Federico Jamotio Græcè eleganter expreſſum; ac ſecundam Propertii ex lib. 2. elegiam cum ſuâ Græcâ interpretatione, qualis Venetiis & poſtea Brugis edita fuerat. Renatus Rapinus (edit. 1672. p. 189. 190.) in ſuâ de carmine Paſtorali diſſertatione Theocritum à Virgilio ſuperatum "tam fidenter affirmare non audet, "quàm Julius Scaliger, quem in judicando ut plu-"rimum nimis præcipitem meritò cenſent eru-"diti: ſcribítque de utroque multò magìs pruden-"ter judicâſſe Henricum Stephanum, qui neutri "palmam concedere poſſe exiſtimabat, quin de "alterutro malè mereretur: in quo ſcilicet erat "relligioſior, quàm res ferre videbatur: exiſti-"mabat tamen ſimplicitatem Theocriti longè eſſe "ruſticiorem quàm Virgilii, illúmque tribuere ple-"raque paſtoribus ſuis, quæ Romanos paſtores "decere minimè potuiſſent. Henrici Stephani verba

verba in ſuis ad Theocritum prolegomenis ſunt hæc;
" Neque Theocritus gloriam ex ſuis bucolicis car-
" minibus reportâſſet, iis, quas inducit, perſonis
" Virgilianos ſermones tribuendo; Neque Virgi-
" lius ex ſuis, ſi illis, quos inducit, ſermones
" Theocriteos tribuiſſet: Neuter enim decorum
" ſervâſſet.

Anno 1580. tertia prodiit Novi Teſtamenti Græci in formâ minore editio, cum veteri & novâ interpretatione. Huic editioni pauca à Joanne Cherpuntio excerpta acceſſerunt, præter ea,quæ, (Londini, anno 1573. 6. Cal. Nov.) Loſelerius Villerius Gallus & Religionis cauſâ exul partim ex Majoribus Bezæ partim ex Joachimi Camerarii Notis addita Comiti Huntindoniæ dedicaverat. Hæc editio nomen Henrici Stephani præfixum non gerit, utì nec Tertia nec Quarta majori volumine illa 1582. 20. Febr. hæc 1588. Cal. Sext. excuſæ (nam ſecundam nondum vidi) in quarum ſingulis, quid præcedentibus additum fuerit, Bezæ epiſtola lectorem monet, in quá ſe multum debere Joanni Druſio & Piſcatori fatetur. Anno etiam 1580. Stephanus teſtatus eſt, quàm, utì in aliis, itá in Jure peritus fuerit, ex Juris Civilis Fontibus & Rivis ac Moſaicarum Romanarûmque legum collatione ab ipſo editis.

Anno

Anno 1581. Jacobo ſexto Scotorum Regi ſecundam dedicavit Xenophontis editionem, [1] in quâ laudat ſummâ doctrinâ ſummóque præditos judicio viros Camerarium Padiæ & aliorum quorundam librorum, & Levuenklaium omnium interpretem; quorum hic Stephani emendationes approbatas ſuæ interpretationis margini appoſuit. Annotationes ſuas à multis jam annis editas valde locupletavit Henricus, [2] examinatis editionibus non tantùm Aldinâ ([3] quæ à Germanis Xenophontis Typographis & [4] ab ipſo [5] Levuenklavio ignorabatur) & Florentinâ, ſed & [2] Germanicis tribus, quarum una eſt Brylingeri, [6] in quâ Germani cujuſpiam correctoris ridiculam conjecturam carpit: Nec ipſi quidem parcit Levuenklavio, qui ei par pari retulit in ſuis ad ſuam Xenophontis (1594. quam Ant. Steph. Pariſiis 1625. expreſſit) editionem notis. [7] Leunclavius Xenophontem ſecundò à ſe recenſitum ([8] ante annos 18. à 1594. retro numerandos) anno 1576 recudendum dederat; quem juſto diutius preſſum cum videret, tertiò repetitum emiſſurus erat Leunclavius, niſi mors ([9] ann. 1593.) prævenisſet. Defuncti tamen labores perire vetuit cura Sylburgii anno 1594. Leunclavius in ſuis gloſſis & appen-

[1] Ad lector. [2] Annot. p. 68. [3] P. 17. [4] p. 54. [5] Hâc tamen ſe uſum ſcribit Leunclav. in Append. p. 1027. [6] p. 58. [7] Epiſtol. Sylburg. [8] Append. Leunc. p. 1025. [9] Ricciol. Chron.

dice Xenophonteâ in Henricum Stephanum paſſim ſeverè animadvertit, [1] damnátque ingenium hominis, " qui jam ab aliis indicata, quum aliter ipſe " omnino ſibi vindicare non auderet, vetuſtis in " libris ſe reperiſſe fingit, in quibus tamen illa non " invenerat, quum editionem primam formaret. " Quandoquidem verò in iis hæc auſus eſt facere, " quæ jam publicata fuerant, quid eum non tentaturum fuiſſe dicemus in non editis ad Xenophontem " lucubrationibus meis aſſervandis, quas ut publicaret, à me gratìs quidem accepta, annos totos " 18 apud ſe habuit? Hæc Leunclavius: qui paſſim in ſuâ Xenophonteâ Appendice ſeverè Henricum redarguit; hunc vocat [2] " primi nominis opinione ſuâ " criticum, [3] Germanomaſtigem, qui inſolentiùs " in Germanos invehitur, quos ipſe ex alto deſpiciens [4] Τὸν ἐγκέφαλον, ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον " φορεῖν ſcribit, ac verſiones hypocauſticas conficere. Leunclavius natus eſt anno 1545. nam [5] ſcribit ſe annos 24 vel 25 numerare, quum Camerarius ([6] qui anno 1574. ſuæ ætatis 74° obiit) eſſet ſeptuagenarius. Suæ nationis Germanicæ " ([7] cujus " hypocauſticas verſiones & neſcio quæ alia " mordacibus dicteriis inceſſere volupe habuit " Henr. Stephanus) amor impulit, ut Henrico ſe ſeniori barbam velleret, cui tamen in ſuâ de Xenophontis vitâ narratione ſtudioſos literarum ho-

[1] Append. Leunc. p. 1025. [2] P. 1090. [3] p. 1067. [4] Lege H. S. annot. in Xenoph. p. 277. [5] Append. Xenoph. p. 1117. [6] Lege priùs. [7] Almeloov. p. 101. ex Malincrot. Diſſert. Typog. cap. 14.

mines

mines debere plurimum fatetur. Henricus certè apud nonnullos malè audiebat, quòd liberiùs in multos inveheretur; neque ab ejus cenſurâ tutum ſua Budæum præſtitit authoritas; cui [1] oſtendit " (tanto in linguæ Græcæ cognitione viro quan- " tus fortaſſis extitit eo ſæculo nemo) accidiſſe, " ut bonam ſcripturam pro malâ habuerit; & in- " dè conſulit Lectori, ut non cautus tantummodò " ſed modò non relligioſus in tractandis veterum " ſcriptorum ſuſpectis locis eſſe diſcat. [2] Ex Stephani officinâ unà cum Xenophonte prodiit editio Herodiani, ex quâ in Xenophonteâ [3] quoſdam locos numero paginæ omiſſo, [4] aliquando addito citavit. Herodiani Hiſtorias libris Zoſimi duobus tunc primum Græcè editis auctas Philippo Sidneo inſcripſit, cum ſuis ad marginem interiorem annotatiunculis, & ad exteriorem partim ſupplemento partim examine interpretationis Politiani, [5] cujus Latinus ſermo in locis pleriſque cum Græco Herodiani certat; qui tamen quædam elegantiùs quàm fideliùs interpretatus eſt. Hujus anni 13. Cal. Oct. publicavit Paralipomena Grammaticarum Græcæ linguæ Inſtitutionum; item Animadverſiones in quaſdam Grammaticorum Græcorum traditiones: Hoc verò opus uſque ad Pronomina tantùm perduxit: In paginarum numeris remiſit lectorem ad Enoci Grammaticam: labores ſui

[1] Not. ad Xenoph. p. 37. [2] Xenoph. Not. p. 38. [3] p. 5, 7. [4] p. 55. [5] Præf.

parentis effert literarios, ſuóſque (forſan magìs quàm decuit virum modeſtum) oſtentat, dictitans ſe in ſuo Theſauro viam errantibus monſtrâſſe; timidus, ne à ſe ipſo degenerare eum dicant, qui ſcripta ipſius vel à limine ſalutârunt. Et certè nemo ſæpius de ſuis operibus tam ineditis quàm editis lectorem monet. In his Paralipomenis vehementer invehitur in Scapulam, qui Theſauri Græci epitomen Lexicon Græco-latinum novum inſcripſit; & in eum, qui Lexicon quoddam adjecit ad calcem Bibliorum, [1] quæ Antverpiæ edita fuerunt tribus Linguis Hebraïcâ Græcâ Latinâ; Omnia enim ferè illa vocabula, quæ in ſui Theſauri prolegomenis ex errore & fœdâ ignorantiâ nata eſſe oſtenderat, ideóque procul amandârat, partim ab hôc partim ab illo revocata ſunt. Petrum Anteſignanum vocat anteſignanum eorum, qui majore audaciâ vel potiùs temeritate quàm Græcæ linguæ cognitione inſtructi ad ſcribendam Grammaticen acceſſerunt. Id exemplis probat paſſim, ſed præcipuè in Notis, quas dedit de Nominum Generibus. Notat Friderico Sylburgio magnam habendam gratiam tam bene Græcæ linguæ cognitione inſtructo, ut nullo magìs diſcipulo nec ipſe nec fortaſſis alius poſſet gloriari; eum tamen ſive feſtinanter ſive quòd unus omnia nequeat animadvertere, plures Anteſignani errores inemendatos reliquiſſe.

[1] Lege dial. de inſtituend. ad lect. p. 2.

liquiſſe. Nec quidem id diſſimlavit in ſuis ad Anteſignanum Notis [1] Sylburgius, cui viſum eſt quædam ex his Paralipomenis excerpta ſuarum notarum calci attexere, & tyrones doctiſſimi ſui Magiſtri verbis, quo etiam tunc præceptore delectabatur, erudire. Henricus Stephanus meritò quidem Clenardum & Anteſignanum reprehendit, quòd β Vita, & η Ita pronuncient. Eum tamen interim miror (Deux Dialogues &c. p. 460.) ſcripſiſſe theoſeveia pro Græco Θεοσέβεια.

Hôc anno 3. Cal. Mai. Genevæ [2] Literas à Janne Sambuco proximè ſequentes accepit.

Joan. Sambucus V. Cl. Henrico Stephano Εὖ διάγειν

Genevam.

FAſciculum ad me miſſum, quod indicium plenum amoris interpretor, accepi. Xenophontis editio ità valde mihi accepta venit, nil ut cupidiùs exſpectârim. Zoſimi mutila ſunt, & ſuis partibus mutila, graviter affecta plurima. Sed quid agas! Melioribus id malum ſcriptoribus evenit. Græcum ſperabam fore integrius, tótque locis minùs ad ſanitatem impeditum. Nil editionem Dioſcoridis moretur, oro, cujuſquam nova

[1] H. S. in ſpicileg ad Xiphilinum. præf. Ad Sylburgium quod attinet, ſi eum laudare non auſim, quoniam cûm ejus laude mea conjuncta eſſe, atque adeo in me, quem habuit novo quodam more dominum ſimul & præceptorem, (quod ille beneficium pro ſuâ ingenuitate agnoſcit) redundare videtur &c. Rhodoman. Poeſis Chriſt. Præf. Neand. —— Henr. Stephanum meritis in remp. literariam per Europam celeberrimum, & diſcipulum ejus F. Sylburgium. [2] Goldaſt. Cent. Epiſt. Philol.

verſio. Mitto tibi ἐπίμετρον non contemnendum. Si Saracenus pollicita non urget, aut deſeruit, adde Ruellii interpretationem ; quam meæ obſervationes meliorem multis partibus efficient. De Platone variæ voces, ejúſque verſione & ſcholiis. Sunt, qui, ſi non falluntur judicio, Ficinum longè præferant : & Saracenum hunc Grammaticum tantùm non Philoſophum ajant, rhetorizare & παιδαγωγῶς ſcholaſtica interim adhibere. Sed fortaſſe odio tui, & qui iſthìc degitis, uti ſolent Itali, & quidam carpendi morbo ſuffuſi, οὐκ ἀηθῶς pronunciare. Egi cum Epiſcopio de meo Ariſtotele imprimendo. Sed is tergiverſatur. Alloquitor eum ſodes, fortè perſuadebis. Palladii ἀπόσπασμα in VI ἐπιδημιῶν meum edit Perna ex interpretatione Craſſi, utinam tibi commiſiſſem! ἔῤῥωσο, atque Saracenum V. Cl. & magnum ἰατρὸν à me ſaluta, quem omni præconio dignum cenſeo. 3. Cal. Mai. 1581. Viennæ.

Circa hujus anni finem aut ſequentis initium, Henricus Plinii ſecundi epiſtolas cum Variorum Panegyricis primùm publicavit, quod (licèt ea editio nullum anni, Typographi, locíve Characterem gerat) conjicio ex Franciſci Modii in ipſius Novantiquis Lectionibus 79ª epiſtolâ.

Franc. Modius Henrico Stephano S.

PLinii ſecundi epiſtolas à te nuper editas, vir clariſſime, non minùs avidè quàm diligenter evolvi, cum ſummâ admiratione ingenii tui tam diffuſi & varii, ut, cum propria quædam habeat ſtudia, & planè ſua ; in aliis tamen etiam non minùs excellat, & ubique quaſi in ſuâ palæſtrâ exerceri videatur. Quid quæris? effeciſti ut & ipſe Plinium, ſi qua poſſem, adjuvandum & emaculandum mihi exemplo tuo exiſtimarem : collato in eam rem cum veſtrâ editione ſcripto codice Pliniano, Rodolphi Agricolæ manu olim, ut titulus loquebatur, exarato ; quâ ex contentione

contentione quid profecerim, aliàs judicii tui & totius collegii Muſici faciam. Nunc te arbitrari velim de pauculis notis in panegyricos, quos Plinio tuo ſubjunxiſti, quæ mihi inter legendum ſub manu natæ ſunt. Leves illæ quidem, & quas tu, ſi hìc fuiſſes, aut non potiùs operæ tibi, ut ſit, ſæpe minus paruiſſent, longè & acutiùs pervidiſſes, & meliùs fortaſſe conſtituiſſes; ſed tamen quas non omnino ſilentio præteriri eorum maximè intereſſe exiſtimo, qui loquendi genus hoc peculiare, quo uſi de induſtriâ, aut quia ſic illa tempora ferebant, panegyricorum auctores videntur, etiam ſi nihil in ſe habeat vitii, vix tamen ſic quoque aſſequuntur. Lat. Pac. Drepanus in panegyrico, quem Theodoſio Aug. dixit, inter cætera ità ait: [1] "Parum "ille pretioſum putabat aurum, quod de montium venis aut de "fluminum glareis quæſitor Beſſus, ſcrutator Callaïcus eruiſſet: "illud purius ſplendidiúſque credebat, quod dediſſent dolentes, "quod hominum lacrymæ non animum æquè abluiſſent, nec è "terrenis ſpecubus egeſtum, ſed è cervicibus jugulíſque cæſorum eſſe effoſſum. In quibus quid eſt quod ait; "quod hominum lacrymæ non animum æquè abluiſſent; annon ænigma hoc? planiſſimé. Sed bene quod ſphyngem & quidem Hortenſianâ illâ meliorem domi habemus. Scribendum haud dubié: "quod hominum lacrymæ, non amnium aquæ abluiſſent. Elegantiſſimâ & maximè perſpicuâ lectione. Statim: "[2] De virorum mortibus loquor? cum deſcenſum recorder ad "ſanguinem fœminarum & in ſexum cui bella parcunt non "parcè ſævitum? Nihil mihi poſthac, Henrice, credas velim, niſi ſcripſerat Pacatus: *& in ſexum cui bella parcunt pace ſævitum?* Erat nimirum ab oſcitante librario, qui modò *parcunt* exaraverat, *parce* pro *pace* ſcriptum; quod cum contra mentem Pacati eſſe viderent Correctores, ad negativam ut ad ſacram anchoram confugerunt. Sed monendi hi mihi ſunt, etiam atque etiam conſiderandum locum, & ante, omnia tentandum, quàm eò deſcendatur, ut aliquid bonis ſcriptoribus de noſtro aſſuamus.

[1] Prim. edit. H. Steph. p. 124. [2] pag. 125

Si enim hujuſmodi particulas temere inſerere vel ſubtrahere licet, quid erit quod modò Latinius paulò, elegantius, cruditius dictum ſit, à ſciolorum audaciâ ſatìs tutum? Sed ad Panegyricum in quo iterum ſtatim ſequitur: [1] "An ſuſtinere te coram, "& ſolum oculorum tuorum ferre conjectum ille quondam do-"mûs tuæ negligentiſſimus vernula menſularúmque ſervilium "ſtatarius lixa potuiſſet? ſcribo evidenti ſatìs conjecturâ, niſi ſciens fallor; "ille quondam domûs tuæ neglectiſſimus vernula. Affinitas, quæ eſt inter *c* & *g* literas, quâ ſæpe altera alterius vices fungitur, errori occaſionem dedit. Poſt pauca: [2] "At "ubi impulſa acies, fiónſque laxata, & fiducia in pedes verſa "eſt, ire præcipites gloriando fugere, & ſe invicem feſtinando "tardare: armati, inermes, integri, ſaucii, primi poſtremí-"que miſceri, miles urgere eminus, cominus gladiis, haſtis "punctim, cæſim ferire; alii populi tibi imminere: "alii terga configere, aut quos curſu non poterant continere, "jaculis occupare, arma teláque homines vitâ peremtâ, "prona ſupináque corpora paſſim vel in acervo jacere. Ele-"gans & coloribus ſuis inſignitè deſcriptus fugiens perditâ re fuſúſque exercitus; ſed ità contaminatus, ut multum genuinæ ejus venuſtati ſcripturæ vitia detrahant. Quæ eſt enim in fugâ gloria, aut quis gloriando fugit? Dein, quale eſt illud, *alii populi tibi imminere*, aut quem ſenſum commodum ejicit? Denique, quis eſt ordo in illis verbis; *miles urgere eminus, cominus gladiis, haſtis punctim cæſim* &c. Equidem, ut in pauca dicta conferam, arbitror ex ductu literarum & ſententiæ poſtulatis ità totum locum legendum: "At ubi impulſa acies fiónſque "laxata eſt, & fiducia in pedes verſa eſt, ire præcipites, glo-"merando fugere, & ſe invicem feſtinando tardare: armati, "inermes, integri, ſaucii, primi poſtremíque miſceri; miles "cominus gladiis, eminus haſtis, punctim cæſim ferire; alii "poplitibus imminere, alii terga configere, aut quos curſu non

[1] Pag. 126. [2] Pag. 131.

"po-

" poterant continere, jaculis occupare &c. Eodem panegyrico, " [1] Nullius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius " præterita dignitas imminuta, nemo affectus, nemo notâ, ne- " mo convitio aut denique caſtigatione perſtrictus. Confuſa oratio; ſed cui malo ità ſuccurri poſſe putabam. " Nullius bo- " na publicata, nullius mulctata libertas, nullius præterita dig- " nitas, nullius imminuta, nemo affectus notâ, nemo convitio, " aut denique caſtigatione perſtrictus. Ut ex eo natus ſit error, quòd eædem voces iterandæ ſæpius fuerunt. Niſi placet, quod etiam relegenti emendationem meam non diſplicebat: " Nul- " lius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius præterea " dignitas imminuta, nemo affectus notâ, nemo convitio aut " denique caſtigatione perſtrictus. Et ſi ego illud malo. Paulò ante erat: [2] " Quiſquis purpurâ quandoque regali veſtire " humeros cogitabit, Maximus ei exutus occurrat; quiſquis " aurum gemmáſque privatis pedibus optabit, Maximus ei plan- " tis nudus appareat; quiſquis imponere capiti diadema medi- " tabitur, avulſum humeris Maximi caput & ſinè nomine cor- " pus aſpiciat. Parvum eſt, quod monebo, ſed tamen legendum: " quiſquis aurum gemmáſque privatis pedibus aptabit. Alio- qui vota libera ſunt, regni inſignia ſibi aptare, non item. Vale. Bambergæ. 11. Cal. Mai. 1582.

Hæc loca in ſecundâ Panegyricorum editione non emendavit Henricus Stephanus, nec Paulus in editionibus anno 1599 & 1611. cum tamen in editione anni 1600 locus primus legatur emendatus, quartus ſic *aut globo fugere*; reliqui autem remanent intacti.

Anno 1582. Henricus publicavit ſuas de Gallicâ linguâ Hypomneſes, adjunxítque Gallicam

[1] Pag. 139. [2] p. 139.

Grammaticen

Grammaticen ſui Patris, [1] qui ſi paulò diutius huic ſuo operi ſupervixiſſet, hoc quicquid eſt laboris nequaquam filio reliquiſſet. [1] Ad opus hoc aggrediendum invitavit Henricum amor erga Patriam & extraneos, qui hujus linguæ diſcendæ cupidi quaſdam Grammaticas inſtitutiones legebant, in quibus multa docentur, quæ dedoceri neceſſe habent: (Adeo periculoſum eſt id primum doceri, quod poſtea dedocendum ſit) tum navata circa eandem linguam opera, quum refellendi coram Rege eſſent, qui ſermonem Italicum Gallico anteponebant, quâ de re libellum ediderat, de Gallicæ linguæ præcellentiâ inſcriptum. His hypomneſibus inſperſa nonnulla partim ad Græcam partim ad Latinam pertinentia; His adjecit Claudii Mitalerii Regii Viennenſis provinciæ juridici [2] nuper defnncti epiſtolam de vocabulis, quæ Galli à commorantibus in Galliâ Judæis didicerunt; quam Hieronymus Caſtilionæus Lugdunenſis præſes ante multos menſes Stephani fidei crediderat. Ad eam ſcribendam ſe impulſum fuiſſe libello haud illepido eruditiſſimi hominis Henrici Stephani, *De Latinitate falsò ſuſpectâ*, quem ad ipſum miſerat Caſtilionæus, Mitalerius fatetur.

Anno 1582. Cal. Nov. obiit Chriſtophorus Thuanus natus ann. 74. mens. 4. di. 7. cujus Tumulus Mamerti Patiſſonii typis 1583 excuſus eſt.

[1] Præf. [2] Epiſtol. H. Steph. ad Caſtilion.

Ibi

Ibi Henrici Stephani epigrammata Cræcè & Latinè in illum ſcripta cum aliorum carminibus epitaphiis leguntur.

Ἔσκε τεῶν, Τύανε, φρενῶν μέγα θαῦμα βροτοῖσι,
  Ἃς μέσῃ ἐν βουλῇ βουλὴ ἔφαινε τεή.
Ἦν καμάτων μέγα θαῦμα, τόσον χρόνον ὃς ἐμόγησας,
  Ἠΰτε ἀκάματος γήραϊ ϗ καμάτοις.
Δηρὸν σ᾽ εἶχ᾽ ἄρα γῆ, κλέος οὐρανόμηκες ἔχοντα.
  Νῦν δὲ ϗ οὐρανόθεν σοῦ ἀμάρυγμα κλέους.

Ἑρρῖκος Στέφανος.

Ejuſdem.

Longam inter magnos vitam hic traduxit honores,
Dum caput eſt ſummi (quæ gloria ſumma) Senatûs.
Ac tandem ambiguum, vità fugiente, reliquit,
An magè honoratus ſummum ſit propter honorem,
An magè honorârit ſummum, dum ſedit, honorem.

Aliud.

Ut vixi, rogitas? Fœliciùs inter honores
  Vivere non potui, non potuíve mori.

Aliud.

Quæ tot huïc laudum perrara exempla fuerunt,
  Singula vix multi, qui celebrantur, habent.
Debuit & rarâ decorari mole ſepulchri,
  Quæ rarum ex illo ferret & ipſa decus.
Gloria ſed tumulo cuivis amat eſſe ſuperſtes:
  Rara illi raro gloria pro tumulo.

Aliud.

Aliud.

Tot rara in noſtro mirata ſenecta Thuano,
Quódque vigor mentis ceu juvenilis erat :
Ipſa etiam more hunc (dixit) raróque novóque
Tractabo, & poſſit qui ſuperare fidem.
Canitiem ergo vocans, Hujus caput (ecce) verendum
Tu quoque Canities fac verearis : ait.
Canities, dominæ (ut par eſt) mandata capeſſens,
Haud magìs hoc tetigit, quàm juvenile caput.

Henr. Stephanus.

Anno 1583. ſecundam (de quâ priùs) Virgilii editionem, ſuo nomine non adjecto, publicavit; Mercerique Commentarios in priores quinque minores Prophetas; quorum exemplaria quædam anni notam gerunt, quædam eâ deſtituuntur.

Anno 1584. 6 Id. Aug. Henrico Iſaacus Caſaubonus ſuum Theocriticarum Lectionum libellum miſit cum epiſtolâ ſequente.

Iſaacus Caſaubonus Henrico Stephano S.

Mitto ad te, vir eruditiſſime, quæ ſuperioribus his diebus Euſtathii Vignonis digniſſimi typographi, mihique amiciſſimi rogatu, in quoſdam Theocriti locos ſcripſi. Is enim quum in animo haberet hunc poetam denuo edere, non ante conquievit, quàm impetravit à me, ut eum perlegerem, & ſiquid haberem, quo poſſet ornari ejus editio, ſecum id, atque adeo cum omnibus ejus poetæ ſtudioſis communicarem. Quod quàm ægre ei receperim me facturum, vel ex eo intelligas, quòd ſæpe poſtea mutare mihi contigit ſententiam. Meritò : videbam ſiqui-

ſiquidem haud ità eſſe facile, in tantis præſertim temporis anguſtiis, ſpicilegium poſt tuam meſſem in eo poetâ colligere, quem tu olim, Doctiſſime Stephane, [1] bis ſummo ſtudio & diligentiâ emendâras. Veruntamen diu reluctatus, quum viderem hoc, quod mihi ipſe intriveram, eſſe mihi exedendum: cœpi, dum ad finem perducitur hæc editio, ſchedas meas colligere, in queis memineram me neſcio quid in hunc poetam, ut & in alios utriuſque Linguæ auctores non paucos, aliquando annotâſſe: non quidem, ità me Deus amet, in eam ſpem, ut illa unquam ederentur, ſed in privatum uſum meum. Iis igitur adjutus, atque ſcriptis duobus exemplaribus, altero Theocriti, altero Scholiaſtæ, quæ in manus meas opportunè ante aliquot dies venerant, mox pauca hæc, partim in Theocritum, partim etiam in alios nonnullos auctores, exaravi. Ea qualiacunque ſint, volui eſſe amicitæ noſtræ teſtimonium. Vale. ex Muſeo noſtro. 6. Id. Aug. 1584.

Iſaacus Caſaubonus Henricum Stephannm tanti æſtimavit, ut amici nomine neutiquam contentus arctiori poſtea [2] affinitatis vinculo ei ſe devincire voluerit.

Anno 1585° Stephanus (quamvis ipſe non excuderit) Auli Gellii [3] primùm, deinde Macrobii impreſſionem Pariſiis eodem modo & apud eundem Typographum procuravit. [3] Ei in animo fuerat duos hoſce ſcriptores (quorum ſcripta in pleriſque locis ſociantur) in ipſâ etiam impreſſione [4] ſociare;

[1] Anno 1566. inter Heroic. Poet. & anno 1579. [2] De quâ deinceps dicetur in vitâ Florentiæ Henrici filiæ. [3] Epiſtol. Macrob. [4] Præf. Epictet. Oxon. 1670. Arcano quodam fœdere naturæ non modò homines ſed & ſcripta ſibi invicem conciliari cernimus; nec adeo Librariorum vinculis quàm amplexibus ſuis uniri & compingi.

&

& ſimul excudendos majore formâ curare; ſed diſſuaſerunt nonnulli, dicentes plurimos fore, qui alterutrum tantùm habere vellent. [1] Eum tamen poſtea pœnituit ſe conſilium illud ſuum ſecutum non eſſe, [1] gratam enim rem feciſſet tum multis, tum Jacobo Daneſio (cui Macrobium dicavit), qui, ſiquis alius, eam librorum formam amavit, quæ majus eſt Bibliothecæ ornamentum. Aulum Gellium (quem in Agellium magìs ex novâ conſuetudine fortaſſe quàm ex firmâ quâpiam ratione omnes propemodum συγκόπτειν. Præf. in Senec. Prood.) ([2] 13. Cal. Apr.) dedicavit P. Delbeneo Abbati Duenſi, [2] à quo videtur quaſdam in eum Authorem lucubrationes expectaviſſe, totam earum laudem illi delaturns, utpote qui alienam nunquam ſibi arrogaverit, atque id multò minùs in poſterum (quamvis plerique hoc adverſùm ipſum peccârint) facere ſtatuerit. [2] Ludovicum Vivem Hiſpanum ſed tamen (ſi Latinæ linguæ puritatem excipias) bene literatum culpat, quòd ab eo Aulus Gellius tam bene de omni ferè literatum genere meritus tam malè tractetnr. [3] Ei enim Stephanus Paſquerius in ſenatu Pariſienſi advocatus Vivis Gellium infamantis librum in ſuâ Bibliothecâ aperuerat; Hôc libro commotus Apologiam ſcripſit pro Gellio adverſùs Vivem, quam Achilli Harlæo primo ſenatûs Pariſienſis Præſidi dicavit, [1] in quâ, quid ad accuſandum vituperandúmq; hunc ſcriptorem illum ſtimulaverit,

[1] Epiſtol. Macrob. [2] Epiſtol. Gell. [3] Epiſtol. ad Harl.

mulaverit, oſtendit. Gellio Henricus attexuit ſuas noctes Pariſinas, è viginti, ſeptem, Atticis Gellii noctibus invigilatas, quas inſcripſit partim Wlbobio, partim Jacobo Gilloto, partim (Prid. Non. Mart.) Jacobo Auguſto Thuano, quem laudat πολλαχῶς ἐυπαίδευτον libros undique conquirendi ſtudio incumbentem, atque ut omni librorum genere, Græcorum præſertim & Latinorum, ſua tandem Bibliotheca referta eſſe poſſit, nullis ſumptibus parcentem, in delectu editionum Typographicarum multum judicii adhibentem, & quanto majore in pretio ei aliquod fnit volumen, eò pretioſiore integumento ornantem. [1] Ad ſuarum noctium calcem adjecit Stephanus conjecturales emendationes Claudio Puteano (3. Id. Mart.) inſcriptas; Puteanus enim ei veteres, quibus multorum locorum reſtitutio debetur, libros commodaverat; idémque ut ſibi præſtarent, rogavit Pithœos ambos & Nicolaum Fevreum, quorum ſtudium in conquirendis veteribus libris præclarum fuit: Sperat Stephanus ſuas in Gellium conjecturas non minùs ἐυςόχυς fore, qnàm eæ, quibus Xenophonti & quibuſdam aliis ſcriptoribus Græcis & Latinis adminiculatus eſt; magna enim Xenophontearum conjectationum pars [2] veterum Librorum teſtimonio confirmabatur; quâ de re literis quorundam, ſibi alioqui ignotorum, certiorem ſe

[1] Lege epiſtol. ad Putean. [2] Lege contra priùs, quid Leunclavius de Stephano in ſuo Xenophonte ſcribat.

factum

factum fuiſſe affirmat. [1] "Quum recordaretur
"Ludovicum Carrionem jam ante quatuor an-
"nos hâc in urbe (Pariſiis) ſibi dixiſſe, multos
"ſe veteres libros Gellii & Macrobii cum excuſis
"contuliſſe, & excerptas ex illâ collatione emenda-
"tiones obtuliſſe; anno autem ſuperiore Aureliis
"(ſive Aurelianis, ut alii malunt) illum offendiſſet,
"ſui promiſſi eum admonuit; poſtridie uterque
"Pariſios iter ingreſſi ſunt; quo cum adveniſſent,
"Stephano oſtendit Carrio locos ex veteribus libris
"in utroque ſcriptore emendatos, & ſuas in
"utrumque notas, ſimulatque ad finem perducta
"impreſſio fuerit, pollicetur. Nec longo poſt
"tempore prelo committuntur Gellii Noctes;
"Carrio, contrà quàm aſſenſus fuerat, lectiones
"ſuperiorum editionum tolerabiles mutandi in tex-
"tu libertatem ſibi conceſſit, de quibus lectorem in
"ſuis notis admonere ut contentus eſſet, Stepha-
"nus ab eo petierat. Ad notas autem ejus quod
"attinet, quamvis ſe eas, ſimulatque excuſus eſſet
"Gellius, daturum, idémque in Macrobium ſe
"facturum promiſiſſet, contrà tamen ità procra-
"ſtinantur, ut totis octo poſt Gellii impreſſionem
"menſibus ſeptem duntaxat illarum notarum folia
"(ità vocatur, quod 16 pagellas continet) ab eo
"vix extorqueri potuerint; quam cunctationem
"non ampliùs ferens Stephanus Gellium cum his,

[1] Epiſtol. ad Paul. Steph.

"quas

" quas Augerio Busbequio dicatas à Carrione ob-
" tinuit, notis ſinè reliquis manumiſit. Henricus Gellium filio ſuo Paulo miſit cum epiſtolâ 10. Cal. Apr. Pariſiis datâ, quâ eum hortatur avi Roberti veſtigiis inſiſtere, eóque magis quòd firmo corporis habitu fuerit ac igitur ad laborem aptus, diſſimilis Patri Henrico, qui mediocri erat corporis firmitate, & variis longorum itinerum laboribus fractus. Paulum jubet amicos certos faciat ſuo nomine, nullius Græci ſcriptoris (ſiquem ab ipſo expectent) editionem, ſe quidem dignam, poſſe itidem ex alienâ officinâ, ſe procurante tantummodo, proficiſci, ſed ſuam ſicut operam, ità & officinam requirere: Denique ſuo filio lectionem commendat Gellii potiſſimùm; & Macrobii, quem eodem tempore edendum curavit & epiſtolâ Pariſiis 11. Cal. Apr. datâ Jacobo Daneſio inſcripſit, ſe glorioſè excuſans, quòd ea, cujus erat procurator, non talis eſſet, qualis ex ſuâ officinâ prodiiſſet. Notat in Hervagianâ (anni 1535.) Macrobii editione plurimos locos emendâſſe Joachimum Camerarium, (maximum Germaniæ in re literariâ ornamentum), paulò pauciores inemendatos reliquiſſe: Eidem Daneſio promittit exemplar Macrobiani de differentiis & ſocietatibus Græci Latiníque verbi libelli. Monet in eo libello multa eſſe, quæ nobis aliunde ſunt nota; ſed eſſe & quædam à paucis fortaſſe animadver-

ſa. [1] Camerarius in ſuo Macrobio uſus erat Codice à Juſtino Goblero ſcribâ Confluentino ſibi miſſo, in quo omnia erant exarata pulchre; ſed Græca ſemigræcis literis, ſinè apicibus & vocum diſcrimine, ut divinandum uno plerumque verſu de reliquis eſſet. Multos tamen, qui auxilio egebant, locos Stephanus correxit ex vetuſtis codicibus, eo præſertim, quem commodatò dederat Petrus Pithœus. Nonnullis in locis Carrionem à Camerarii & cæterarum editionum lectione diſceſſiſſe contra ſuam ſententiam faſſus eſt & doluit.

[2] Stephanus in ſuâ pro Gellio adverſùs Vivem [3] Apologiâ hanc virulentiæ hujus in illum cauſam affert, quòd [4] ille Annæum Senecam Hiſpanum & præcipuum Hiſpaniæ ornamentum vituperâſſet. De Senecâ quædam minùs honorifica ſcripſerat [5] Quintilianus, & ejus ſtylum [6] Caligula Imperator improbavit. [3] Stephano in mentem viciſſim venit Apologiam pro Senecâ adverſùs Gellium ſcribere; quam, paucis pòſt diebus, Pariſiis paucis quibuſdam, Lugduni uni Jacobo Dalechampio de Senecæ ſcriptis omni diligentiæ genere (& præſertim quòd ad collationem cum veteribus libris attinet) optimè merito legendam exhibuit. Quum

[1] H. S. ad lectorem Macrobii ſtudioſum. [2] Præf. ad Proodop.
[3] Apol. Gell. p. 31. [4] Gell. l. 12. c. 2. [5] Quintil. R. S. p. 517.
[6] Suet. in Calig.

autem

autem eam non ſatis nervoſam & plenam exiſtimaret, maluit in eum (cujus ſtylum ſibi familiarem reddiderat) authorem quandam velut Proodopœïam multum adjumenti novitiis Senecæ lectoribus allaturam componere. [1] Huic Proodopœïæ adjunxit epiſtolas eodem argumento ad Dalechampium datas; ei enim non diſplicuerant quædam conjecturales in Senecam emendationes, quas priùs ei cum epitaphiis in Petrum Victorium (defunctum [2] anno 1586. Decbris 8.) miſerat. Hanc Proodopœïam edidit anno 1586 ſub finem Decembris, ut Victorii morte ſit poſterior. [3] Eam intereà dandam eſſe cenſuit, dum varia ad Senecæ editionem ſubſidia compararet. [3] Quamvis enim eum multi ſcriptores Græci ad ſe vocent, nihilominus & Latinis locum aliquem relinquere in ſuæ officinæ inſtauratione ſtatuerat. [3] Sed de alio potiùs quàm de hôc Latino authore edendo cogitâſſet, ſi ipſius & aliorum expectationi reſpondiſſet Romana editio, cui Muretus ſuas annotationes adjecit. (Prood. p. 168.) in [4] cujus Indicem Julius Roſcius Hirtinus Pythocleam [4] viam & alia ridicula intruſit. [5] Baſileenſem ann. 1557. ex offic. Joh. Hervagii & Bernardi Brandi, cui præfuit Cœlius Secundus Curio, utì ſub ſpecioſo nomine fœdiſſimam, culpavit. His præfert Frobenianam, cujus titulus longò modeſtior, anno 1529 per Eraſmum ex fide veterum co-

[1] Præf. ad Prood. [2] Ricciol. Chron. [3] Epiſtol. ad Dalech. p. 54. [4] Proodop. p. 287. [5] P. 205. p. 220. p. 221.

dicum, tum ex probatis authoribus, poſtremò ſagaci nonnunquam divinatione, ſic emendatam, ut meritò priorem editionem, ipſo abſente peractam, nolit haberi pro ſuâ. [1] Stephanus monet unum eſſe malum, quo non minùs Mureti editio quàm ulla ſuperiorum temporum laborat; ſcilicet quòd quædam conjecturæ in contextum recipiantur. Notat ibidem Muretum Eraſmi judicium aſpernari; at [2] conſulit lectori aliquando quandam viam inter utriuſque lectionem mediam tenere. [3] Eraſmo ob utiliſſimum & laude digniſſimum laborem non folùm nulla à Mureto gratia habita eſt, ſed ignominiam etiam, quantum in eo fuit, loco laudis retulit. [4] Frobenium Stephanus vocat diligentem & magnâ laude dignum, ut tempora erant, Typographum. [5] Notat veterem Epicteti editionem, quæ Victoris Trincavelli auſpiciis, beneficio autem Georgii à Selvâ, Venetiis unà cum Arriano prodiit.

Anno 1587. excudit in minori volumine Novum Teſtamentum Græcum, in cujus ad lectorem præfatione canonum (qui in paternâ editione anno 1550. exhibentur) Euſebianorum uſum docet, & adjicit κεφάλαια illa, quibus partim ſolutâ oratione, partim monoſticho Græcè continetur totius τμήματος doctrina vel hiſtoria; ſuum etiam ſingulis monoſtichum ſeu (ubi quædam omitti animadver-

[1] Proodop. p 207. [2] p. 201. [3] p. 191. [4] p. 168. [5] p. 53.

tebat,

cebat) diſtichum ſubjunxit; Hæc in Matthæo & Marco tantùm κεφαλαῖα dedit, verſus alios, qui Lucæ & Johannis necnon Act. Apoſtolic. κεφαλαῖα complectuntur, unà cum his ſeorſim editurus. Annotationes etiam ſuas, quæ in ſuperiori editione erant, atque alias cum novâ editione Concordantiarum Græcarnm Novi Teſtamenti pollicetur. Præterea ſuam de Criticis Veteribus Gr. & Lat. diſſertationem (quam Jo. Clericus laudat in Art. Crit. 2. Vol. pag. 420.), & de verâ Græcæ & Latinæ Linguæ pronunciatione commentarios doctiſſi. Virorum, Bezæ, Ceratini, Mekerchi, Lipſii, publicavit.

Viri illi eruditi cenſuerunt literas β, ζ, η, θ, μ, ν, υ proferendas eſſe *beta, zeta, eta, theta, mu, nu, upſilon*, non *vita, zita, ita, thita, my, ny, ypſilon*. Pro illâ pronunciatione doctè diſputavit [1] Joannes Chekus contra Stephanum epiſcopum Wintonienſem tum argumentis tum ſuâ Cancellarii Cantabrigienſis authoritate nequicquam refragantem.

Hic præterire non poſſum, quid [2] Beza de Græcis accentibus ſenſerit. " Ergo (inquit) vel Tonos prorſus ſublatos eſſe velim, tantiſper dum " depravata illa pronuntiatio Tonorum pro temporibus emendetur (quum præſertim veteres " conſtet iſtos apices in ſcribendo non uſurpâſſe),

[1] Lege Jo. Chek. diſput. de pronunt. Gr. Ling. Baſil. 1555.
[2] De ver. pron. H. S. 1587. p. 54.

ſ· vel nullam eorum rationem haberi. Id nempe ſuaſit, ne pueri pravæ aſſueſcerent pronuntiationi, brevéſque pro longis longas pro brevibus uſurparent, quòd accentu aliquando illæ afficerentur, hæ deſtituerentur. Huic tamen malo facilè, ſalvis interim accentibus (qui ſyllabicæ productionis correptioníſve nequaquam ſunt canones) occurretur, ſi pueri, dum altiori voce ſyllabam accentu notatam attollunt, aliam ſyllabam longam lentiori vocis ductu efferre doceantur; ' ſic enim verum Accentuum Temporúmque munus & diſcrimen intelligent; ſonúmque ſyllabis legitimum diſtinctúmque, illas altiùs, has longiùs citiúſve pronunciando, pro variâ accentûs temporíſque notatione, conſervabunt.

Difficilem ſubtilémque accentuum doctrinam paucæ, niſi ſtrictim, attigerunt Grammaticæ; nulla magìs copioſè, & facilè tamen claréque expoſuit quàm Busbeiana. Siqui accentus à Grammaticâ procul amandari oportere putaverint, caveant, ne, dum malæ pronunciationi mederi ſtudent, eam augeant potiùs, videantúrque non accentuum incommodum & inutilitatem, ſed ſuam eos docendi inſcitiam prodidiſſe. Tutius forſan fuerit eam diſciplinæ methodum, cujus uſus à primis Græcarum Literarum magiſtris ad noſtram uſque ætatem deſcendit, obſervare, quàm κατὰ τὸ κείμενα;

† Lege Nouv. Method. Grecque. 1696. pag. 549.

tritam

tritam viam calcare, quàm itinerum compendia in aviis quærendo moras non ſinè temporis diſpendio trahere. Interim non cauſam dico, quin ſiquis ſe pluſquam veteres ſapere, poſſéque tyronibus plus prodeſſe cogitet, ſibi & aliis ſapiat & proſit; novi inventi fiat periculum; ſi ſucceſſerit, in ejus ſententiam pedibus eatur; ei à noſtris Grammaticæ dictatoribus, ad quos illam arduam & non levis momenti rem nec à quovis magiſtello definiendam oportet referre, habeatur gratia: ſin minus, cenſeatur inter parum fidos Linguæ Græcæ magiſtros.

[1] Poſt aliquot menſes excudebantur (non enim aut Typographicum ſymbolum aut nomen excuſoris affixum eſt) Henrici Stephani Dialogi duo, prior de bene inſtituendis Græcæ Linguæ ſtudiis, & de parum fidis Linguæ magiſtris poſterior. In his dialogis occurrit multifaria Græcæ Grammatices ſupellex & de veterum recentiúmque Grammaticorum ſcriptis cenſura. Probat Stephanus [2] Clenardi meditationes, [3] queritur Moſchopuli Grammaticen multò magìs curioſa quàm ſcitu neceſſaria habere, & [4] ejuſdem libro περὶ σχεδῶν plurima ineſſe pueris inutilia, viris autem non ad aliud quàm ad movendum riſum utilia; [5] ex Heſiodi [7] ſcholiaſte nondum tunc edito (quem ab Iſaaco Caſaubono acceperat) explicat vocem σχεδογραφία; [6] Euſtathium

[1] De inſtituend. p. 13. [2] p. 5. [3] p. 7. [4] 33. [5] p. 8. [7] p. 14.
[6] Tzetz. lege Heſiod. ann. 1603. p. 72.

(qui 1180. ſub Andronico vixit) cenſet Moſchopulo eſſe fide multò digniorem, & plùs judicio valuiſſe; [1] Melchiorem Volmarium (cui patria Erythropolis in Helvetiæ & Germaniæ confiniis) laudat in juventute iuſtituendâ fœliciſſimum; cujus diſcipuli inter Gallos Beza, &c. inter Helvetios, Conradus Geſnerus &c. [2] Is Volmarius epiſtolam præfixit Pariſienſi Demetrii Chalcondylæ Grammaticæ editioni; [3] ille judicavit Manuelem Chryſoloram maximè præter cæteros idoneum, qui Græcæ det principia; Theodorum Gazam graviorem, quàm ut pueris conveniat; Laſcarim (à Budæo æſtimatum) faſtidiri propter adjectam ei ineptam interpretationem Latinam; (cui malo in promptu eſſet remedium, ſi ea non excuderetur); In Chryſolorâ deſiderat verborum à primo themate formationes; ad quem defectum ſupplendum Chalcondylæ Grammatices exemplar à Petro Daneſio accepit, qui non ullum eſſe authorem Græcè initiandis perinde accommodum dicebat: Urbani aliorúmque Grammaticas Latino ſermone ſcriptas minùs probavit, quia (inquit) quoad ejus fieri poteſt, Græca Græcè diſcere longè præſtat. Contrà autem ſentit Stephanus, affirmans prima Rudimenta Græcè non docenda; Idem vult Tyrones ſtatim poſt ea Rudimenta ad ſcripti alicujus Græci lectionem admitti; ſtudioſos monet, ne, dum in

[1] De inſtiruend. P. 37. 38. [2] p. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 48. 49. 51. [De Volmario lege Bezæ Icones.] [3] P. 61. uſque ad p. 69.

iis

iis occupantur, vocabulorum inquirant ſignificationes, quæ ideo in prioribus Clenardi editionibus omittuntur: putat etiam Stephanus non multum intereſſe, an tam diligenter diſcantur (modò poſſit conjugari verbum) formationes, quæ quum variæ afferantur à Grammaticis, dubites, utram præferas. Conſulit, ut ea, quæ verbum verbo reddat, ſcriptoris interpretatio Tyroni proponatur; tradit poſtea quoſdam inſtitutionis Aphoriſmos. [1] Putat ſtudiis eorum, qui jam aliquem progreſſum fecerunt, mirum in modum conducere, ſi quandam periodum aut ejus partem, paucis mutatis interdum adjectis ad aliud atque aliud accommodare diſcipuli docantur; & vix aptiorem hujuſmodi variationis materiem inveniri, quàm in fabellarum opuſculo, vel potiùs (ob ſermonem multò puriorem) in Luciani Dialogis; aut (ſi hujus exercitationis exemplum in verſibus proponi libeat) in Monoſtichis Comicorum Gnomis; in quibus ulteriùs exercere ſe aliquis poteſt, non tantùm verba, ſed & ſenſum variando, more Parodiarum (De quibus libellum ſcripſit Stephanus). [2] Quidam lectionis Græcæ initium ſumendum cenſent à Poetis, & quidem ab Homero, [3] Agathiâ authore. [4] Stephanus putat â facilioribus auſpicandum, [5] nullúmque aptiorem librum eſſe quàm quem ipſe ante aliquot annos ediderat, [Epiſtol. Oratiunc. &c.]:

[1] P. 61. uſque ad p. 69. [2] P. 73. 74. [3] Anthol. l. 2. c. 22. [4] De inſtituend. p. 71. [5] p. 95.

In

[1] In Grammaticarum delectu breviſſimam probat, neque vult unà cum primis Rudimentis (uti in Chalcondylâ) dialectos diſci; eas igitur vel in loco poſteriore adjici, vel aliis characteribus excuſas diſtingui oportere. [2] Antonii Schori de ratione diſcendæ docendæque linguæ Latinæ & Græcæ libros duos rudioribus diſcipulis aptos non exiſtimat. [3] Inter parum fidos Græcæ magiſtros [3] Ponticum Virunium, [4] Petrum Anteſignanum, [5] Joannem Varennium, & (quod invitus facit) Georgium Fabricium, qui ambo de ſyntaxi Græcâ ſcripſerunt: ac [6] Martinum Rulandum in ſuis Synonymis ſive in ſuâ Græcorum Verborum copiâ. [7] Stephani fuit opinio, eos, qui Græca Rudimenta Græcè tradiderunt, pauca reprehendenda habere præ iis, qui Latiné: Inter illos ſunt celebriores Gaza, Chryſoloras, Conſtantinus Laſcaris, & Chalcondylas; quorum prior altiùs quàm cæteri penetravit, ſed & obſcurè multa ac non ſatìs fidè quædam (uti τγ pro τῇ) pauca tradidiſſe. Eos Grammaticorum reprehendit locos, ubi analogiam non ſequuntur, uti [8] κεχρυσῶμαι κεχρυσῷ κεχρυσῶται, cum dicendum ſit, juxta analogiam, [9] κεχρυσῷ κεχρυσῶται, vel [10] κεχρυσῇ κεχρυσῆται. Culpat ζευγνύοιμι in erotematis Guarini, cum alii vel [11] ζευγνύῳ vel nullum agnoſcant. Notat erotemata illa in editione Ferrarienſi Guarino adſcribi,

[1] De inſtituend. P. 95. 96. [2] P. 97. 98. [3] P. 132. 153. [4] P. 164. [5] 165. 169. [6] p. 172. & ad lector. p. 2. [7] P. 107. uſque ad p. 118. [8] Grant. [9] Guarin. Laſcar. Sylburg. Canin. Cambden. & Busb. Prof. ac Vers. [10] Clenard. [11] Velim ſcire, ubi id legerit Stephanus.

ſed

ſed in ipſius tractationis initio Chryſoloræ. Ea hortatu Marci Muſuri Cretenſis literas Græcas Venetiis publicè profitentis Aldus excudit. Virunius narrat Guarinum Franciſci cujuſdam adoleſcentis gratiâ erotemata Chryſoloræ in compendium reduxiſſe. Guarinus ille Veronâ nobili familiâ ortus Chryſoloram Græcè per quinquennium Byzantii audivit. Reverſurus in Italiam duas librorum, quorum exemplaria non erant, capſas in duabus navibus locavit; quarum alterâ vectus, alteram demerſam audiens, nocte unâ totus præ dolore canus factus eſt. Chryſoloras Byzantius Conſtantini Imperatoris aliquando conſiliarius, vrbe à Turcis anno 1453 captâ, Venetiis, Florentiæ, Romæ, ac demum Ticini, evocante Johanne Galeacio, Græcarum literarum ſtudium excitavit, ex cujus ſcholâ prodierunt Leonardus Aretinus, Fr. Barbarus, Philelphus, Guarinus, Pogius. Ejus æquales fuerunt Georg. Trapezuntius, Th. Gaza, Argyropylus, Campanus, Valla, & Nicolaus Perottus ab Archiepiſcopatu Sipontinus dictus, cujus ſedulitas Beſſarioni Pontificiam & ſibi Cardinalitiam dignitatem eripuit. Theod. Gaza Theſſalonicenſis, Amurathe Græciam armis quatiente, in Italiam veniens Græcas literas docuit. Accuſatus eſt Perottus Polybii traductionem antiquiſſimam, furto ſurreptam, ſibi vendicaſſe; ejuſdem plagii inſimulabatur Buchananus, quum Medeam Latinam ederet: Hæc tamen antiquitate longè dignior quàm illa dici meruit. In Moſchopulo,

pulo, licèt eum Melanchon diligentiſſimum & doctiſſimum vocaverit, ſunt, quæ deſiderantur. [1] Locorum in N. T. Græco controverſorum interpretationem non aliunde meliùs cognoſci, quàm ex ſuâ N. T. editione, Stephanus monet. Notat Virunii tumultuarias in Guarini erotemata declarationes, in quibus multa de quarundam literarum pronunciatione ξενίζοντα, utì & apud Clenardum, occurrunt; ſic etiam in quodam Stephani à Sabio libello Venetiis ante ſexaginta annos excuſo, qui inſcriptus eſt, Introductorium ad erudiendum unumquemque legere, &c. [2] Culpat Martinum Gregorium Galeni interpretem; laudat Antonium Sarracenum ejúſque verſionem Dioſcoridis, cujus editionem promittere videtur. [3] Bellaium & præſertim Ronſardum inter Poetas ponit præſtantiſſimos. [4] Errorem deprehendit in N. T. editione Lipſienſi, addítque etiam Lipſienſibus editionibus eſſe inemendatis contingere.

Anno 1588. tandem prodiit ſecunda Thucydidis editio, [5] quam coactus fuerat intermittere, quoniam repentinus quidam caſus illius Typographiam poſt ejus ex Regis Gallici aulâ reditum inſtauratam interturbaverat. Hanc dedicavit Frederico Comiti Palatino ad Rhenum &c. [6] quem ad toties legendum Thucydidem, quoties (i. e. octies) illum De-

[1] De Inſtituend. 130. uſque ad p. 145. [2] P. 79. 80. [3] P. 94. [4] p. 30. [5] Id. ad lect. p. 1. [6] Thucyd. Epiſt. dedic.

moſthenes

moſthenes manu ſuâ deſcripſit, hortatur. [1] Poſteriori hujus authoris editioni acceſſerunt Chronologia Davidis Chytræi, Stephani Annotationes & Paraſceue ad ſcholiorum lectionem, non tamen ultra ſecundum librum, quòd per literas tam ex Galliâ quàm Germaniâ miſſas ſpes de nonnullis in Thucydidem ac ejus ſcholiaſtem emendationibus & quidem acceſſionibus facta eſſet, item quòd uno eodémque vetuſto volumine Thucydides & Herodotus continerentur: Numeri hujus editionis marginales ab initio libri ſecundi prioris numeris reſpondent; Idem & in Herodoto aliiſque, quos ad prela revocabit, facere decrevit; quia ſcilicet ad priorum editionum nnmeros Græcus referebat Theſaurus. [2] Plures ſcholia in Thucydidem ediſiſſe indè conjicit, quòd in his [3] Antylli & [4] Phœbamonis nec non [5] Æſculapii fiat mentio. Hôc anno prodiit formâ minuſculâ Homerus cum centonibus Homericis & verſibus proverbialibus. In hanc editionem (dum fortè abeſſet Stephanus) errores alicubi irrepſerunt. Eam dicavit Carolo Baroni à Zerotin. [6] Interpretationem Latinam Fr. Porti, quam fruſtra ut recognoſceret, eum rogaverat, partim ſuâ partim aliorum operâ emendavit. Interea dum hæc editio per multos (quibus partim domo abfuit, partim aliis ſcriptoribus ſtudium impendit) annos intermitteretur, prodiit Argentoratenſis, cujus editor Stephaneam grandibus literis excuſam ſequens ferè per omnia ſibi arrogat, quod ei debebatur, ſæpe tamen mendoſa pro e-

[1] In fine epiſt. ad lect. [2] Annot. p. 1. [3] p. 238. β. [4] p. 36. ζ. [5] p. 38. β. [6] Præfat.

mendatis

mendatis reponens; cujus autem Latina interpretatio craſſam in ipſo limine exhibet ignorantiam. In Homeri verſibus proverbialibus [1] ad Gelriæ ducem & [2] Davidem Epiſcopum Trajectenſem alludit; lectoris enim recreandi gratiâ hiſtoriolas aliquando ſuis lucubrationibus inſpergere ſolitus eſt. [3] Æm. Portus anno 1594. (iratus fortè quòd Stephanus ejus Patris Franciſci verſionem culpaviſſet) hæc ſcripſit, ſe ſcilicet totius Homeri noviſſimam verſionem ab Henrico Stephano typis mandatam diligentiſſimè recognoviſſe, & ab incredibili fœdiſſimorum ſolœciſmorum colluvie repurgâſſe. Eam tamen editionem in ſuis ad Xenophontem (Ant. Steph. 1625.) notis citare ſolet (p. 1185.), aliquando etiam & Criſpinianam (p. 1203. ſic & in Dionyſ. Vignon. p. 35. 39. 101). Æmyl. Portus in ſuis Lexicis ſequitur ſæpius editiones Henrici Stephani; viz. [4] Homeri 1588, [5] Sophoclis 1568, [6] Laertii 1570, [7] Æſchyli 1557, [8] Herodoti 1570, [9] Theocriti 1579, [10] Apollonii 1574, [11] Oratorum 1575, [12] Thucydidis 1564. [13] Dionyſii Alexandr. 1577. At [14] Stephanum aliquando ejúſque ([15] Herodoteam, [16] Theocriteam) verſiones carpit; [17] eum

[1] P. 9. [2] P. 42. [3] Præf. ad Thucyd. [4] Lexic. Pindar. p. 36. [5] p. 201. [6] p. 422. [7] p. 487. [8] Quam vocat omnium, quæ ad hunc uſque diem prodierunt, emendatiſſimam. in Præfat. Lex. Jonic. [9] Lexic. Jon. in μελεδωνός. [10] Lexic. Doric. in ἀπόπροθεν. [11] In ποτίκρανον. [12] Lexic. Jon. in ἐμπαλλάσσειν. [13] Lexic. Pind. p. 315. [14] Lexic. Jon. in ἀνώϊστος. εἶναι. ἐλλάμψεσθαι, λόγος, τοὺς Ἴωνας &c. Lexic. Dor. in ὑφάγιο. [15] Lexic. in ἀναδραμεῖν. διενολογέεσθαι. διαδίξιος. [16] Lexic. Dor. in βυκαῖος. ἔκπαγλον, ἐπικυλλίον. πύγισμα. [17] Lex. Jon. in εὐαπήγητος νομὸν ἔχειν.

ſæpe

ſæpe præponit Vallæ; [1] nec raró utrumque culpat. Quo anno Dionyſium Halicarnaſſeum ab Æmylio Porto recens Latinè redditum ſibi & Henrico StephanoEuſtathiusVignon excuderit, frons [2] libri non ſemper indicat; verùm Epiſtola Porti dedicatoria Cal. Jan. 1588. data eſt. EpiſtolaCaſauboniNon.Aug. 1588. Dionyſio adjiciuntur quædam de Legationibus Græcè excerpta interpretibus Æm. Porto, Sylburgio, & Henrico Stephano; quorum duo poſteriores ſuas in illa adjunxerunt notas: Hic præterea in libros hiſtoricos ſuas operas, ille annotationes contulit; ſuas inſuper animadverſiones (quas ante decem annos admodum adoleſcens collegerat) Iſaacus Caſaubonus. Inſeruntur Chronologia Henrici Glareani, origo Gentis Romanæ cum And. Schotti notis, veteréſque Romanorum leges, indéxque rerum memorabilium copioſiſſimus. Stephanus in operarum libro primo (p. 56.) & ſecundo (p. 20. 21. [ex Sched. anni 1589. p. 258. 251.] & p. 23. 24.) lectorem ad ſua ſæpe refert Schediaſmata, & ad poſteriorem (p. 10. Annot.) Thucydidis [p. 30.] editionem. Mentionem facit (Oper. p. 19.) cujuſdam emendationis, quam Robertus Pater in margine ſui exemplaris à Frobenio ann. 1535. excuſi annotârat. Æm. Portus in ſuis notis (p. 1.) ſcribit ſe nullos vetuſtos Codices, præter eum à Roberto Stephano editum, conſuluiſſe.

[1] Lex. Jon. Ἐπίρδονος. κυψέλη. νομεῖς. πημαίνειν. [2] In nonnullis enim exemplaribus frons libri annum 1588 exhibet: in quibus tamen multa deſunt, quæ in aliis habentur.

Anno

Anno 1589. [1] Dicæarchi (à [a] Matthæo [a] Budæo Gulielmi filio tam Hebraïcæ linguæ perito, quàm Pater Græcæ fuerat, ex Italiâ olim allati) Geographica ante multos annos jam excuſa & in acceſſionis Scylacíſque ſpem hactenus reſervata tandem emiſit, ſuâ lucubratione & Iſaaci Caſauboni, notis illuſtrata; quibus appendiculam & dialogum Dicæarchi [2] Sympractorem dictum adjecit. [3] Alia addere ſtatuerat, quæ & ſi qua plura de cæteris Græcis dicenda haberet, viſum eſt alii opuſculo reſervare. Hanc Dicæarchi editionem Nicolao Brullardo inſcripſit, quaſi diverticulum quoddam mœrori, quem capiebat ex perturbato Galliæ ſtatu; [4] Hôc enim anno 1589. Cal. Sextil. Henricus tertius cultello venenato & oblongo à Jacobo Clemente ictus ſequenti die obiit.

Regis illius mortem Stephanus multis deploravit Epitaphiis in Philoceltæ & Coronelli dialogo excuſis; ex quibus bina hìc lectori ſubjiciam, ut, cujus ſcripta in [5] Typographos & [6] Magnates habuit epitaphia, habeat etiam in Reges.

Henricus jacet hìc intrà ſua caſtra peremptus,
Dum parat obſidio cingere Pariſios.
Sed percuſſorem monachalia caſtra dederunt,
Scilicet inſidias tendere docta magís.

[1] Epiſtol. dedicat. [2] Sched. 1589. p. 299. 316. [3] Dicæarch. p. 128. [4] Calvis. Chronol. [5] Lege priùs. [6] Pag. 427. 428.

Percuſſorem

Percuſſorem igitur poſthac cui caſtra negabunt,
In clauſtris illis inveniendus erit.

Hic monachi gladio cecidit rex atque veneno,
Quo monachus gladium tinxerat ille ſuum.
Unâ unum ſatis eſt aliis occidere morte:
At monachis cædem ſic geminare placet.

Mirari ſatis nequeo, quid quoſdam homines coegerit præceps impiæ relligionis furor. Alios ſicâ clandeſtinâ venenóque in [1] Reges armavit: alios impulit, ut non clàm & furtim, tanquam tenebriones & percuſſores venefici, ſed inſolitâ audaciâ freti, cœlo teſte, aperto vultu, legum ipſarum miſerè proſtitutarum authoritatem in turpe ſui facinoris patrocinium pertrahentes ſacrum [2] Majeſtatis caput ſecuri publicè percuterent. Alii, nequid relinquerent hactenus inauditum & intentatum, in verum (quantum licuit) Chriſti corpus ſævientes, in ipſis vitæ ſymbolis [3] Imperatori propinaverunt mortem. Sic Judas inter tremenda Sacro-ſanctæ Cœnæ myſteria ſatanam induit; & heri, cujus menſæ accumbebat, machinatur necem: ſe Chriſtianis ritibus *conformem* gerit, quò facinus horrendum tegat; & ut primùm ſpe triginta nummorum factâ ſe, quis eſſet, aperiendi data eſt *occaſio*, ex familiari convivâ fit proditor, ab Apoſtolatûs faſtigio decidens, ut *abiret in locum ſuum*. Ab illo loco ſibi ca-

[1] Henricus III Galliarum Rex à Jacobo Clemente Dominicano occiſus. [2] Caroli I. Angliæ Regis. [3] Henricus VII obiit veneno potatus à Dominicano in SS. Sacramenti ſumptione.

veant, qui ejuſdem veſtigiis inſiſtunt; dum ſolennem militiæ Chriſtianæ * teſſeram *conformi* quidem ſed ſimulato vultu, quoties oſtentata fuerit lucri *occaſio*, capiunt, ut Eccleſiam, cujus Sacramentis ſe obligaverunt, deinceps altiùs vulnerent perfidi tranſfugæ & defectores viliſſimi. His, Lector, ab hujus libri propoſito quantumvis alienis volui ego, [qui olim inter Calviniſtas Proteſtantes Gallos natus & educatus, poſtea ob Religionem patriâ exul, & Presbyteratûs præjudiciis Papatúſque tyrannidi fœliciter ereptus, in Anglicanæ Eccleſiæ Regníque ſinum confugi] palam facere, quàm ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν averſer hujuſmodi homines, peſtes humani generis; qui illius hierarchiæ, hujus monarchiæ idem, quod [1] antea intulerunt, exitium parant: quódque nihil unquam animo meo gratius fuerit, quàm ſi illi vel huic vel utrique pro meis viribus prodeſſe aliquatenus mihi contingeret. Verùm quoniam id eorum eſt, qui in celſiori loco ſtant, certè tamen nunquam mittam, quod & infimi poſſunt & omnes debent, bene velle ac precari.

[2]Diu inRegum aliorúmquePrincipum aulis verſatus multa ſcripſit Henricus in Principum gratiam; ſcilicet Parangelmata militaria ſeu Conſilia ex Hiſto-

* Fuit nuper † quidam, qui (ſatis audacter ſed magis ingenuè) Teſſeram Sacramentalem tolli maluit quàm proſtitui; quaſi inter abrogationem profanationémq; non eſſet medium. At eo nonnulli ſunt ingenio, ut moderationem laudent, cum ipſi ſemper in extremis conſiſtant. † in libello vocato, A Letter againſt the Sacramental Teſt, &c. [1] Anno 1642. [2] Muſ. Monit. Præf. ad Lector.

ricis

ricis potiſſimùm ſumpta & Jambicis verſibus comprehenſa, quorum ſpecimen non ita pridem in Schediaſmatis (ann. 1589. p. 142. 152. 159. 272.) exhibuit: Gallicum in calumniam poema Henrico III. oblatum, quod in lucem impreſſorii typi (quum aliud ei itidem dicatum dediſſent) non dederunt; cujus tamen prooemium, partim etiam Gallicè verſum, curavit excudendum: Muſam Principum monitricem, ac Regem Tyrannúmque Jambicis; Poema de Principatu bene inſtituendo & adminiſtrando Heroicis carminibus; Poematium elegiacis, cujus verſus intercalaris, Cavete vobis Principes, nam muſa ejus monitrix (p. 69.) Henricum IV alloquitur & (p. 214.) monet, ne monachalem enſem, ſicut ille, (Henr. III.) ſentiat. His Poematibus adjecit Dialogum Philoceltæ & Coronelli, in quo deſcribit Guiſiorum Ligam, Henrici III. cædem, uti & Principis Auriaci anno 1584. 10. Jul. ac periculum Reginæ Elizabethæ Reginæ à proditione Parri anno 1583. Mariæ denique Stuartæ de marito occidendo conſilium, eóque perpetrato facinore fugam, & varia adverſùs Elizabetham artificia, pœnamque tandem de eâ poſt annos 16 ſumptam. Huic dialogo ſubjunxit tractatum [De Ariſtotelicæ Ethices ab Hiſtoricâ & Poeticâ Ethice differentiâ]. Hæc omnia opuſcula in unum librum compacta (incertus ſum adhuc quo anno, meus enim liber titulo deſtituitur, at certè) prodierunt poſt victoriam ab Henrico IV.

contra rebelles [a] anno 1590 reportatam, quam carminibus Gallicis Latinis Græciſque in ſuo dialogo (p. 340) prædicavit.

Anno 1591° [b] Bonaventura Vulcanius Henrico Stephano ſcripſit epiſtolam, quam quia ad præſens propoſitum pertinet, integram hìc adjiciam.

Literas tuas, quas ad me ex ſuperioribus nundinis Francfordianis datas ordiris à dubitatione de memoriâ tui meâ, accepi. Ne dubita. Hæret enim mihi volenti nolenti memoria tui, immane quantum jucunda; neque eam elabi ex animo meo patitur Atrianus meus. De Musâ tuâ Principum monitrice dubitáſne quid ſentiam? Διὸς ἐγκέφαλος. At verò ſi hæc talia è ſellâ caballinâ, hoc eſt equitans, fundis; quid non abs te, ſi ad domeſticam ſellam unguem mordeas, exſpectant φιλοστέφανοι? Mitto tibi ἀντίδωρον Pauli Silentiarii carmen, quod in Anthologiâ Epigrammatum Græcorum peſſimè ab aliquo typographiæ tuæ ἐπισκόπῳ habitum (neque enim adeo craſſum ἁμάρτημα in religioſam tuam diligentiam cadere poteſt) à me reſtitutum & brevibus aliquot notis Emanuelis, niſi fallor, Chryſoloræ illuſtratum tuo nomini inſcripſi, ut vel hoc habeas τεκμήριον meæ, ſi adhuc dubitas, tui memoriæ quantum mereris amicæ. Vale.

Ex hâc epiſtolâ liquet Henricum ad Vulcanium ſuam Muſam monitricem Principum nuperrimè miſiſſe; præterea docemur, ſiqua in libris ab inſignibus Typographis editis menda deprehendamus, non ſtatim in Typographos culpam eſſe transfe-

[a] Draudii Biblioth. Baſil. 1590. [b] Excus. apud Fr. Raphel. 1591. ad Calcem libri, cujus titulus, Γεηγεὶς ἐγκώμιον εἰς Σελήνην.

rendam

reddam, ſed in Correctores potiùs & Typographiæ ἐπισκόποις. Denique quamvis vix ſperari poſſit omnes nunc temporis Typographos fore literatos, ex quo Ars illa, olim Liberalis, jam Mechanica eſſe incepit; optimè tamen Typographis conſultum eſſet, ſi vellent viros, qui Typographiæ præeſſent, eruditos honeſtâ mercede conducere.

Plinianarum epiſtolarum cum Panegyricis poſteriorem editionem dedit anno 1591. Duci Brunſuicenſi dicatam, Claudiani Pangeyricis & Js. Caſauboni in Plinianas epiſtolas notis auctam. Plinio præmiſit diſſertationem de epiſtolarum utilitate ac jucunditate; in quâ (p. 36.) lectorem monet ſe prioris editionis margini (uti p. 8.) eam aliquando lectionem eâ, quæ in Textu eſt, potiorem appoſuiſſe, quòd plures (Aldina, Badiana cum comm. & Cratandri anno 1536.) illam quàm hanc (in edit. hæred. Cratand. anno 1542.) editiones exhiberent. Hôc etiam anno ſuam ad Varronianas Analogiæ aſſertiones appendicem cum multorum locorum emendatione & Jul. Scaligeri diſputatione Genevæ excudit, & Frider. Roſenkrantz Dano inſcripſit.

[1] Juſtini Martyris ad Diognetum epiſtolam & ad Græcos, orationem cum quibuſdam de eo ex Photio & Euſebio excerptis ſuiſque annotationibus ac de Juſtino ejúſque ſcriptis obſervationibus, quæ

[1] Juſtin. p. 97.

 longo

longo jam tempore è prelo typographico exierant, in lucem venire non permiſerat, quòd alium ejuſdem argumenti libellum nondum editum expectaret, necnon Beureri [is erat Græcar. liter. & Hiſtor. Profeſſor Friburgi Briſgoeæ. Hœſch. not. ad Phot. p. 38.] interpretationem Latinam, quam Beurerus ad ipſum cum literis ad nundinas Francofordienſes miſerat. Quum verò ád illas non veniſſet, Beureri literas indè miſſas accepit, ſed ſinè interpretatione. Longæ itaque moræ pertæſus, ſuam verſionem, quam intra aliquot dies præſtiterat, excudit; quam apud ſe per quinque menſes preſſam, tandem cum illâ (quæ in manus demum venit) Beureri diu expectatâ ejúſque conjecturis, additis ex Tatiano eclogis, edidit anno 1592. Hic profectò annus cum magno fœnore penſavit, quicquid uno aut altero (dum domo abfuit) viſum eſt otio magìs quàm labori datum; Nec tamen eum otiatum puto, ſiquando aut pauciora aut nil prelo ſubjecerit. Eodem anno 1592 Hiſtoricos Græcè & Latinè cum indicibus emiſit, Herodotum tribus Friderici quarti conſiliariis, Dionem Chriſtiano quarto Daniæ Regi, Appianum [1] quinque menſium intervallo poſtea ejus ſocium Henrico Julio Duci Bruns. (qui Chriſtiani Regis ſororem primogenitam duxerat, cujus Pater Julius Academiam Juliam Helmeſtedianam primus inſtituit), Xiphilinum [2] ſexto poſt Dionem menſe Reubero electora-

[1] Appian. Epiſt. [2] Xiph. Epiſt. ad lect.

lis

lis Palatinatûs Cancellario nuncupatum. Herodotum autem reliquis poſteriorem prodiiſſe conjicio, quòd ſcribat in eo ſelibrum unumquemque tmematiis diſtinxiſſe, idémque nuper in Dione Appiano & Xiphilino præſtitiſſe, ac in Diodori Siculi Polybiíq; editione præſtiturum. Huic editioni acceſſerunt de Perſarum Ægyptiorúmque inſtitutis & legibus ex diverſis Hiſtoricis excerpta. [2] Notat præterea ſe adeo à plagiarii notâ abhorruiſſe, ut in Herodoteorum vocabulorum alphabeto Camerarii nomen ipſius interpretationibus addiderit; & aliena ſuis admixta (quod vix eſt ingenui hominis) nunquam in ſuo Theſauro diſſimulaverit; ideóque ſuum quendam libellum Grammatices Inſtitutionis Paralipomena quàm ſuam inſcribere maluerit. In epiſtolâ Dioni præfixâ Chriſtianum IV Daniæ Regem laudat, qui à puero Germanicam & Gallicam linguas didicerat, & vix octennis poterat Latinè loqui & ſcribere, viríſque (inter quos egregium locum tenebat Nicolaus Kaas Cancellarius) non doctrinâ minùs quàm probitate præſtantibus ſemper cingebatur. Stephanus, dum Dionem excudebat, [3] alteri prelo commiſerat Appianum & Xiphilinum; [4] neque enim Dionem & Appianum voluit diſſociare, ſed, utì illum nundinis ſuperioribus Francof. dederat, ſic hunc his dandum eſſe cenſuit. [4] Herodotum & Thucydidem, quibus vix aliud quàm quòd ſint Hiſtorici ambo, commune eſt, ſolemus conjungere;

[1] Herodot. ad lection. Studios. [2] Id. ante Vocab. Herodot.
[3] Dio. Epiſt. ad lect. p. 3. [4] Appian. Epiſt. ad lect.

multò magis Dionem & Appianum, quorum uterque res à Romanis & adverſùs Romanos commemorat. [1] Ità quum Dionem Pater Robertus edidiſſet, Appianum paucis pòſt annis Patruus Carolus Roberti auſpiciis & ex ejus etiam officinâ in publicum emiſit. [2] Henricus illi editioni duas, quæ deerant, hiſtorias Hiſpanicam & Annibalicam ex Italià allatas adjunxit, adeo ut totus Appianus familiæ Stephanicæ debeatur. [3] Suas ſubjecit lucubrationes in bella Hiſpanica, Annibalica & Parthica, ſnque conciones per totum librum ſparſas: In Hiſpanicis Cœlium Secundum Curionem & Franciſcum Beraldum, illum quidem huic Græcæ linguæ cognitione inferiorem, haud tamen contemnendum interpretem. [1] in reliquis Gelenium & Candidum inter ſe commiſit, quorum hic illo multis annis prior at multò deterior interpres, alicubi tamen loci alicujus ſenſum meliùs aſſecutus eſt: Cruſerii etiam Xilandríque verſiones examinavit; [1] Græci exemplaris, unde tranſlata ſunt Illyrica, cum nondum nactus eſſet integrum, fragmentum tantùm exhibuit. In Xiphilinum ſuum contulit notarum [4] ſpicilegium, de quo vix cogitaverat " poſt duos tam ſtrenuos meſſores Frid. Sylburgium " & Guil. Xilandrum, quorum poſteriore ſuâ fraudare " laude noluit, quamvis aliquando ejus ex æmulati- " one odium fuerit expertus, quod tamen odium [5] Xi-

[1] Appian. Epiſt. ad. lect. [2] Id. ad lect. ante Not. [3] p. 767. [4] Xiphil. Spicil. p. 1. [5] Obiit anno 1576. (Lege Epiſtol. Ones. Xilandri ante Pauſan.) natus 1532. Decemb. 20. (Ricciol.)

" landes

" lander literis paulò ante mortem ad Stephanum
" ſcriptis velut ejuravit.

[1] Familia Fuggerana atque præſertim Huldricus multa in Henricum contulerat beneficia, quæ ſemper agnovit gratiſſimus. [2] Marcum Fuggerum, dum Heidelbergæ fortè in Electoris Palatini aulâ verſabatur, indè à ſe inſalutatum deceſſiſſe dolens, ſui, cui tum defuerat, officii partem apud eum compenſavit anno 1593. dedicatione Iſocratis Woolfii interpretatione donati, cui quaſdam ex Gorgiâ & Ariſtide ejuſdem cum Iſocraticis argumenti orationes à Guil. Cantero verſas adjunxit. [3] Septem in Iſocratem diatribas ſuam eſſe ſymbolam voluit, octavam, cujus titulum tantùm exhibuit, daturus, ſi licuiſſet; eum enim adeo in temporis anguſtias redegerunt proximæ Francof. nundinæ, ut ἑβδόμη diatriba manſerit ſeptima, quæ continet Harpocrationis in Iſocratem obſervationes. [1] Harpocrationis Lexicon edidit anno 1503 Aldus Manutius, qui poſtea Iſocratea vocabula ex eo & Suidâ Iſocratis editionibus à ſe poſtea excuſis ſubjunxit, quum alioqui titulus libri totum Harpocrationem polliceatur. Notat Henricus Suidam ex Harpocrationis, qui eo prior fuit, libro voces ad Iſocratis aliorúmque oratorum lectionem facientes deſcripſiſſe. Idem etiam probat (Diatrib. p. 3.) celeberrimo illi Iſocrati (nam tres ejus nominis fuerunt) non minùs falſò aſcribi Parænefin ad Demonicum, quàm in multis edi-

[1] Iſocrat, Epiſt. ad Fugg. [2] Ad lect. [3] Diatrib. VII.

tionibus

tionibus Typographicis lutulenti [1] Maximiani verſus Cornelio Gallo aſcripti ſunt. Præterea (epiſt. ad Lect.) quoniam nonnulli malevolentiâ ex invidiâ profectâ eum proſequebantur, omnéſque calumniandi occaſiones captabant, ſpecimen emendationum in octavâ Diatribâ ineditâ promiſſarum dedit in duobus præcipuè locis, quos alii pro deploratis habentes aſteriſco notaverunt. Excudit unà cum Iſocrate ejus vitam à Plutarcho, Philoſtrato, Halicarnaſſeo, & Suidâ deſcriptam, rerúmque ac verborum indicem. Hieronymi Woolfii interpretationem (quæ, præterquam [2] aliquot liquot libellorum, totius Iſocratis ſola eſt) aliquam mereri laudem putavit, ſibi tamen in nonnullis haud ſatisfacere fatetur. (epiſt. ad lect) Ejus argumenta Græca & Latina, annotatiunculáſque marginales ſingulis orationibus & epiſtolis præfixit, & ejuſdem diſſertationem addidit de Authoris vitâ ac ſcriptis, & de ſuæ interpretationis ratione. Iſocrati præmiſit Woolfii quatuor præfationes, ex quibus, uti & ejus diſſertatione, doctiſſimi illus viri vita ac ſtudiorum curſus magnâ ex parte poteſt æſtimari. Animadvertit Iſocratis (qui de democratiis, oligarchiis, & monarchiis magno cum judicio diſſerit) lectionem etiam Regibus profuturam, ſi per eorum occupationes liceret; ibíque Henri IV

[1] Lege Alb. Fabric. Bibl. Latin. & Voſſ. de Poet. Lat.p. 25.
[2] Quinam alii ſingulorum libroram interpretes fuerunt, lege in Wolf.de vit. Iſocrat.

Galli-

Galliarum Regis (quem Alexandrum Gallicum nominat) ſortem deplorat, qui etiamſi avita proavitâque ſceptra teneat, neceſſe habuit βασιλικὸν βίον ϛρατιωτικῶς ζῆν. (Epiſtol. Dedicat.).

Ex Wolfii diſſertat. excerpta de ejus vitâ.

Hieronymns Woolſius [1] Oetingenſis natus anno		1535.
Tybingæ Scheggiumm audivit.	19.	1535.
Scholâ per invidiam pulſus fugit.	29.	1545.
In ædibus Havenreuteri totum Iſocratem cœpit vertere.	31.	1547.
Prælo ſubjecit.	32.	1548.
Egit biennium Baſileæ.	34.	1550.
Unum annum Lutetiæ.	35.	1551.
Editio Vaſcoſani elegantiſſima.	37.	1555.

Oporinus eodem tempore Iſocratem Græcè & Latinè edidit, quum Woolſius Fuggeranæ Bibliothecæ præeſſet.

Anno 1594. Græco-latinas Novi Teſtamenti concordantias edidit, [2] quas ſinè appendice (quod olim Patris fuerat conſilium) abire ex ſuâ officinâ non permiſiſſet, niſi, quam ſibi ad ſuppeditandum his ſumptibus aperuerat viam, literæ quædam interclusiſſent: at verò quod dilatum erat, ſperavit non omnino ablatum iri. Has inſcripſit Mauritio Haſſiæ Landgravio, [3] quem ob Pſalmos carminum Latinorum vario genere ab ipſo redditos laudat.

[1] Iſocrat. Edit. Vaſcoſ. [2] Ad lector [3] Epiſtol. Dedicat.

Hôc

Hôc anno poſteriorem vulgavit Laertii editionem Wolfango Zundelino dicatam, cui Iſaaci Cauboni notas Arnoldo Patri anno 1583. 10. Cal. Mart. inſcriptas, [1] multò nunc auctiores adjecit; ſuas autem priori editioni præfixas, quòd eſſent imperfectæ, in aliud tempus, quo perfectas & recognitas ederet, reſervavit; paucas tamen ex Schediaſmatis ſuis nondum editis excerptas emendationes propoſuit. Latinam è regione Græcæ exhibuit verſionem; adjecit Pythagoreorum fragmenta, omnia quidem tranſlata, præter quædam Anonymi, Lyſidis, & Pythagorearum, quæ & in hâc & in priore editione Græcè tantùm habentur: ſuum inſuper cnm caſtigationibus addidit judicium de Ambroſii interpretatione à Brognolo (²Ven. ann. 1475. Prid. Id. Aug.) recognitâ; [3] monuſtque eum, cujus operâ ad colligendum indicem uſus eſt, neceſſe habuiſſe ſequi Ambroſii judicio ac doctrinâ & Græcæ linguæ peritiâ carentis verſionem. Laertio ob argumenti ſimilitudinem ſociavit Heſychium Mileſium, Illuſtrii cognomento, cum Hadriani Junii interpretatione ejúſque ac ſuis annotationibus. Eodem tempore Romæ cum Thomæ Aldobrandini notis prodiit. [4] Johannes Arcerius Theodoretus ſcribit Theanûs, Muiæ & Meliſſæ epiſtolas Venetiis primùm ab Aldo Manu-

[1] Epiſt. ad. Lect. [2] Epiſt. Brognol. [3] Epiſt. præf. Indici.
[4] Jambl. Vit. Pyth. Not. p. 41.

tio,

tio, & poſtea ab Henrico Stephano cum Laertio editas fideliſſimis Typographis & iiſdem viris longè doctiſſimis. Hôc præterea annò ad prelum Stephanus revocavit Hiſtorias ex Memnone, Cteſiâ, Agatharchide Græcè & Latinè ſeorſim ex verſione partim ſuâ, partim Laurentii Rhodomanni Marquardo Frehero dedicatâ. Acceſſere priori editioni cum aliis quibuſdam duæ Chionis epiſtolæ; Græcóque volumini (non enim Latino) Appiani Iberica & Annibalica cum notis inſerta ſunt. Id etiam animadvertendum cenſeo, quòd Henricus Græco (non Latino) Hiſtoriarum excerptarum volumini idem, quod Platoni, Symbolum Typographicum affixerit. Francfordii Typis Wechelianis excuſas duas Orationes Henricus Septemb. 5. Rudolpho II. Cæſari atque univerſis Rom. Imper. Ordinibus Ratisbonæ conventum habentibus obtulit, quarum alterâ Uberti Folietæ de cauſis magnitudinis imperii Turcici libro reſpondet, alterâ ad expeditionem in Turcas fortiter perſequendam Chriſtianos hortatur. Ad calcem harum orationum habetur Henrici ad quendam ἀνώνυμον epiſtola, in quâ mentio fit, quantum negotii ei Lipſiomini & Lipſiomomi faceſſerent; quódque omnes ad publicum illud ſuum reſponſum (in quo nec Lipſiomomus nec Lipſiocolax eſſe voluit) remiſerit.

Almelov.

Almelov. p. 77. vidi etiam ejus librum de Lipſii Latinitate dictum minimè inelegantem, quo magnam invidiam ſibi concitavit. Nam quidam ex diſcipulis fortè Lipſii eum ſcripto aliquo laceſſivit; de quo vide Epiſtolam ejus 1593. Baſileæ editam, in quâ illum Lipſiomimum vocat; qui qualiſque fuerit inveſtigare nondum potui[1]; de eo autem hæc Caſauboni verba intelligenda puto (Epiſt. 182. Edit. Brunſv.). *Ne iſte qui nuper tam multa de optimo ſene* (Henrico Stephano) *blateravit, & apud Belgas edidit, indignus, qui* Stephano *matulam præberet.*

Hanc Epiſtolam dedit Francfordiæ 1594. paulò poſt nundinas vernales. Hæ duæ Orationes ab ipſo Authore Ottoni Henrico Landſchadio donatæ ſunt ſequenti inſcriptione.

Henricus Stephanus

D. D.

D. Ottoni Henrico Landſchadio à Steinach

Ratisb. in conventu Imp. 1594.

& Francofurti eodem anno Germanico ſermone in 4° excuſæ. Ea, quæ penès me eſt, editio epiſtolam ad Rudolphum Imperatorem, & duo ad milites belli Anti-Turcici carmina adhortatoria præ ſe gerit, & prodiit Francfordii Wechelianis Typis, quos ferè Stephanicos eſſe putaveris, & à Stephano forſan Wechelo venditos. "Quidam[2] dicunt "eum Genevæ omnia ſua inſtrumenta ad artem "Typographicam ſpectantia[3] Choueto vendi- "diſſe: Alii verò ipſum Wechelio Hanoviæ libros

[1] Almel. p. 79. [2] P. 111. [3] Chouetus etiam ſymbolo ejus Typographico uſus eſt. utì Liban. Orat. pro Templ. 1634.

" excu-

" excudenti venditâſſe; quod deducunt ex librorum
" literarúmque formâ & nitore, qui longè major
" foret, ſi charta albedinem & tenuitatem Galli-
" cam referret. In libris certè ab Henrico Pariſiis & Genevæ excuſis plerumque obſervari ſolet chartæ diſcrimen; illis enim nitida, tenuis, & firma; his ſubnigra, craſſa, & bibula: Nec tamen id ſemper obtinet, quin occurrat [1] unus aut [2] alter Genevæ excuſus, qui chartæ nitore cum multis Lutetiæ excuſis certet.

Hoc anno Conrado Ritterſhuſio Iſaacus Caſaubonus [3] epiſtolam ſcripſit, unáque miſit quendam ejus ingenii fœtum, quem ille amiſſum putaverat. " Ritterſhuſius enim eum de injuriâ ſibi factâ " certiorem fecerat. Caſaubonus, quamvis ad " ſenis illius optimi (‘ Henrici Stephani) Biblio- " thecam nullus ſibi eſſet aditus, tamen quum jus " & fas violatum fuiſſe animadverteret, eo (‘ Ste- " phano) abſente auſus eſt clauſtra revellere & " omnia διφῶν, ut librum Ritterſhuſii reperiret, " eúmque repertum mitteret. Multâ difficultate " magno annorum ſpatio Xenophontem ſuum " Leunclavius ab eo (‘ Stephano) receperat; & " deterior Ritterſhuſii fuerat conditio, niſi παρὰ " προσδοκίαν (uti ſcribit de ſe Caſaubonus) audaci-

[1] N. T. Cathol. Expoſ. 1564. [2] Alphab. Hebr. 1566. Robertus etiam Genevæ excudit libros & chartæ & typorum formâ neutiquam ullis Lutetiæ excuſis inferiores. [3] Caſaub. Epiſt. 16. [4] Almelov. p. 97.

am

" am Deus adjuviſſet. Magnæ inter Ritterſhuſium & Caſaubonum familiaritatis & amicitiæ id indicio eſt, quòd, illi ut ſatisfieret, hic id auderet excuſatione nullâ tegendum, & poſtea fateretur. Clauſtra certè abſente quodam revellere, quid aliud eſt, quàm furti ſe aſtringere? Ritterſhuſium monet " caveat, ne de hâc re quicquam unquam re- " ſciſcat N. ([1] Stephanus) cujus ingenium ſic eſt, " ut, ſi non refricet memoriam, de eâ re nullum " verbum fuerit facturus: ſin ullâ viâ, quod conſciâ ejus uxore & filio N. (Paulo ni fallor) ge- " ſtum ab ipſo eſt, reſciſcat, dici nequit, quan- " tum turbarum ſit excitaturus. Et profectò quis, ſi ſe abſente oſtii peſſulum revulſum intellexerit, animum, ubi tam juſta eſt iracundiæ cauſa, cohibuerit? Sed de hôc ſatìs; ad aliud tranſeo. Ex eâ epiſtolâ [2] infert Clar. Janſſonius *ab Almeloveen* anno 1594 adhuc Genevæ vixiſſe Henrici Stephani uxorem; quam quidem oportet [3] ſecundam habuiſſe; nam primam antea deceſſiſſe ſuprà probatum eſt.

Anno 1595. April. 12. Francfordii Henrici Stephani de Lipſii Latinitate palæſtra prima; annóque proximo Febr. 16.[4] Fridericus Sylburgius biennio ad plures ſuo magiſtro præivit.

Anno 1597. Bezæ Poemata varia excudit Stephanus; ſed emblemata cum eorum figuris, Tra-

[1] Almelov. pag. 97. [2] Pag. 103. [3] Vide priùs p. 379. [4] Ricciol.

gœdiam

gœdiam Abrahami ſacrificantis Latinè à Jacomoto verſam & appendicem ad poemata addens Jacobus [r] Stoerus opus ad finem poſtea perduxit, quod inchoaverat, & maximà ex parte Stephanus abſolverat.

Per diverſas peregrinationes multiplicéſque laborum ſcenas Henricum noſtrum ad extremum propè fabulæ actum perduximus. Nemini magìs varia vitæ commutabiliſque ratio, nemini magìs vaga volubiliſque fortuna. Nemo quamvis in literis plùs utilitatem fecerit ut omnes cognoſcerent ſuam, vix tamen fuit quiſquam, cui bonæ literæ magìs infœliciter ceſſerint. Aulas licèt ſectaretur, magnúmque in honorem apud Magnates eſſe videretur, quæſtus tamen ei fuit indè pauperrimus. Dum aliis recludit Theſauros, ſibi ipſe pro Theſauro carbones reperit. Mirari jure quis poſſet hominem tot rerum difficultatibus affectum, tot itinera emenſum, tot calamitatibus fractum ſatìs animi, temporis & virium habuiſſe, ad obeundos eos rei Literariæ ac Typographicæ labores, quos hactenus enumeravi. Verùm præter illa opera magna ſanè ac multa, alia quoque neque parva nec pauca, ab ipſo partim elucubrata, partim inchoata, partim promiſſa ex variis, ubi eorum meminit, libris colligere operæ pretium duxi. At priuſquam ea deſcribam, lubet illa Henrici opuſcula præmittere,

[r] Admonit. de opere. pag. 368.

 quæ

quæ in Barberin. Bibliothecæ Indice; & Draudii Bibliothecâ Claſſicâ habentur; quæque [a] V. C. la Croix du Maine recenſuit.

Ex Barberinæ Bibliothecæ Indice.

Notationes ad Clenardi Inſtitutiones linguæ Græcæ.
Schediaſmata 2 ad Dicæarchum. Aug. 1600.
Emendationes in Petronii epigrammata. Helenop. 1610.
Carmina ſuper obitu Victorii.
De Martinalitiâ venatione Epigrammata. Heidel. 1592. 4.
Vita Ruſtica. In Amphit. Sapient. Socrat.

Ex Drandii Bibliothecâ Claſſicâ.

Carmen de ſenatulo fœminarum. Argentor. apud Anton. Bertram. 1596. 4.

Henry Eſtienne : Les premices ou le premier livre des proverbes epigrammatizés. 1593. 8.

L'Alcoran des Cordeliers, tant en Latin qu'en François, c'eſt à dire, recueil des plus notables bourdes & blaſphemes impudens de ceux, qui ont oſé comparer S. François à Jeſus Chriſt, tiré du grand livre des conformites, jadis compoſé par F. Barthelemy de Piſe, & parti en deux livres. à Geneve. 1578. 8.

Ex Vir. Clariſſ. *la Croix du Maine.*

Les plus notables & plus anciennes Hiſtoires entre le Grecques & Latines, recueillies & traduites par luy.

Comment chacun peut acquerir de la prudence par la lecture des Hiſtoires.

[a] Almeloveen. pag. 85.

Haranges

Haranges prinſes des plus anciens Hiſtoriens : traduites par luy au plus pres du Grec, & ſans changer, adjouſter, ou diminuer, comme il à eſté fait es precedentes traductions.

Deux oraiſons d'Iſocrate, traduites par luy.

Quatre oraiſons de Dion (ſurnommé Chryſoſtome, à cauſe de ſon eloquence : c'eſt à dire, Bouched'or) de ſa traduction.

Trois traitez de Plutarque, traduits par luy.

Deux oraiſons de Syneſius : dont l'une eſt, de la Royauté, ou gouvernement d'un Royaume, de ſa traductione.

Advertiſſemant aux Princes touchant les flatteurs.

Diſcours ſur l'opinion de *Platon* & *Xenophon* (diſciples de *Socrates*) touchant la capacité de l'eſprit feminin.

Des anciens guerriers de la Gaule, & de leurs ſucceſſeurs.

De la préeminence de la couronne de France.

Epiſtres Laconiques (c'eſt à dire, ayans une gentile breſveté) de pluſieurs Grecs. Enſemble les epiſtres de Brutus, avec les reſponſes, recueillies & traduites par luy.

De la breſveté qu'admet le langage François, non moins que le Grec, ou le Latin, avec un advertiſſement de pluſieurs ſuperfluitez de langage (appellées Pleonaſmes) qui nous ſont ordinaires.

Traité touchant les dialectes François, monſtrant que noſtre langage en eſt enrichi, comme le Grec par les ſiens : & qu'auſſi la diverſité eſt ſemblable en quelques choſes.

Oraiſon monſtrant qu'il ne faut croire aiſément aux accuſateurs, traduite de Lucian, ou pluſtot de celuy auquel on à donné ce nom.

" En l'epiſtre miſe devant ſa traduction, il rend raiſon pour
" laquelle il n'a eſtimé point ce livre eſtre de Lucian : & pour-
" quoy il a interpreté ainſi le tiltre, & non pas, de ne croire
" aiſement à la calomnie. Il advertit auſſi de pluſieurs autres fau-
" tes notables commiſes par les precedents traducteurs.

Pluſieurs Dialogues de Lucian, traduits par luy.

Obſervations de quelques ſecrets du langage François. Enſemble ſur les expoſitions d'aucuns mots empruntez du Grec, où du

Latin, dont la naïve & vraye ſignification eſt ignorée de pluſieurs.

De la difference de noſtre langage François d'avec l'ancien.

Dialogue intitulé, le Correcteur du mauvais langage François. C'eſt à dire des fautes que pluſieurs y commettent.

De l'Orthographie & Kakographie Françoiſe.

Traité de proverbes Francois.

Pluſieurs advertiſſemens touchant les traductions du Grec ou Latin en François.

OEUVRES DUDIT HENRY ESTIENNE,

En Poëſie Françoiſe.

Epiſtre au Roy touchant l'enrichiſſement du langage François par moyen du Grec : pour luy eſtre preſentée avec le Threſor de la langue Grecque, compoſé par ledit Eſtienne.

Epigrammes ſur divers ſubjects.

Pluſieurs epigrammes Grecs traduits par luy.

Poëſies Grecques & Latines, de divers, traduites par luy.

Pluſieurs ſentences des Poëtes Grecs, & Latins, de ſa traduction.

Conſeils & enſeignemens, concernans la Philoſophie morale.

Autres enſeignemens, par ſimilitudes, ou comparaiſons.

Deploration de la mort de treſ-vertueuſe Damoiſelle Barbe de Villay.

Les Adieux & Contradieux à une Damoiſelle.

Poëme contre la calomnie, & les calomniateurs dedié au Roy. De eo mentionem facit in fine Præfationis Poëmatii, Muſa Monitrix principum, dicti.

Poëme contre le Babil, & les Babillards.

Poëme contre la flatterie, & les flatteurs.

Poëme contre l'ingratitude, & les ingrats.

Poëme contre l'Avarice, & les avaricieux.

Poëme contre l'Orgueil, & les orgueilleux.

Poëme contre l'jurongnerie, & les jurongnes.

Poëme de la loüange de la Poureté contente.

Poëme de la loüange des letres, & des hommes lettrez.

Poëme à la loüange de ceux qui' ont joint l'amour & l'eſtude des lettres à l'amour & l'exercice des armes.

Poëme contre les ignorans & ennemis des lettres.

Aucuns des livres ſuſdits courent ſoubs le nom du Sieur de Griere, qui eſt une ſienne terre.

Catalogus Librorum, quorum editionem Henricus Stephanus in animo habuit, ex ipſius variis operibus collectus.

ARiſtoteles. [1] Ariſtophanes. [2] Athenæus. [2] Biblia Hebræa cum verſione LXX. [2]. [3] Cicero. [4] Coluthus. [5] Diodorus Siculus. [6] Dionyſius Halicarnaſſeus. [7] Dioſcorides. [8] Euripides. [9] Fragmenta veterum Latinorum authorum. [10] Macrobii libellus de differentiis Græci & Latini Verbi. [11] Pauſanias. [2] Plinins [6] [5] Polybius. [4] Quintus Smyrnæus. [12] Seneca Philoſophus. [2]. [13] Stobæus. [2] Strabo. [14] Thucydides. [4] Tryphiodorus. [14] Xenophon.

[1] Plato. 1578. Henr. Steph. Lectori φιλοπλάτωνι. ——— ora Deum, ut meos in edendo etiam poſt Platonem præceptorem diſcipulo Ariſtotele conatus ad exitum non minùs fœlicem perducat. Præfat. ad Paul. Steph. ante Gell 1585. " In Ariſtotelis " præſertim editionem omnia undique auxilia, pro eo ac debui, " diligenter conquiſivi, & etiam nunc πάντα ἀνιχνεύων καὶ διερευνώμενος καὶ σκευωρέμενος διατελῶ. [2] Epiſtol. de Typogr. Itar. [3] Caſtigat. in Cicer. 1557. p. 98 ———" Ciceronis operum vo- " men meis typis excuſum divulgabo. [4] Homer. 1588. Epiſtol. ad lect." Coluthi & Tryphiodori poematia cum Quinti Smyrnæi " poemate, quod Homeri Paralipomena nominatur, edenda cen- " ſui.———Indicem poemata Homeri cum illis communem ha- " bebunt, & meis in illos annotationibus etiam quædam ad Ho-

 merum

" merum pertinentia admiſcebo. [5] De Lipſ. Latin. 1595. ad Lector p. 28. " Diodorum Siculum (qui & antea ex meâ officinâ " prodiit) quum viderem longè aliam, quàm quæ vulgò in ma- " nibus verſatur, interpretationem poſtulare, quendam oravi, " ut interpretis officio fungi huic ſcriptori vellet; & quidem " ità oravi, ut exoraverim. Herodot. 1592. Henr. Steph. Lecti- on. Herod. ſtudioſis. p. 3. " Ego in Diodori Siculi & in Polybii " editione idem præſtare (viz. unumquemque librum in certa " tmematia diſtribuere) conſtitui.——p. 2. non dubito quin me- " um hâc inre exemplum typographi ſint ſecuturi. [6] Præfat. ad P. Steph. ante Gell. ——— " certiores fieri amicos velim, me " quicquid otii ſuffurari potui, in ea contuliſſe, quæ ad præpa- " randas aliquot Græcorum ſcriptorum ἐκδόσεις pertinent. Ex " eorum numero ſunt Dionyſius Halicarnaſſeus & Polybius, qui- " bus mean dilationem multa commoda allaturam eſſe ſpero. Epiſtol. Leuncl. ad H. St. " Polybium paro, quo edendo nolim " te properare. De Lipſ. Latin. 1595. ad lector. p. 27. " Polybii " editio jam inchoata fuit, ſed ob quandam, cujus ſpes facta eſt, " acceſſionem ad ea ejus ſcripta, quæ hactenus prodierunt, fuit " intermiſſa. [7] Epiſtol. Sambuc. ad H. S. & H. S. Epiſtol. ad Sambuc. in Pſeudoc. 1577. " At ego (dices) meum Dioſcori- " dem à te expectabam, cum quo nihil commune habet tuus " Pſeudo-Cicero. Ne igitur in immerentem Pſeudo-Ciceronem, " longiore expectatione tui Dioſcoridis offenſus, ſtomachum " erumpas; hujus editionem cum magno ſtudioſorum medicinæ " commodo differri ſcito; ut uno eodémque tempore & tuis " illis utiliſſimis caſtigationibus velut renovatus & novâ inter- " pretatione Latinâ donatus prodeat. [8] H. St. annot. in Soph. & Euripid. 1568. pag. 98. " mihi ad editionem Euripideam ta- " lia defuerunt adminicula, qualia nunc ad Sophocleam, & jam " pridem ad Æſchyleam adfuerant. Et pag. 111. ſpero fore, ut " aliquando Euripides è noſtrâ quoque officinâ prodeat unà cum " Brodæi in ipſum annotationibus. [9] In titulo Fragm. Vet. Poet. Lat. pollicetur " propediem & amatoribus Orationis ſo- " lutæ in ſimili labore gratificaturum. [10] H. S. Epiſtol. ad Da- nes. ante Macrob. 1585. " ſperabam fore, ut quædam Macro- " bii, quæ nondum in lucem prodierunt, (De differentiis & ſo- " cietatibus Græci Latiníque verbi, vel potiùs ex eo, quem ità " inſcripſerat, libro excerpta) in hâc editione in publicum veni- " rent, & tibi à me dedicarentur. Sed quum meipſum ex ve- " teri P. Pithoei exemplari ea deſcribere neceſſe foret; quòd " neminem invenirem, cui hoc muneris injungerem, & aliis ta- " men rebus occupatus eſſem, unam tantùm partem deſcripſi, " alteram, quum σχολάσω ἀπὸ τῶν νῦν ἐμὲ ἀσχολούντων, deſcriptu- " rus. Macrobii præfatiuncula illi tractatui præfixa eſt hujuſ-

" modi,

" modi, Græcæ Latinæque linguæ &c. In hôc libello multa ſunt
" quæ nobis aliunde fateor eſſe nota ; ſed ſunt & quædam à pau-
" cis fortaſſe animadverſa. Sunt profectò nonnulla, quæ
" meum judicium confirmârunt de eâ Græcarum vocum in
" certas claſſes diſtributione, quam in meo Theſauro ſecutus
" ſum. Hoc συγγραμμάτιον cum meo ejuſdem ferè argumenti
" editurum me propediem ſpero : quum primùm autem prodibit,
" ejus exemplar à me accipies. [11] Fr. Sylburg. in Epiſtol. ad
Huld. Fugg. ante Not. ad Pauſan. 1583. " oro, utquanto diligen-
" tiæ conatu ſuſceptus à me ac confectus eſt hic labor, tantâ
" tu illum benignitate in tutelam tuam recipias, non aliter ac ſi
" vel à Xilandro, vel ab Henr. Stephano, Clariſs. & tibi charis
" viris (quorum hôc præceptore, illo amico uti mihi contigit)
" hic cum Pauſaniâ comitatus ad te mitteretur. H. Steph. Præ-
fat. ad P. Steph. ante Gell. 1585. ubi de ſuis, quas meditabatur,
Dionyſii Halic. Polybii, Ariſtotelis editionibus verba faciens,
addit hæc. " Sed me alius interim typographus præveniet. Imò
" verò me ab illis præveniri nego, quorum editionem mea, quo-
" ties libuerit, (*ſuperbè dictum*) multis à tergo paſſibus relin-
" quet. Cujus rei vel in Pauſaniâ documentum dare poſſum.
Stephanus forſan ſcripſit ſe præveniri, quòd Ariſtoteles Sylbur-
gii ſtudio Francofurti apud Wecheli Hæredes excudi cœpiſſet
anno 1584 poſtea ann. 1587 finitus. [12] Præf. ad Proodop. Senec.
" Hæc in Senecam danda eſſe exiſtimavi, dum varia ad ejus edi-
" tionem ſubſidia comparo. Quamvis enim me multi ſcripto-
" res Græci partim ad ſe vocent, partim revocent, nihilominus &
" Latinis locum aliquem relinquere, in meæ officinæ inſtaurati-
" one, ſtatui. Sed de alio potiùs quàm hôc Latino ſcriptore
" edendo cogitâſſem, ſi Romana editio meæ multorúmque aliorum
" expectationi reſpondiſſet. Nota, quòd, quum hæc ſcriberet
anno 1586. loquatur de ſuâ officinâ inſtaurandâ, quaſi ſcilicet
antea nullam fixam habuiſſet. Poet. Heroic. 1566. Vol. poſter.
pag. 488. " admoneo in Stobæi editionibus, quæ unà cum Geſ-
" neri interpretatione prodierunt, permixta Stobæi & ipſius
" Geſneri collectanea : quæ in meâ Stobæi editione aliquando
" (Deo favente) diſtinguam, & quæ præterea in hunc autho-
" rem habeo, cum ejus ſtudioſis communicabo Apophthegm.
1568. Titul. " loci aliquot in Græco contextu emendati fue-
" runt : aliorum autem quorundam emendationem cum noſtris
" editionibus Plutarchi & Laertii atque Stobæi accipies. [14] De
Lips. Latin. 1595. ad Lector. pag. 28, 29, 30 " Tantum abeſt,
" ut non ſim in meo de juvandis Thucydidis & Xenophontis
" lectoribus propoſito pertinax, ut ab eo, quo me id facturum
" promiſi, tempore promptior voluntas fuerit. Cui ſtimulum
" addidit, quæ nuper prodiit, Thucydidis & Xenophontis editio

[ſcil. editio Thucydid. operâ Æm. Porti. Franc. 1594. & Xenoph. operâ Leuncl. Franc. 1594.] "utraque Lectoribus fucum" "utraque mihi furtum faciens. Majus furtum ne eſſet, illud "meæ procraſtinationis malum (Hinc animo ad procraſtinationem prono fuiſſe Henricum conjicias) "obſtitiſſe comperi. Si "enim promiſſas tum meas tum aliorum lucubrationes edidiſſem, non minùs in hunc meum laborem & ille trium literarum homo invaſiſſet, eodémque modo in illis multa ſibi "non intellecta depravâſſet. Verùm & aliâ de re mihi ſum "gratulatus, quòd ille Xenophontis interpres Leunclaius in recognitione ſuæ interpretationis, cum quo ſcriptore ſibi res "eſſet, minùs quàm antea cognoverit, ac idiomatis hujus "ſcriptoris & ſui officii oblitus fuerit; interdúmque bonam interpretationem ſuam malâ ſuâ mutaverit; unde factum eſt, "ut multò latiorem campum meis in hunc ſcriptorem lucubrationibus aperuerit.——— Quæ in illos ſcriptores præſtabo, "materiem tibi præbebunt dicendi, Grande moræ pretium. Benedictis qui certat, bene audit; ac Henrico certè meliùs fuiſſet conſultum, ut reſponderet, quàm laceſſeret; Quod ab illo allatum eſt, id ei fuit relatum ab Æm. Porto, & præſertim à Leunclaio (lege priùs) in cujus vitâ hæc habet Melchior Adamus. "Litem ei ſuper iſtâ interpretatione Xenophonteà Criticam & Grammaticam movit Henricus Stephanus, vir & typographus clariſſimus, editâ in ejus errores "inſignes inquiſitione autoſchediaſticâ (quam nondum vidi). "Contra & Leunclaius de Stephano conqueritur, quòd contra "fidem datam & præter officium viri boni, Xenophontis à ſe "Latinè redditi exemplar, ſicut & Zoſimi, detinuerit. Et faſſus eſt Stephanus, accepiſſe ſe illam Xenophontis verſionem "ab annis circiter 18: poſt 13 aut 14 ampliùs annis ſibi non "viſam: ſed cum è ſuâ ſupellectile librariâ, militum incuriâ, "belli tempore aliquot libri incendio periiſſent: neſciviſſe, an "in illorum numero Xenophon, à Leunclaio verſus, fuiſſet. "Tandem, interjecto anni ampliùs ſpatio, librum inventum "fuiſſe, ſitu obſitum, & membranâ craſſâ, quâ involutus erat, "conſervatum. Sed de hôc, quod quiſque volet. Ex Præfationibus & ſcriptis Leunclavii.

Budæi

[1] Budæi Commentarios; [1] [3] Eraſmi Adagia; Roberti patris Theſaurum Linguæ Latinæ, & ejuſdem [1] Dictionarium [2] Latinogræcogallicum renovare cupiebat.

Catalogus aliorum Opuſculorum, quæ aliquando edere Henricus ſtatuerat.

Æſopi fabulæ Gnomæque ſingulæ ſingulis verſibus comprehenſæ; quibus fabulas nonnullas haud antè editas addere decrevit; ſed id noluit niſi priſtinâ interpretatione recognitâ aggredi. *Dial. de Inſtit. Gr. Stud.* 1587. *pag.* 19.

Corollarium Theſauri Græcæ linguæ, quod ſupplementum vocetur. *Gloſſar.* 1573. *Præf. ad lector.* Et *De Lipſ. Latin.* 1595. *p.* 51.

De cæteris Dialectis tractatus. *Theſ. Gr.* 1572. *tom.* 1. *ad Lector. pag.* 11.

Libellus de variâ verſuum Homeri accommodatione. *Centon. Homer.* 1578. *Præfat.*

De ſecretis Gr. linguæ Commentarii. *Oper. H. S. in Dion. Hal.* 1588. *pag.* 55. *& Annot. in excerpt. pag.* 41.

Proodopœïa in Plutarchum. *Proodop. Senec.* 1586. *Præfat.*

Uberiores in Tragicos Græcos obſervationes. *Æſchyl.* 1557. *pag.* 386.

[1] Epiſtol. de Typogr. ſtatu. [2] Nullum diction. Latinogræcogall. novi excuſum à Rob. Stephano, ſed à Fran. Steph. 1571. [3] H. Steph. ad Lect. in calce Horatii. " Ad augendum Centu-
" riarum Adagiorum Eraſmi (i. e. ab Eraſmo collectorum)
" numerum quidam neſcio quæ dicta hinc indè collecta pro
" adagiis haberi voluerunt: in quibus, qui paulò acutiùs cer-
" nunt, nihil tale perſpiciunt. Verùm de hâc ad Eraſmi Centu-
" rias acceſſione tum dicendi locus erit, quum ſecundam ejus
" adagiorum editionem dabo, non ſinè mearum in illius expoſi-
" tiones Animadverſionum locupletatione.

Appendix

Appendix ad Commentarios Græcæ linguæ. " Conform. " Preface à Memm. Car combien qu'il ſemble que l'œuvre de " feu Monſieur Budé ne doive donner moine de crainte à ceus, " qui le voudront achever, qne donnoit à tous les peintre le " tableau, qu'Apelles mourant avoit laiſſé imparfait: [Plin. Hiſtor. lib. 35. cap. 10. Apelles inchoaverat aliam Venerem Cois, ſuperaturus etiam ſuam illam priorem. Invidit mors peractâ parte: nec qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta inventus eſt.] " & ſe puiſſe à mon jugement dire d'iceluy Budé " au regard de ſes commentaires, ce qu'a dit Ciceron des Com-" mentaires de Ceſar (Cicer. edit. 1539. Brut. 142.) c'eſt que " Omnes ſanos à ſcribendo deterruit: " j'ay eſperance neant-" moins de faire cognoiſtre, que telle entrepriſe ne me part " aucunement d'outrecuidance ou preſumption, mais plutoſt " que l'ardent deſir d'avancer l'honneur des lettres Grecques " m'a fait expoſer le mien a tous dangers.

Liber annotationum uberiorum in Thucydidem. *Thucydid.* 1592. *Praef. ad Lector. pag.* 1, 4. *& Thucyd. Lat. in fine Animadv. poſt Indic.*

Libellus Dion. Halic. de Thucydidis idiomatis expoſitus pariter & locupletatus. *Thucyd.* 1592. *Praef. ad lect. p.* 4.

Annotationes in Herodotum, & quorundam locorum emendationes: quandoquidem vetere exemplari video me ante bellorum noſtrorum finem potiri haud poſſe. *Herod.* 1592. *Praef. ad lect. p.* 3.

Libellus Lectionum ex Platone excerptarum, cum annotationibus, emendationibus & (ſi exemplaris cujuſdam fieret copia) inſignium locorum illuſtratione. *Plato.* 1587. *Tom.* 3. *annot. H. Steph. pag.* 79.

Scholia Græca in Theocritum multò emendatiora & auctiora. *Prolegom. Theoc.* 1579.

Omnes leges, non ſolùm quæ apud Oratores Veteres & Demoſthenem ſunt, ſed etiam quæ in aliis omnibus Græcis Authoribus extant, in unum corpus collectæ, & cum aliis recentioribus comparatæ. *Orat. Vet.* 1575. *Epiſtol. pag. penult.* Hujuſmodi opus

Sam.

Sam. Petitus edidit vocatum, Leges Attic. Claud. Morel. 1635.

Interpretatio reliquarum Orationum (nam ſeptem tantùm cum Demoſthenicâ pro Cteſiphonte verterat) Latina cum annotationibus. *Orat. Vet.* 1575. *Epiſtol. pag. ult.*

Scholia in Iſocratem. " Mauſſac. in epiſtol. præfix. Harpo-
" crat. 1614. Eruditiſſimus Henricus Stephanus Iſocratis verba
" ex Harpocrationis & Suidæ fontibus hauſta, quæ in fine edi-
" tionis Aldinæ leguntur, notis & animadverſionibus illuſtrata
" reliquit: quæ res pene nobis perſuaſit meditatum eum fuiſſe
" aliquando in Authoris hujus integrum opus ſcholia edere.

Annotationes in Laertium (quas in editione priore 1570. ad finem uſque non perduxerat, & in ſecundâ 1594 omiſerat) perfectæ & recognitæ. *Diog. Laert.* 1594. *pag.* 8. 9.

Verſus alii, qui Lucæ & Joannis necnon Act. Apoſtolic. κεφάλαια complectuntur, unà cum reliquis ſeorſum editi. *Nov. Teſt. Gr.* ad calcem κεφαλαίων *poſt Præfat.*

Annotationes in varios Nov. Teſtam. locos, quæ in ſuperiori editione (1576) erant, atque aliæ, cum novâ Græc. N. T. concordant. editione. *Ibid.* Hæc quidem prodiit anno 1594. ſed ſinè illis.

Appendix ad N. T. Gr. Lat. concordantias. *Concord.* 1594. *ad Lect.*

Proverbia quædam Eraſmianis addenda. *Adag. Eraſm.* 1558. *H. S. ad lect.* lege priùs p. 240.

Volumen unum varium & multiplex, complectens quæcunque apud omnes Lat. Ling. ſcriptores antiquos, poetas, oratores, hiſtoricos, necnon etiam grammaticos de Græcis Latina facta reperiuntur; eâdem methodo, quâ in Lexico Ciceroniano uſus eſt. *Lexic. Ciceron.* 1557. *ad Lector. p.* 6.

Veteres Latinæ Linguæ interpretes: qui liber Ciceroni, Livii, Plinii, aliorúmque doctiſſ. pariter & elegantiſſimas interpretationes complectetur. *Gloſſar.* 1573. *ad Lector.*

Liber de Latinitate priſcâ. *De Latin. falsò ſuſpect.* 1576. *p.* 367.

De vario Linguæ Latinæ abuſu. *Ibid. Epiſtol. pag.* 3.

De

De ſermonis brevitate. *Dion. Alex.* 1577. *Prolegom. ad Mel. & Solin. p.* 5. ubi lectorem ad eum librum (quaſi prodiiſſet) refert.

Liber, qui complectatur caſtigationes in reliquos Ciceronis libros, quos tunc, dum variis typographicis occupationibus opprimebatur, non potuit colligere; quas enim in promptu habebat, præcipitare coactus eſt. *Caſtig. in Ciceron.* 1557. *pag.* 98.

Schediaſma de delectu in diverſis apud Virgilium lectionibus adhibendo, quod inchoatum reliquit: ſimúlque Virgilius ἑλληνίζων, ἀρχαΐζων, ἰδιάζων ſive νεωτερίζων, διθυραμβίζων, δανειζόμενος & δανείζων, ὀρεϊζόμενος vel γλωττιζόμενος, παροιμιαζόμενος, πολυσχήματος, αὐτεξηγητής: Locis, quos è Græcis vel ἀπαραλλάκτως imitatus eſt, vel aliquid παραλλάττων, locis: adhibitóque, qui nondum adhibitus eſt; delectu, novâ quâdam poetæ noſtri in furando ſolertiâ (quâ velut oculos præſtringit) patefactâ; cujus unum & alterum ſpecimen ibidem addit. *Virgil.* 1583. *epiſt. ad Th. Reding.*

De toto interpretandi genere. *Lexic. Ciceron.* 1557. *ad Lector. pag. ult.*

Annotationes in Tibullum, Propertium, Ovidium. *Caſtig. in Cicer.* 1557. *p.* 14. 57. 109. Notæ in Catullum, Tibullum, Propertium. *Index Biblioth. Barber.*

Horatiana quædam, exercitationis gratiâ, in Græcum ſermonem converſa; è quibus hunc affert verſum; Horat. Epod. 5. Poſt inſepulta membra different lupi. Ἄθαπτα δ' ἔσαι τοῖς λύκοις ἕλωρ μέλη. *Æſchyl.* 1557. *pag.* 379.

Iambi de virtutibus, & iis potiſſimùm, quæ in principibus eſſe potiſſimæ exiſtimantur. *Præfat. ante lib. de Ariſtotel. Ethic. & Hiſtor.*

Appendix ad Proodop. Senec. ubi ipſâ ſcripturâ veteri quàm fideliſſimè poterit repræſentatâ ad venandam ex illius veſtigiis veram omnes hortabitur. *Schediaſm.* 1589. *p.* 31.

Liber de poeticis adminiculis & ornamentis: abi de veteri ſcribendi carminis methodo agetur. *Epigr. Gr. ſelect.* 1570. *Epiſtol. ad Otkon. pag.* 2.

Poetæ,

Poetæ, in quorum potiſſimùm epigrammatis obſervanda artificia viderentur; qualesAntipater uterque,Leonides,Lucillius,Lucianus, Nicarchus, Philippus, Macedonius. *Antholog.* 1566. *ad Lector.*

Henricus quidem in Poeticâ, cui à teneris ſe fuiſſe deditum ſcribit (lege ſuprà p. 198.), multùm ſe exercuit, varia compoſuit de variis rebus carminum genera; Ideóque ſatìs idoneus eſſe potuit hujus Artis magiſter, qui ad illam tyronibus facem præferret. Verùm, ſibi ipſe licèt mirum in modum placuerit, nonnullis tamen & naris certè non obeſæ judicibus inconcinnus & multus fuiſſe viſus eſt. (lege ſupra p. 272.) Mercerius autem (De epigr. p. 236) multa ejus laudat Epigrammata. Πολλοί τοι ναρθηκοφόροι παῦροι δέ τε Βάκχοι. Neque quivis Cyclicus verſuum ſcriptor Poetæ nomen meretur. Multi, qui neſciunt, invitâ Minervâ audent verſus fingere: Imò aliquando Bavius magìs ſibi plaudit quàm Maro. Multi in Poetices ſtudio præcepta dare meliùs norunt, quàm iis uti; cenſorem agere, quàm Poetam. Julius Scaliger eandem in ſuis Poematibus, quàm in Poetice, non adeptus eſt laudem; neque Joſephus ejus filius eandem in Latinis, quàm in Græcis verſibus; quem cum Grotio collatum huic poſtponit Vavaſſor. (De epigr. pag. 205.) Henrici Stephani judicium Julii Scaligeri judicio (lege ſuprà) præfert Renatus Rapinus, cui id contigit, quod pauciſſimis, ut non ſolùm de Poeticâ præcipere, ſed & in eâdem ſpecimina edere optimè calluerit.

Libri de origine mendorum, in authoribus Græcis & Latinis, quos (1557) promiſerat ſe propemodum non ſinè magno ſtudiorum commodo prolaturum. *Caſtigat. in Cicer. p.* 98. 110. 113. *Annot. in Sophoc.* 1568. *p.* 25. *Pſeudocic.* 1577. *p.* 20. 21. ubi habentur hæc: "Nec dubitabit, quiſquis Canteri de ratione emendandi Græcos Authores ſyntagma cum illo Henrici Stephani tractatu contulerit, quin iſtud ad illius exemplum ſcriptum ſit. Quin etiam Franc. Robortellum in diſtribuendâ in claſſes ſuâ diſputatione de arte ſive ratione corrigendi antiquorum libros fuiſſe illo Henrici Stephani tractatu adjutum conſtaret. Ex quibus ferè crediderìs eum tractatum aliquando in lucem prodiiſſe.

De

De Philippo Macedonum rege in Græciam variis artibus olim graſſato, & de Turcogræciæ rege in Germaniæ vicina loca graſſante, ac in ipſam graſſari conante. *Henr. Steph. Orat. duæ.* 1594. *pag.* 203.

De Republicâ Germaniæ: cui Typographicum prelum, duobus foliis excuſis, finem reliquis non potuit imponere; quòd Typographus, qui ad nundinas Francfordienſes properabat, illis ſe retardatum iri viderit. *Ibid.* p. 204.

Encomium artis equeſtris. *Almeloveen.* p. 93.

Le correcteur du mauvais langage François. *Dialog. du Nouv. Lang. Franc. Ital. p.* 114.

De l'ancien Langage François. *Ibid.*

Deſcriptio Hungariæ; unde affert ſequentia carmina. *De Lipſ. Latin.* 1595. *p.* 389.

Terra potens armis lætíſque uberrima glebis,
Frumentis dotata bonis, fluviíſque beata,
Ac dives pecoris, generoſæ vitis abundans,
Et ſuperûm cultu fœlix, fulvóque metallo;
Pannonia antiquis, à poſt'ris Hungara fertur
Europæ ſtabilis Turcâ indignante columna.

Quis tandem, quum hæc recenſeat, quæ tot & tanta in literarum incrementum moliebatur illis, quæ præſtitit, haud minora; non optaverit, ut Henricus noſter, domi potiùs quàm ubique, id eſt, nuſquam habitâſſet; ſeſe continuiſſet ſuæ provinciæ finibus; totúmque illud, quod in rebus alienis aulíſque Principum perdidit, otium in officinâ Typographicâ conſumpſiſſet: Hìc certè minori cum ſumptu majori cum lucro & ſibi & aliis vixiſſet. Si autem per bella Civilia ſuámve Religionem ſteterit, quominus in patriâ moraretur; viro lite-

rato

rato licuit in alio quovis ſolo pedem figere. Roberto patri adeo deſultorium non erat ingenium; Hic enim, quum Pariſiis diutius artem quietè exercere non poſſet, non tanquam erro fugitivus & incerti Laris, modò in hunc modò in illum tranſvolavit locum, ſed Genevam abiit, ubi ſede ſuarum fortunarum fixâ rem ſimul & gloriam reperit: multò igitur licèt pauciores, quàm filius, annos numeraverit, hic tamen plus viæ, ille plus vitæ habuiſſe cenſebitur.

Mors Henrici Stephani virorum cùm literaturâ artíſque typographicæ peritiâ tùm ſummâ dignitate illuſtrium mortes habuit, quæ ipſi præirent & ſuccederent: Obierunt intèr illos [1] Franciſcus Raphelengins anno ſuæ 59° 1597. menſe Julio; [2] Chriſtophorus Plantinus 1598. 1. Jul; eodem anno, [2] Abrahamus Ortelius & Nathan Chytræus; inter hos, [2] Georgius Elector Brandenburgenſis Jan. 8. & Philippus II Rex Hiſpaniarum Septembri.

[3] Henricus paucis ante obitum menſibus ſuum generum Iſaacum Caſaubonum Monſpelii viſitavit, eíque ſuam operam ultro pollicitus eſt, quam circa notarum in Athenæum editionem poſſet præſtare.

[1] Almeloven. p. 126. [2] Calvis. [3] Ex Caſaubon' Epiſt. 155.

1 Is

[1] Is demum, quum patriam oblivifci non poſſet, Lugdunum ſe contulit; ubi anno [2] 1598° ferè ſeptuagenarius, ineunte [3] martio, ([4] opibus atque etiam ingenio deſtitutus in noſocomio) vitæ & tot exantlatis pro republicâ literariâ laboribus finem fecit.

Defunctus Henricus ſibi ſuperſtites reliquit filias [5] Florentiam & Dionyſiam; filium Paulum, qui epitaphium carmen in Patrem ſcriptum biennio pòſt cum Græco-Latinis Nov. Teſt. [6] Concordantiis Joanni Caſtolio apud Britannos miſit.

Parenti dulciſſimæ ac piæ
memoriæ
HENRICO STEPHANO
P. STEPHANUS
Mœſtus poſuit.

Triſtes exequiæ, triſtes mihi funeris horæ
Accipite has lachrymas, & vos narrate Parenti
Poſt illum defunctæ animæ, mea pectora quantus
Mœror agat, quanto turbentur pectora fluctu:

[1] Thuan. Hiſtor. in fine lib. 120. [2] Sic etiam Ricciol. [3] Circa Febr. vel Mart. *Bucholcerus in Indic. Chron.* quod Almeloveenius pag. 115. ſcribit eum deprompſiſſe ex Caſaub. Epiſt. 164. Annus autem ſupra milleſimum quingenteſimum octavus & nonageſimus labebatur, in cujus initio, quantum ex Caſauboni literis video, diem obiit ſupremum. Nam literæ 3. Id. Mart. 1598. Monſpelii datæ ejus mortem referunt. [4] Konig. Biblioth. ex Tollio de Infœl. Liter. pag. 87. [5] De quibus deinceps. [6] ann. 1600. initio Concord.

Quintus

Quantus ad ætherios gemitus pervenerit axes.
Ex oculis ergo, ergo Parens diſcedere noſtris
Te potuiſſe putem? dulcis Pater, optime Patrum,
Extinctum te crediderim lucémque peroſum?
Et Lugdunæo requieſcunt oſſa ſepulchro?
At vivit meus ille meus, me cernit & audit.
Jam mihi reſponde genitor dulciſſime, nam te
Per cineres oro, per amatæ pignora matris,
Fallor, an exſpectem vocis reſponſa ſerenæ?
Eheu chare Pater, verus mihi nuntius ergo
Iverit, & tenues nunc tantum amplectimur umbras.
Accipit hæc, vos ô quæ vertitis omnia Parcæ,
Parcæ lugubres, quæ me privaſtis alumno,
Nulli parcentes Parcæ, Genitoris adempti
En querimur caſum: ſed quem lugemus ademptum
Reddite, Quæ vobis tanta eſt jactura relicto?
Quas ſi non moveo, ſurdas ſi tangimus aures,
Ætheriâ meus ille meus nec veſcitur aurâ,
Sed dulces natos & conjugialia vincla
Deſeruit, vocéſque pias non ampliùs audit:
Quâ potes exaudi Genitor dulciſſime, & hauri
Has oculis lachrymas, Saltem nunc alloquor umbras:
Si mihi nil aliud ſupereſt, Tua dulcis imago
Vivit, & ante oculos ſemper manet aurea noſtros.
Quâ licet amplecti, manes amplector amati,
Oſculor & chari pectúſque oculóſque parentis.
Plangite amicorum turba officioſa, meóque
Condoluiſſe malo veniant ſolatia moeſto.
Vos ſacri vates inſpergite veſtra ſepulchro
Munera, quæ poſſunt cineres placare ſepulti.
Illum non oculis morientem Græcia ſiccis
Cernere ſuſtinuit, ſenſítque ex funere vulnus:
Vos quoque Pierides Latio ingemuiſtis amatæ.
In laudes chari ſed non licet ire parentis.

Exhauſtæ noctes, ſeriéſque immenſa laborum,
Dignus honos tumuli, domino pro abſente loquuntur,
Et ſunt magna ſatis gelido monumenta ſepulchro.

Ex quorum verſuum uno [*Et Lugduneo requieſcunt oſſa ſepulchro*] liquet non eum ſed alium quempiam (Henrici enim plures numerantur) fuiſſe, cujus oſſa in cœmeterio ſacelli S. Benedicti Pariſiis requieſcere teſtis oculatus [1] Almeloveenio narravit & familiariſſimus amicus.

Sæculum hoc ab humani generis redemptione decimum quintum partiti ſunt inter ſe Robertus pater & Henricus filius: Id ſcilicet illius natales inchoaverunt, clauſit hujus obitus: in quibus ([2] quod in Typographis rariſſimum) convenerunt fides & literatura; " In eo enim hominum genere vulgaris ſæpe literatura occurrit cum bonâ fide conjuncta, aut cum magnâ ignorantiâ major conjuncta perfidia. In Roberto tamen utì longè minor ſui oſtentatio neque omnino inferior in re literariâ typographicâve peritia ac induſtria, ità major in agnoſcendo, quicquid opis ab aliis accepiſſet, probitas quædam & ingenuitas ſæpius, quàm in Henrico, apparuit. Ille in Theſauro Latino quot doctorum [3] virorum recenſet nomina, quorum auxilio uſus eſt: Hic in Græco Friderici

[1] Diſſertat. p. 115. [2] Nancel. in Epiſtol. ad F. Morel. 1586. Cal. Apr. datâ. [3] Lege Priùs. p. 41.

derici Sylburgii non meminit, " [1] qui eum adeo " juvit egregiè, ut potiſſima Græci Theſauri pars " ejus labore conſtet. At quia theſaurus ille (qui cum patris Latino collatus poſteriores feret) reliquorum omnium, quæ peregit, operum principatum tenuit, honoris laudiſve, cujus ſemper fuit avidior, [2] ſocium alium noluit præter patrem, quem operis illius inceptorem & magnâ ex parte architectum [3] agnovit. Præterea forſan eum puduit ſe à ſuo diſcipulo adjutum fateri; quanquam præceptori maximæ id gloriæ vertatur, ſi eum inſtituerit diſcipulum, à quo in ſuis ſtudiis auxilium aliquando mutuetur. [3] Antea nihilominus obſervatum eſt ab Henrico eorum, qui ipſi adjutores fuerunt, mentionem factam.

De Henrici fide & integritate nonnulli graviter ſenſerunt; inter quos [4] Bœclerus Politianum ([5] quem infidelitatis Henricus accuſat) tuetur, & è contrario Henricum minùs fidum interpretem pronuntiat. Scaliger in Scaligeranis ([6] ſi modò omnia, quæ in iis continentur, fide digna ſint) hæc habet, " ſi id tam religioſè obſervaſſent importuni iſti " correctores, cujuſmodi habemus Henricum " Stephanum, qui omnes, quotquot edidit editve " libros, etiam meos, ſuo arbitrio jam corrumpit, " & deinceps corrumpet & alios multos, non ha-

[1] Melch. Adam. in Vit. Sylb. [2] lege priùs p. 89. [3] lege priùs paſſim in vitâ H. S. [4] Almeloveen. p. 92. [5] lege priùs. [6] Almelov. p. 95.

" beremus hodie auctores adeo depravatos. Quæ ſi ejus, ut feruntur, ſunt, ignoſcenda putat [1] Janſſonius *ab Almeloveen*, tanquam parum præmeditata, vel ex irâ prolata, nam eleganter quidam de Scaligeris ſcripſit,

Sæpius irarúmque omnes effudit habenas
Et Pater & Natus ——

Ei cenſuræ opponam [2] Joſephi Scaligeri in epiſtolá ad Iſaacum Caſaubonum 46â " magnâ jacturâ " Græcarnm literarum ille (Henr. Steph.) deceſſit, ſi præterita ejus in literas beneficia ſpectes. " Quæ majora fuiſſent, niſi ipſe literis, imò potiùs ſibi defuiſſet. Equidem non poſſum facere, " quin ejus & vivi actus & mortuí vicem ægre faram. Doleo, quòd non præſtitit, quæ potuiſſet; doleo, quòd amicum perdidi. Sed oro te, " ut Typographio unico totius Helleniſmi cuſtodi, " culpâ illius ruenti, veſtra opera aliqua fultura " accedat: Quæ à principio tam exigua eſſe non " poteſt, nt non maximæ ruinæ obſiſtere poſſit. " Quam neceſſe eſt exſpectari, niſi maturè illi oc" curratur. Vidi apud illum egregia exemplaria " ἀνέκδοτα, Sextum Empiricum, & alia. Quæ tuam " ità diligentiam exſpectans, ut hoc nomine à ſo" cero neglecta videantur, ut tibi poſteritas hoc " deberet, quod ab ipſo æquum erat præſtari.

[1] Almeloev. p. 95. [2] p. 96.

At

At verò ſi quis varias ejus lucubrationes tum editas tum edendas, & præſtitas & promiſſas, perfectas & imperfectas, quarum paſſim in vitâ, uti fuit occaſio, mentionem feci; ſi præterea varias ejus occupationes & itinera perpendat; tot potiùs & tanta ab eo præſtari potuiſſe mirabitur; [1] repetétque ſæpiùs epigramma à Joanne Poſthio Archiatro Wirzeburgico in Henr. Stephanum compoſitum.

Et libros facere, & doctos excudere libros,
Longus uterque labor, durus uterque labor.
Huic gemino invigilat pariter tua cura labori,
Henrice. O mirâ ſedulitate virum!

Henrici ingenium (nec enim ejus culpas celabo, ne per earum diſſimulationem ejus laudes in dubium veniant) fuit paulò arrogantius & moroſius, quapropter & omnibus non placuit, & ſibi ſæpe cum viris quibuſdam eruditis rixas concivit. Illius gener Iſ. Caſaubonus in epiſtol. 89. " Optimum, ait, " ſenem noſtrum ſolum ſibi videri ſapere nec " miror, nec ſuam ipſi vel famam vel doctrinam " vel ſapientiam invideo. In ſuis certè ſcriptis frequentiùs ſuæ laudi ſtudet; quod antea ſæpe obſervare libuit, & ipſe in Dialogo *Pſeudo-cicero* dicto teſtatnr, ubi hæc leguntur ipſius de ſe loquentis verba, " Henricus Stephanus Roberti Stephani " filius Orator & Philoſophus. [2] Iſ. Caſaubonus

[1] Almeloov. p. 94. [2] Epiſtol. 16.

ad Ritterſhuſium ſcribens queritur, quòd " etſi
" amiciſſimè & conjunctiſſimè cum ſocero viveret,
" ea tamen hominis eſſet moroſitas, ne diceret
" aliud, ut planè fuerit mirabilis in multis ejus vita.
Idem ad eundem epiſtol. 260. " Non clam me eſt,
" cauſas habuiſſe te aliquas, cur exiſtimationi
" τοῦ νῦν μανέντος faveres minùs; illum impurum,
" qui de magnâ Dei certiſſimâ ſobole, veritate,
" triumphos nunc agit, quid impulit in virum de
" literis optimè olim meritum, & vel parentis Ro-
" berti nomine præcipuò honore dignum hâc im-
" manitate laceraret. Ingenuè fateor; cùm illa
" primùm vidi, vehementer ſum commotus. At-
" que is ego ſum tamen, cui uni optimi ſenis mo-
" roſitas plurimùm obfuerit. Sed præponderabant
" apud me ſemper tot illa & tanta in Remp. li-
" terariam merita: quibus commemorandis nolo
" vel patientiâ tuâ vel otio meo abuti: & ſunt
" omnia tibi, ſi cui alii, probè nota. Omitto pri-
" vatum hoc affinitatis vinculum, quod ſi contem-
" nerem, magno me ſcelere vel judice te impia-
" tum putarem. Idem ad Jacob. Bongarſium epi-
ſtol. 21. ſic. " Camerarii de partibus corporis hu-
" mani vidi nunquam, certè quidem non legi.
" Nam vidiſſe quidem memini in manibus Ste-
" phani (Henrici), ità tamen, ut cùm ille meis
" quotidie libris abuteretur pro ſuis, fas tamen
" mihi tangere, nedum pervolvere, non fuerit.
" Non dubito, quin ex illo blattas ac tineas mi-

" ſellus

" ſellus in librariâ, quam à multis annis non in-
" viſit ſuus dominus, paverit. Et Epiſtol. 40. ad Petrum Pithœum. " Noſter quidem etſi vivens
" valénſque numero pridem hominum certè do-
" ctornm eximi meruit. Ea eſt illius inhumanitas
" &, quod invitus dico, delirium. Qui libros,
" quos habet, veteres, ut Indici Gryphi aurum,
" aliis invidet, ſibi perire ſinit. Sed quid illud ille
" habeat aut non, juxta ſcio cum ignariſſimo. Et Epiſtol. 182. ad Davidem Hœſchelium. " Videar
" malè de te ſentire, ſi te nunc orem, ut de Ste-
" phano quàm honeſtiſſimè loquaris. Scio, quanti
" illum tu feceris, & ſcio, quibus moribus tu ſis.
" Sed movet me improbitas quorundam, quibus
" video propoſitum eſſe, de illo viro detrahere, &
" manes illius violare. Equidem hominis moroſi-
" tatem excuſatum non ibo: poſtrema etiam quæ-
" dam illius ſcripta vellem non ſcripta. At verò
" quis mortalium ſuis nævis caret? Doctiſſ. Janſſonius *ab Almeloveen* ſuſpicatur Iſ. Caſaubonum ea Stephani ſcripta intellexiſſe; quæ vocabantur
" Muſa Monitrix Principum, Rex & Tyrannus,
" Dialogus Philoceltæ & Coronelli. Illud autem moroſitatis vitium habet aliquid excuſationis ab ætate; ſenex enim plerumque eſt " iracundus, dif-
" ficilis, querulus, minorum cenſor & caſtigator. Iſ. Caſaubonus in Epiſtol. 65. ſcribit Laurentio Rhodomanno doctiſſimo & fidiſſimo Diodori Siculi interpreti " injuriam à noſtro ſene fieri ſe auri-

" bus invitiſſimis intellexiſſe ; ſed profectò ità
" eſt ; ſi quis eſt, qui vetus dictum tolleret, δὶς
" παῖδες οἱ γέροντες, is ille fuit. Hoc dicere & ſentire
" malo quàm quicquam gravius.

Malincrotius in diſſert. de Art. Typog. cap. 14. hæc de Henrico habet. " Scripſit varia ac multa,
" ex quibus de ingenio & doctrinâ hominis judi-
" cium fieri poteſt ; potiſſimùm tamen circa Græ-
" cos auctores occupatus fuit, nec temere habuit
" aliquem ex coætaneis ſibi in illius linguæ exactâ
" cognitione præferendum : certè ſuo ſe calculò
" omnibus antepoſuit, è quâ re, & quòd ingenio
" eſſet paulò rixoſiori, mnltæ ipſi cum diverſis &
" moleſtæ progenitæ fuere controverſiæ, intérque
" cæteros cum Joanne Leundavio noſtro, ævi ſui
" & patriæ noſtræ Weſtphalicæ inſigni ornamento,
" Græcis verſionibus, præcipuè Xenophontis &
" Dionis Turcicæque hiſtoriæ editione omnibus
" noto, ſempérque victuro, de Xenophonticâ rei
" equeſtris verſione contentionem habuit publicis
" ſcriptis teſtatam. Vixit variâ fortunâ prædictus
" Stephanus, quam partim tempori partim mori-
" bus acceptam tulit ; qúmque Pariſiis & Gene-
" væ aliquamdiu larem tenuiſſet, tandem per Ger-
" maniam diu vagatus eſt, donec Lugdunum re-
" verſus, quum patriæ obliviſci neſciret, fatis ibi-
" dem concederet anno 1598". Malincrotius que-
" ritur Henricum *Germanicæ nationi parum æquum* fuiſſe.

fuiſſe. Quàm falsò autem eum inſimulet, nemini non conſtabit, ſi legantur, [1] quæ de illâ natione ſcripſerit. Et quid ſi nonnullos ex eâ natione Typographos ineptóſque interpretes traduxerit? Nulla certe ex uno aut altero ad univerſam gentem apud juſtos rerum æſtimatores redundat infamia. Athenis non ſolæ naſcuntur acanthides, ſed & noctuæ. Denique quod ad contentionem inter Henricum Stephanum & Leunclavium attinet, ex lectis utriuſque in Xenophontem notis, tantum abeſt, ut ille de hôc aliquid durius ſcripſiſſe deprehendatur, ut potiùs hunc reliquis Xenophontis interpretibus ſæpe prætulerit. Cauſam certè Lector, vel Stephano (ſi quis ſit) infenſiſſimus, vix inveniet, cur à Leunclavio alterâ quâque ferè paginâ dicteriis probríſque tam acerbè laceretur. Imò neque immeritò in controverſiam vocari poteſt, uter duorum Gallúſne ille an hic Germanus, de Germanis meliùs meritus fuerit; quum hic illum non aliam ob rem laceſſat, quàm quòd in ignaros quoſdam Germaniæ Typographos invehatur. Et quis Germanorum etiam amantiſſimus ſuccenſere temperet iis, qui tam turpem ſuæ patriæ labem intulerant, eámque artem peſſimè ingrati corruperant, quam Germanis acceptam refert orbis literatus.

[1] Nundin. Francof. p. 27. Quum autem Germania tantam librorum copiam ſtudioſis literarum & ingenuarum artium in illâ civitate congregat, novum beneficium veteri addit. Cui beneficio? ut nulla natio in literas poſt partam nobis à Chriſto ſalutem tantum contulerit. De eo enim loquor, quo typographicam artem excogitavit &c. lege & priùs ſæpe in vitâ H. S.

Henricus

[x] Henricus Stephanus non magnum hæredium poſt mortem reliquit, at quantulumque id fuerit, Genevæ fuiſſe referunt verba Caſauboni epiſtol. 164. "Si Genevæ eſſem, eum mittendum tibi "curarem, & faciam fortaſſe, nam illuc mihi ne"ceſſario eundum erit, propter uxoris dotem. Et Epiſtol. 174. "Hæreditas ſoceri viri de literis "quàm optimè olim meriti non erat fortaſſe tan"ti, cujus gratiâ uxorem relinquerem, dum uxo"ria bona proſequor. Hæc hæredii tenuitas ſola cauſa fuit, ob quam Iſaacus Caſaubonus nomine unius MS. Photii (qui à Davide Hœſchelio ann. 1600. editus eſt) jure ſuo ceſſit. Quiu imò hæc bonorum inopia in cauſâ fuit, quare (ait Caſaub. in epiſtol. 190.) "Henricus inteſtatus obierit; "quadrans omnium τῶν ἐκ μεγίστης πότε περιουσίας ἔτι ὑπο"λειπόντων ad uxorem pertinuit. [ex quo conſtat Henrico uxorem ſecundam fuiſſe ſuperſtitem] "Ego veneratione domûs Stephanicæ motus reni"tentibus omni ope atque operâ cohæredibus effe"ci, ut omnes manu exaratos codices Paulus Ste"phanus præciperet. Gaudebam in eâ domo, quæ "literis aliquando tantùm profuiſſet, remanere in"ſtrumenta bene merendi de iis, qui publicam rei"publicæ literariæ utilitatem procurarent. Cœterùm Stephan. Biblioth. (Caſaub. epiſtol. 192.) quamvis pancæ fuerint reliquiæ, non erant tamen

[x] Almelov. p. 115. 117. 99.

contemnendæ.

contemnendæ. Has etiam longo poſt ſoceri obitum tempore nondum viderat Iſ. Caſaubonus, qui (epiſtol. 176. Joſepho Scaligero ſic ſcribit: " volo tamen ſcias nondum mihil viſam τῦ μακαρίτυ Stephani Bibliothecam, non dico ab ejus " obitu: ſed omnino inviſam eſſe eam nobis. Tanta fuit in optimo ſene ἀναρμοςία τῶν τρόπων. Et epiſtol. 181. " Genevam neceſſariò excucurri: " multa me illuc vocabant, ſed nihil æquè ac ſpes " videndi Bibliothecæ reliquias; etſi pars magna " illius periit non uno modo, reperi tamen in iis, " quæ ſuperſunt, multa eximia καὶ τῶν ἐκ ἐυπορίςων. Et epiſtol. 182. " Genevam tandem veni, &, quem " petis, librum, amiciſſime Hœſcheli, vix quidem, ſed tandem inveni. Duo ſunt grandia " ἱκανῶς volumina magnam partem manu τῦ μακαρίτυ Henrici Stephani ſcripta. Egi cum Paulo " Stephano fratre, ut ea curaret ad te perferenda, " neque dubito facturum---Quantus ille vir fuerit " in literis, ſi neſciebam ante, potui affatim diſcere ex iis, quæ reperta ſunt mihi in Bibliothecâ καὶ φιλομαθείας καὶ πολυμαθείας propè incredibilia " monumenta.

Henricum Stephanum ſequenti elogio ornavit Scævola Sammarthanus.

NEC minori poſtea laudis argumento Henricus filius Græcarum literarum amantes eodem officii genere ſibi devinxit. Sed & veterum innumera, tum ſacrorum, tum exterorum volumina

mina ex celeberrimis eorum officinis exiêre multò quàm priùs emendatiora, multò venuſtioribus formis excuſa: cum uterque ad inſignem induſtriam & indefeſſum artis egregiæ ſtudium non vulgarem in omni literarum genere doctrinam feliciter adhiberet. Henricus certè mirificam de ſe jam tum excitavit famam, cùm adoleſcens ex Italiâ reverſus, [a] Anacreontem, qui tot annos latuerat, vetuſtis notis in libro exaratum ſecum attulit, móxque Lutetiæ typis Regiis eleganter impreſſum, paribúſque numeris Latinè à ſe redditum & quidem erudito ſæculo nec à poeticis hilaritatibus alieno, eduxit primus è latebris & evulgavit. Erat in eo viro ſumma ingenii fœcunditas, & ſive Græcè ſive Latinè ſcriberet, utriuſque linguæ uſus & facultas omnium paratiſſima: cúmque pati non poſſet in eo Gallos errore diutius verſari, ut patrio ſermoni Etruſcum anteponendum crederent, nonnulla interdum Gallicè ſcriptitabat multò ſale reſperſa opuſcula, quibus & noſtræ linguæ prædicaret præſtantiam, & ſuâ ipſe in ſcribendo puritate ac elegantiâ comprobaret. Sed graviora fuerunt ea, quæ in multis utriuſque linguæ ſcriptoribus recenſendis, & in quorundam imitatione rectè commodéque inſtituendâ ſubinde molitus eſt, Habebat fortunarum ſedem apud Allobrogas voluntarium patris exilium ſecutus, non obſcuro tamen Lutetiæ deſiderio, quam & cæteras item Galliæ urbes, ut ſe quamlibet levis offerebat occaſio, non illibenter inviſebat. Ac poſtremò Lugduni, quo ſe quoque ſeptuagenarius contulerat, fatali morbo correptus, anno ſupra ſeſquimilleſimum duodecenteſimo, de vitâ deceſſit; cum & Robertum patrem & patri cognominem fratrem natu minorem, nec induſtriâ diſparem, qui Lute-

[a] Videtur tamen canere Palinodiam, quaſi eum Anacreontis editi pœnituerit; cum Pſalmis Davidis Anacreonticè à ſe verſis hoc in fronte præmiſerit odarium.

Anacreontis olim
Modos dedi jocoſos,
Ancreonticam nunc,
Sed nil Anacreontis
Dabo lyram ſonantem.
Sic æmulabor haſtam,
Quæ vulnus inferebat,
Addebat & medelam.
Quos ſauciavit olim
Nervis chelys profanis,
Sanabit illa nervis
Aptata Chriſtianis.

tiæ

tiæ paternam officinam redintegraverat, fata jampridem eripuiſſent. Reliquit moriens aliquot liberos, atque in iis Paulum domeſticæ laudis æmulum & filiam Iſaaco Caſaubono viro longè doctiſſimo, Lutetiámque à Rege ad meliores literas inſtaurandas nuper aſcito collocatam.

PAULI MELISSI Carmina ad Henricum Stephanum ex ipſius poematis excerpta. Paris. 1586.

Ad Henricum Stephanum.

QUis credidiſſet, me Stephane, tria
Poſt luſtra, & annorum orbiculos duûm
Fore, ut relictis heu paternis
Sedibus, ingenuíſque amicis,
Celtarum in oras longam iterum viam
Molirer hoſpes, nec regionibus
Contentus unis? Credo ſanê,
Me mea fata trahunt, trahantque
De hinc neceſſe eſt. Pegaſus aliger,
Natalis horæ perpetuus comes,
Ultro peregrinos vagantem
Quærere ſollicitat receſſus.
Fruſtra ſodales o animæ integræ,
Fruſtra Napæarum agmina Noricum
Tentaſtis argutâ loquelâ
Me retinere penes Penates
Hortoſque veſtros. Ipſa Lutetia,
Quâ nulla magno clarior urbs viget
In orbe (veſtrâ pace dictum
Sit Veneti, veniâque Romæ)
Illa ipſa, doctorum hoſpitium virûm,
Suopte nutu plus potuit trahax,

Quàm

Quàm verba promiſſis referta
Grandibus, illiciumve Pluti,
Rerum potentis. Fallor, an inſitam
Natura vim per ſe facile exerit,
Et pectore innatos in ipſo
Haud patitur ſine fine certò
Latere motûs? Scilicet incitant
Ad hos vel illos aſtra virum impetûs
Et ſponte agentem ſponte ducunt.
Ut volupe eſt mihi tecum amicos
Henrice, purgatæ ô decus Hellados,
Tuæque fulgens gloria Galliæ,
Miſcere ſermones, loquique
De Latiæ ſtudiis Minervæ.
[1] Ut lætor, ingens Noctibus Atticis
Ex Carrionis lampade, & ex tuâ
Acceſſe lumen, vividâque
Tot tenebras face diſpuliſſe!
Sic plena quondam cornua Cynthiæ
Caligine atrâ merſa, graviſſimo
Telluris objectu, receptant
Sole avidam irradiante lucem.
Macte eſto, Gelli, macte agedum novo
Splendore. Nox quòd Noctibus en tuis
Dempta eſt; lucernæ Carrionis
Pervigili Stephanoque debes.

Ad Eundem.

SIquis apud Graios olim vetereſque Latinos
Sive foris bello, ſeu quoque pace domi,
Aut patriam ſervârat, item ſuperaverat hoſtem,
Strenuus aut dignum laude patrarat opus;

[1] His verſibus occaſionem dedit Aul. Gellius ab H. Stephano 1585 editus.

Ille

Ille ſuæ pretium virtutis ab urbe coronam,
Vel celebri meruit ſigna locanda foro.
Nunc quia Barbariæ tot plurave tempore noſtro
Monſtra ſubegiſtis tu genitorque tuus;
Quàm vel magnanimus victrice coercita quondam
Scribitur Alcides perdomuiſſe manu;
Quæ tibi, quæve tuo debentur præmia patri?
Quæ ſtatui vobis marmora digna queunt?
Sint data, quæ Latii, quæcumque dediſtis Achivi,
Digna tamen Stephanis haud potuere dari.

Ad Eundem.

[1] VErtimus è florum Græcis epigrammata libris,
Cenſuram Stephani juſſa ſubire mei.
Si mentem, ſi verba minus, quàm mente ferebam,
Expreſſi dextrê; mens mihi verba dedit:
Adde quod inſolitis hæc curritur area mannis:
Errato venia eſt danda benigna meo.
Tangitur haud ſemper certâ ſcopus ipſe ſagittâ,
Fruſtrat & Eleos meta curulis equos.

Ad Eundem.

URbs Atticorum olim velut
Hellas vocata eſt Helladis,
Orbiſque Roma totius
Quoddam quaſi compendium:
Formoſa ceu Neapolis,
Henrice, jampridem tibi
Italia dicta eſt Italiæ:
Ut Galliæ nunc Gallia
Dici poteſt Lutetia:
Non Francofurtum nundinas
Propter frequentes nominem
Germaniam Germaniæ?

De Roberto P. & Henrico F. Stephanis.

SUaſerat Herculeos Stephanum penſare labores
Phœbus, Apollineo non renuente choro:
Lis oritur Graias inter Muſaſque Latinas:
Natus utrum palmâ dignior, anne parens!

[1] Anno 1570 H. S. excudit ſelecta epigrammata Gr. quorum multa à P. Meliſſo verſa: in cujus libelli calce illud Meliſſi epigramma legitur.

His

His Pallas: Tantum debetis utrique, Camœnæ,
Quàm multum nato Græcia, Roma patri.

Ad Henricum Stephanum Hemicraniâ laborantem.

ÆThere ceu Juno, pelago Venus, igne Cupido;
Sic Jovis è cerebro nata Minerva Dea eſt.
Hinc favet ingeniis hominum, ſeſeque fovendam
Inſinuat miro ſenſibus ipſa modo.
Præcipuê vero, ſolers Henrice, quietem
In gremio cerebri Dædala nacta tui
Innumeros iſthic, quaſi mater, ut ederet ortûs,
Dia propagavit ſemina mente ſuâ.
Parturit at quoties, tibi quòd caput ægide & haſtâ
Icit, eoque gravem fert dolor iſte crucem;
Parce queri. fætûſne putas ſine nixibus ullos.
Aut ſine prægrandi poſſe labore geni?
Jupiter a natâ paſſus quod Pallade quondam,
Palladis à natis, fac, patiaris idem.

Ad H. Stephanum. De diſticho quodam Græco ab ipſo plus trecenties verſo.

AUt amet, aut ſtudiis vacet, aut ægrotet oportet
Pallidus. his unus ſis tribus ecce macer.
Nec ſterilis macies ita, non arteria ſicca eſt,
Quin fœcunda tibi carmine vena fluat.
Si, calor in cauſâ Stephane eſt, ut aduſque trecentos
Fundendi numeros ferveat iſtud opus,
Currere ſeu venam magis incitat algida febris:
Febre paroxyſmi ſint tibi ſæpe, roga.
Morbus at hic (credas) non plus fervorque miniſtrat,
Quàm quis ab arenti pumice preſſet aquam.
Theſpias una ſui memor & bona Cypris amantis,
Utraque Diva tuam commiſerata vicem,

Tam

Tam largas geminis hauſere è fontibus undas;
  Theſpias Aonio, Cypris Acidalio;
Queis febris immodicum tibi reſtinxere calorem,
  Non venâ verſus uberiore fluant?

Si pater Ænéæ (donari pubere vitâ
  Dum petit, aut ſenium poſſe placere Deæ)
Te foret uſus apud Paphiam facunde patrono,
  Sæpius hæc eadem totque rogante modis:
Non modò non Phrygio tam juſta petita negaſſet,
  Flexanimâ Pithûs heic proce victa tuæ;
Ipſe tiam voti fructu poterere cupito,
  Flavas ambroſio ſparſus odore comas.
Præmia poſcenti quin & dixiſſet opinor;
  Do, tua canitie longa ſenecta vacet.

Ad Venerem toties variatis verſibus iiſdem
  Bina quòd Iliaco pro ſene vota facis;
Ecquis Acidaliam non clam tibi credat amari,
  Quandoquidem redamet te Venus ipſa palam?
Utrumcumque neges Henrice, fatentur apertê
  Perdere te cauſam diſticha pulchra tuam.
Nam ſua quum deceat reverenter utrumque Venuſtas,
  Tu Venere es dignus, te quoque digna Venus.

Quo meliùs hæc carmina intelligantur, viſum eſt hìc apponere Græcum Agathiæ epigramma.

Σὸς πόσις Ἀγχίσης, τοῦ εἵνεκα πολλάκι Κύπρι
  Τοπεῖν ἐς Ἰδαίην ἔτρεχες ἠϊόνα,
Νῦν μόλις εὗρε μέλαιναν ἀπὸ κροτάφων τρίχα κόψαι.
  Θῆκε δέ σοι προτέρης λείψανον ἡλικίης.
Ἀλλὰ Θεὰ (δύνασαι γὰρ) ἢ ἡβητῆρά με τεῦξον,
  Ἢ καὶ τὴν πολιὴν ὡς νεότητα δέχου.

Diſtichum poſtremum plùs trecenties ab Henrico verſum ſcribit Meliſſus; Non tamen 105 verſionibus pulres reperio excuſas in epigr. ſelect. 1570.

In ſuperioribus Meliſſi carminibus obſervabit lector, ſyllabam ante encliticas *que*, *ve* non acui, adverbia in *e* longum circumflecti; quia eo notationis modo in ſuà poematum editione uſus eſt Meliſſus, [1] eundemque Henrico Stephano commendaverit.

Nonnulla, quæ ad H. Stephanum & Patrem Robertum &c. ſpectant, ex Scaligeranis collecta.

Meſſer Angelo quem vidi, & quem Franciſcus Primus advocaverat, docuerat H. Stephanum, qui bene ſcribebat, & tam bene quàm præceptor, qui cudit illos præſtantes characteres Regios.

Aldus a infiniment imprimé d'Auteurs Grecs, & cependant étoi pauvre. Ce que Henry Eſtienne à imprimé apres Alde étoit meilleur.

Catechiſmum Tremellius vertit Hebraïcè quàm optimè, ut Judæis mitteretur: quem admodum Græcè Sylburgius Palatinum; & H. Stephanus Genevenſem optimè Græcé. Solus gener ejus poteſt judicare de bonitate libri iſtius. Uterque Catechiſmus miſſus eſt Conſtantinopolim in gratiam Græcorum ad Patriarcham.

H. Eſtienne. c'eſt ignorance grande de médire de Henry Eſtienne, qui à tant ſervi auz lettres. Mr. Caſaubon meſme reconnoit ſa ruſticité, mais de le meſpriſer pour cela dans les lettres, quid hoc ad rem? Ritterſhuſius en ayant meſdit n'eſt pas aimé de Caſaubon. H. Eſtienne ne voulut point voir ſa fille femme de Caſaubon. Il n'aymoit point ſon gendre. Que H. Eſtienne eſtoit ſcavant en Grec. les notes ſur les Auteurs, qu'il à fait imprimer, le montrent bien. Curavit excudi quiqcuid habuit MS. Je voudrois ſçavoir qu'eſt devenu ſon Sextus Empiricus. l'en

[1] Lege priùs epiſt. Meliſſ. ad H. S.

ſi

ſis mon extraict. H. Stephanus non ſolus fecit Theſaurum. Plusieurs y ont mis la main. R. Eſtienne n'eſtoit pas fou: Mais ſon frere H. Eſtienne ſtultus etiam ex matre. Il eſtoit fou, ie me courroucois touſjours contre luy, & poſtea me tractabat valde lauté. Semel erat paratus apoſtatare. Volebat manere Pariſiis. Erat veſtitus à la Pariſienne, avec des bandes de velours pendantes. Rogavit Regem, ut liceret ſibi excedere Genevâ, & procuraret infringi teſtamentum patris Roberti, quo dederat ſua bona filio H. Stephano eâ lege, ut maneret Genevæ. Rex non obtinuit, quia Genevenſes voluerunt ſervare leges ſuas, nec Rex in malam partem cepit. H. Eſtienne avoit de beaux livres. Il faiſoit relier le grand Ciceron en un volume.

Leunclavius eſt le meilleur, qui ait eſcrit des Turcs. Fuit Weſtphalus, ſed non Barbarus: bene intellexit Græca Conſtantinopolitana & inferioris ævi: omnia ejus ſcripta ſunt utilia, imò neceſſaria: Græca Juris-conſultorum intellexit, Sed Authorum veterum non intellexit, ut H. Stephanus, qui paulò ante obitum multa ſcripſit ad me contra Leunclavii editionem Xenophontis.

Roaldus, H. Eſtienne, M. du Pleſſis eſcrivoient bien, quando volebant; feſtinantes, peſſimè. Quò ſeniores ſumus, eò pejus ſcribimus.

Sylburgius à travaillé au Threſor Grec d' Henry Eſtienne.

[1] Teſtament Grec de R. Eſtienne ſe vendit 22 ſols, lors qu'il fut imprimé.

Franciſcus Junius & Theodorus Marſilius diverſâ viâ eundem finem ſunt conſecuti, ignorantiam. Hic omnia legendo, ille nihil: cum tamen doctiſſimum ſe exiſtimaret, doctiorem etiam in Græcis Caſaubono & Stephano, quos nihili faciebat.

Beza adversùs Lyzetum, qui erat infenſiſſimus noſtris, [2] ſcripſit Paſſavantium.

[3] Carrion, Giſanius, Boulenger, grands larrons, plagiarii. Ce larron de Carrio m'a eſcrit une lettre, par laquelle il me confeſſe le larcin, qu'il avoit fait en deſchirant quelques cahiers du

[1] Lege priùs p. 74. [2] De quo priùs in Vit. H. S.

Gellius de mon pere. Lipſius l'appelle Stellio. Carrio cepit è Gellio folium, in quo correxeram verſus Menandri.

Q. Sept. Flor. Chriſtianus avoit apris à eſcrire en Grec d'Henry Eſtienne, & eſcrivoit fort bien, tout comme ſon maiſtre en Grec, en Latin & en François.

Conſtantini Dictionarium non valet. Stephani optimum.

La Caille l'Hiſtoire de l'Imprimerie.

Henry Eſtienne ſieur de Griere, ſecond fils de Robert premier, eſtoit tres docte & paſſoit pour le plus habile de ſon temps en la langue Grecque. Il imprima Anacreon 1554. 4° &c. Nov. Teſtam. 1561. fol. &c. Platonis opera. 3 Vol. 1578. fol. Cette editione eſt fort eſtimée tant pour les notes que pour la beauté de l'impreſſion.——Il imprima pluſieurs Ouvrages à la premiere page deſquels il mettoit *Henr. Stephanus Fuggeri typographus.* parce qu'il en recevoit une penſion en conſideration des beaux ouvrages, qu'il imprimoit tant Grecs que Latins. *Theſaurus Gr cum Gloſſario.* 5. Vol. fol. 1572. livre excellent & d'un travail incomparable & tres penible, dont ſon valet Jean Scapula print une bonne partie, & en compoſa ſon Lexicon, ce qui fit un grand tort à ce grand ouvrage.——

——L'on peut dire, que cet H. Eſtienne à été celuy de toute ſa famille, qui s'eſt rendu le plus recommendable par ſon ſcavoir. Il s'acquit auſſy tant de reputation en donnant au public les [1] Odes d'Anacreon, qui avoient eſté ſi long temps cachées, dont il apporta le Manuſcrit d'Italie, y ajoutans une verſion Latine de meſme meſure, que ceux de ce fameux poete.—Il fut brulé en effigie à cauſe de ſon [2] Apologie d'Herodote.——Sa fin

[1] Henry Eſtienne avoit mis en vers François les mêmes Odes, qu'il à rendües Latines —— Mais je n'ay veu que les Latines.— *M. de Longepierre. preface aux œuvres d'Anacreon & de Sappho en vers François.* Lege etiam priùs p. 219. [2] *Almeloveen.* p. 85. ex *la Croix du Maine.* l'Autheur ſe plaind ailleurs, tant de ceux qui depuis la premiere impreſſion ont brouillé ce livre par les choſes, qu'ils y ont inſerées; qu'auſſi de ceux qui liſent la les hiſtoires choiſies par luy pour ſervir de teſmoignage à ſon propos, ſans les rapporter à leur but, qui eſt l'Apologie ou defenſe d'Herodote.

ne

ne fut pas moins deplorable, eſtant mort dans l'hoſpital de Lyon en 1598. agé de 70 ans apres pluſieurs voyages, la perte de ſon bien, & celle de ſon eſprit.---

———Il laiſſa un fils nommé Paul Eſtienne, ſcavant es Langues, qui alla s'etablir à Geneve à cauſe de la Religion ; & deux filles, l'une nommée Florence mariée à Caſaubon, qui avoit eſté ſon correctetur, & l'autre nommé Deniſe.

Chevillier. l'Origine de l'imprimerie de Paris.p.259.

———Et combien Henry fils de Robert n'a-t-il point de rares impreſſions? Anacreon. 4. 1554. Æſchylus 4. 1557. Diodorus fol. 1559. ſont des premieres. Il continua dans les années ſuivantes par toutes celles qui ſont gardées ſi curieuſement dans les Bibliotheques. C'etoit un des plus habiles hommes de ſon temps en Grec. Son Treſor. 1572. & les deux anciens Gloſſaires en 1573. ſont des ouvrages d'une profonde erudition.

Eloges des Hommes Sçavans par Mr. Teiſſier. Tom. 2. pag. 292.

Ex Scaligeran. H. Eſtienne faiſoit paroitre autant de dereglement en ſes mœurs, que d'erudition dans ſes ecrits. Il etoit arrogant, chagrin, ruſtique, & de ſi mauvaiſe humeur, qu'il avoit de l'averſion & pour ſa fille & pour le docte Caſaubon ſon gendre. Il à fait un livre, *de Latinitate Lipſianâ*, où il ne parle que de la guerre contre les Turcs, ce qui fût trouvé ſi ridicule, qu'on allongea plaiſamment ce titre de deux mots, *de Latinitate Lipſianâ adverſùs Turcam.*

Quelques uns trouvent ſes Traductions infideles & negligées. Mais le docte Mr. Huet (*De claris Interp.*) aſſure qu'H. Eſtienne s'eſt acquis beaucoup de loüange par cette ſorte de compoſition, & dit qu'il rend les paroles de ſes Auteurs avec une extreme exactitude & le ſens avec une fidelité admirable, qu'il exprime heureuſement leur Caractére,& qu'il en explique les penſées avec

beaucoup de clarté & d'elegance. —— La Croix du Maine dit qu'il à été plus fidele dans ſes Traductions Françoiſes, que dans les Latines.

Teiſſier. Tom. 3. p. 418. Henri Eſtienne à été ſans contredit, non ſeulement le plus ſcavant de ſa docte famille, mais encore de tous les imprimeurs, qui ont paru juſqu'à preſent. Il paſſoit pour le plus habile de ſon tems dans la langue Grecque depuis la mort de Bude. Il n'y avoit que Turnebe, & peut être Camerarius, Florent Chretien, qui puſſent luy tenir tête en ce point——Suivant la coutume de ceux de ſe Profeſſion, il avoit entrepris de mettre ſous la preſſe un trop grand nombre d'ouvrages, & y avoit fait des depenſes, qui étoient au deſſus de ſes facultez. Ainſi n'ayant pû debiter promptement les livres, qu'il avoit imprimez, ſes heritiers furent dans l'impuiſſance de ſatisfaire à ſes creanciers, & ils furent obligez de vendre ſes livres à vil prix.——On eſtime fort ſon Platon de Serran tant pour notes que pour la beauté de l'impreſſion. Caſaubon avoit eté correcteur de ſon Imprimerie ——Deux de ſes livres ne peuvent étre aſſez eſtimez ſuivant Mr. de Marville. (*Melan. d'hiſt. & de litt. T.* 2.) L'un eſt intitulé *Caſtigationes in Ciceronis locos quàm plurimos*, & l'autre traite *de Origine mendorum*. Comme ces livres ſont rares, ils meriteroient d'être reimprimez. Louis Capel s'eſt ſervi utilement de ce dernier dans ſa critique ſacrée. C'eſt un ouvrage, qui eſt tres agreable aux Sçavans, tres utile à ceux qui pretendant le devenir commencent à lire les bons Auteurs. Cependant Mr. Burcard Gotthelfius Struvius (*Introd. ad Not. rei litter.*) pretend, que le livre *de origine mendorum* n'a pas été imprimé.--Waremond de Erenberg cité par Crenius dit que H. Eſtienne étoit un homme de petit jugement, quoy qu'il eut quelque talent pour ecrire, que d'ailleurs il étoit un ingrat, car oubliant les bienfaits qu'il avoit receus des Allemans, il avoit voulu faire accroire, qu'en Allemagne, de même qu'en Flandres, on mettoit ſous la table autant de pots à piſſer, que de verres, ce qui eſt une calomnie manifeſte. Avant Henri Eſtienne on avoit peine à trouver des livres Grecs. Le Pere Vavaſſeur

temoigne

temoigne étre ſurpris de ce que H. Eſtienne à rendu le dernier diſtique d'une epigramme Greque par 50 diſtiques Latins tout differens. Ce Jeſuite ne ſçavoit pas ſans doute, que le méme H. Eſtienne dans un choix d'epigrammes Greques imprimé en 1570 à rendu le méme diſtique par 104 diſtiques Latins. Sa preface ſur le N. T. Grec 1576. en 12. eſt excellente, ſuivant Mr. Crenius. Cependant elle à eté omiſe dant toutes les autres editions, horſmis dans celle de Baudouin Valæus, à Leyde en 1653. ou méme elle n'eſt pas toute entiere. On pretend que H.Eſtienne à publié comme ſiennes les Obſervations de Louïs Carrion ſur A. Gelle. H. Eſtienne fit un Traité de quelques *Courtiſaniſmes* modernes, & ſingularitéz *Courtiſaneſques* imprimé à Geneve 1579. in 8. Il y à eu un autre ſçavant homme nommé Henri Eſtienne natif de Breſlau, qui etoit un celebre Juriſconſulte.

Ex Pithœan. Les Fuggers donnoient 50 eſcus de gage à H.Eſtienne pour ſe dire leur imprimeur.

VITA
Roberti Stephani Secundi.

ROBertus Stephanus ſecundus fuit [1] Roberti primi filius, [2] Henrici ſecundi & [3] Franciſci ſecundi frater; Henrico fratre natu [4] minórne an [5] major, incertum; illi certè non induſtriâ, ſed ſolâ Relligione diſpar. [6] A patris Roberti hæreditate omnino excluſus eſt, quòd nollet ab eccleſiâ Romanâ deſciſcere: ideóque ei delatum eſt poſt patris obitum Regii Typographi munus, quod ſummâ cum laude pro facultatibus exercuit. Paternam officinam Lutetiæ redintegravit anno 1556. Gulielmi Morelii in Anacreonte cum Henrici fratris obſervationibus necnon metricâ ejuſdem & Heliæ Andreæ verſione excudendo ſocius. Eodem anno, inter alia, Idyllia Græcorum bucolicorum aliquot ab Henrico fratre Latinè verſa excudit; & nonnulla Dionyſii Halicarnaſſei opuſcula ab Ilovio

[1] Præfat. N. T. Gr. 1569. [2] Buchan. Pſalm. 1566. [3] La Croix du Maine. [4] Almelov. pag. 38. [5] Treſ. Chron. & Hiſtor. de Dom. Pier. de S. Romuald. *Robert le frere aiſné* ——— At in titulo Pſalm. Buchan. 1566. Henrici Nomen præponitur. *apud Henricum Stephanum & ejus fratrem Robertum Stephanum Typographum Regium.* [6] Lege priùs p. 89.

nunc

nunc primùm Latinitate donata ; [1] quæ eadem ab ipſius fratre magno ſtudio conquiſita & à patruo Carolo Græcè in lucem edita tanquam non edita erant, niſi hâc ratione innoteſcerent. Anno [2] 1563, Typographi Regii titulo inſignitus, Eligii cujuſdam Gibier operâ excuſoriâ uſus eſt. Illius character erat adeo nitidus, ut viri ex variis gentibus literarii ſua opera ei edenda commiſerint, Ptochotrophen Carnutenſem Vincentius Lupanus, Querolum Petrus Daniel, Galli ; ſua in Varronem conjectanea Joſephus Scaliger ; Poemata Georgius Buchananus Scotus ; ſuos de Linguâ Græcâ Anglicâque libellos Thomas Smith, eques Anglus. Inter Danielem & Buchananum magna interceſſit familiaritas, & hic illius Querolum epigrammate Latino ornavit. Poetica Pſalmorum Pamphraſis, quâ Buchananus inter coævos ſibi poetas palmam tulit, viſa eſt digna, in quâ imprimendâ ambo fratres Henricus & Robertus ſuos nervos, non ſemel, ſed editione repetitâ, alterâ minore formâ, alterâ majore, intenderent. Minor forma anno 1566 prodiit ; major anni charactere deſtituta illi (niſi fallor) non pluribus, quàm binis tribúſve annis potuit præire, nam Henricus anno [3] 1562 eam promiſit. Hæc non fuit anno 1566, ac ergo non illâ poſterior ; nam anno [4] 1566 Georg. Buchananus Petro

[1] Lege Præfat. R. Steph. ante Dionys. Opuſc. 1556. [2] Edict de Charl. IX. ſur la pacification &c. 1563. [3] Præfat. ante Cathol. Expoſ. Pſalm. [4] Præfat. Pſalm. Buchan. M. P. 1566. Edimburgi data.

Danieli

Danieli ſcripſit "ſe in Pſalterio multa typogra-"phorum errata correxiſſe, quædam etiam ſua "non pauca mutaviſſe, rogavítque eum, cum "Stephano agat, ne ſe inconſulto id operis ite-"rum emittat." [1] Errata autem, quæ in duabus tam hâc certi quàm illâ incerti anni editionibus occurrunt, in aliâ anni 1575 emendantur. Robertus Stephanus plurimas ex Paternis librorum editiones renovavit, quales Diſtichorum moralium, Alphabeti Græci, Gallicæ Grammatices, Bibliorum Latinorum; Novíque in minori volumine Teſtamenti à multis quotidie deſiderati, additis ad priores paternas editiones variis antiquorum exemplarium lectionibus, & ſummariis cujuſque ſectionis per literas in margine poſitas notatæ. Regias multas declarationes, literas, & edicta (quod Regii erat typographi munus) typis mandavit. Illum titulum raró omiſit in librorum fronte; [3] plurimis ad calcem menſis & diei notam adjecit. Symbolum adhibuit, [4] aliquando nullum; paternum plerumque, olivam ſcilicet cum viri icone ac inſcriptione *noli altum ſapere*, ſæpe etiam, [5] *noli altum ſapere, ſed time*: [6] Nonnunquam (qui mos quoque patri erat) editionis fronti Regium nempe Thyrſum, fini paternum ſive Olivam appinxit.

[1] Hymn. in Chriſt. *Et par parenti optimo.* ſed ann. 1575. & 1580. *Et par parenti maximo.* [2] Buchan. Pſalm. 1575. Oeuvres de Ph. des Portes. 1575. [3] Lege Indic. libr. [4] Edit ſur la pacification. 1563. [5] Tumbeau de la Royne d'Eſpagne 1569. [6] N. T. Gr. 1569.

Qualis

Qualis fuerit Gallicè Latinè & Græcè poeta, æſtimet quivis ex iis, quæ in [1] Remigium Bellaqueum anno 1577. & [2] Chriſtoph. Thuanum anno 1582. Cal. Nov. ſuæ vitæ 74 defunctum, & [3] Renatum Biragum Cardinalem Franciæque Cancellarium compoſuit, carminibus; quæ tum ut lector ſub manu habeat, quod aliàs non eſſet ei ità obvium, tum quia ea pauca & forſan ex omnibus ejus operibus ſola lucem aſpexerunt, hìc ſubjicere viſum eſt.

In Rem. Bellæi obitum Jo. Paſſeratius.

Quid noſtro inferias, quid inania buſta paramus
  Bellæo? hæc campis ridet ab Elyſiis.
Ipſe ſibi ſuprema tulit, ſtruxitque poetæ
  E gemmis tumulum gemmea Muſa ſuo.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἴσχεο πενθόμενος τεῦ ἐγὼ τάφος· ἄλλο γὰρ οὐδὲν
  Πλὴν ὀστῶν κατέχω, οὐρανὸς αὐτὸν ἔχει.

Εἰς τὸν αὐτὸν, ἐκ τοῦ ΠΑΣΣΕΡΑΤΙΟΥ.

Ἡμετέρῳ τάφον ἐντύνειν τί ματαιοπονοῦμεν
  ΒΕΛΛΑΙΩι; τάδε νῦν οὐρανόθεν γελάᾳ.
Αὐτὸς οἱ αὐτῷ ἐτυμβοδόμει, χρυσῆ τε ποιητῇ
  Μοῦσα ἐριτίμοις τύμβον ἔδειμε λίθοις.

ΡΩΒ. ΣΤΕΦΑΝΟΥ.

[1] Tumulus Bellaquei M. P. 1577. [2] Tumul. Thuan. M. P. 1583. [3] Tumulus Biragi. F. Morel. 1584.

In

In Chr. Thanum.

PAſſant, quiconque ſois, ne va point plus auant,
Tu pourras de ce lieu t'en retourner ſçauant,
Ayant cogneu celuy qui giſt en ceſte biere :
Tu verras que l'honneur, les moyens, le ſçauoir,
Et toutes les vertus que quelqu'vn puiſſe auoir,
Ne ſçauroyent retarder l'ordonnance derniere.
Mais pour connoiſtre mieux quel eſtoit ſon renom,
Il ſuffit que tu ſois informé de ſon nom,
C'eſt Chriſtophle De-Thou, qui fut toute ſa vie
Amateur d'equité, juſte vengeur du tort,
Des vices ennemy, de vertu le ſupport,
Et qui, fors de bien viure, au cœur n'eut point d'enuie.
Sur luy ſeul du Conſeil repoſoit tout le faix,
Le jour ſans quelque affaire on ne le veit jamais :
Et la nuict au repos des humains ordonnee,
Il n'auoit à grand' peine vne heure ſommeillé
Que du ſoin de l'Eſtat il eſtoit reſueillé,
Pour travailler la nuict autant que la journee.
Il fut de tout le peuple aimé pour ſa douceur,
Et reſpecté de tous pour ſa douce rigueur,
Eſtant d'un naturel gracieux & ſevere :
Sa douceur inuitoit les bons à faire mieux,
Et ſa ſeuerité terreur des vicieux,
Les retiroit du vice & les faiſoit bien faire.
Tout ainſi que Neſtor deſ-ja vieil & caſſé,
Quand il fut pour jamais du combat diſpenſé,
Donnant conſeil aux Grecs fortifia leur terre :
Ainſi ce grand De-Thou, de tous tant regreté,
Remit par ſon conſeil la France en ſeureté,
Vtile egalement & en paix & en guerre.
Neſtor qui ſe doutoit du danger apparent
Fit dans le camp des Grecs ceſſer tout different,

Gardant

Gardant Agamemnon d'eſtriver contre Achile :
De-Thou ſçachant qu'un regne où ſe met le diſcord
Se deſtruit à la fin, vaincu par ſon effort,
Fut autheur d'appaiſer la diſcorde civile.

Ce Neſtor ne peut onc par ſon langage doux
Faire que ſon avis fuſt approuvé de tous,
Se trouuant maintes fois repris du jeune Ulyſſe :
Mais De-Thou n'eut ſi toſt propoſé ſon avis,
Que ſes ſages diſcours eſtoyent de tous ſuyvis,
De ceux à tout le moins qui aimoyent la police.

Qui plus eſt il avoit les vertus en effet,
Qu'Homere pour deſcrire un conſeiller parfait
Sous le nom de Neſtor, en ſes vers nous raconte :
Et d'autant que le vray paſſe la fiction,
Et que toute puiſſance eſt moins que l'action,
Noſtre Neſtor François le Grec Neſtor ſurmonte.

Si bien que ce Neſtor tant eſtimé des Grecs,
Fut un nom par le poete inventé tout expres,
Pour monſtrer que De-Thou ce Neſtor devoit eſtre :
Mais ainſi que De-Thou de tout poinct egaloit
Les vertus de Neſtor, tout de meſme il falloit
Que trois ſiecles il veiſt, comme Neſtor, renaiſtre.

Il avoit veu paſſer ſeptante & quatre hivers,
Quand du bandeau mortel ſes yeux furent couverts,
Au commun detriment de France qui le pleure :
Le terme de ſes jours heureuſement paſſez,
Comme egal à ſes vœux, le contentoit aſſez.
Mais, las! pour ſon païs ſa mort vint auant l'heure.

Sans toutes les vertus dont De-Thou fut doüé,
De-Thou, dont le merite eſtant trop peu loüé,
Fait taire en ceſt endroit ma muſe peu faconde :
Sa mort ſuffit, Paſſant, pour te monſtrer combien
Tout le temps de ſa vie il fut homme de bien,
Car ſans douleur aucune il partit de ce monde.

Envers

Envers luy ſeul la Parque addoucit ſa rigueur,
Jamais il ne changea de poil ny de vigueur,
Et franc de maladie il veit paſſet ſon âge :
Choſe rare auiourdhuy : mais ne t'eſtonne pas,
Que rare ſoit la vie & rare le treſpas
D'vn qui fut en ſon temps ſi rare perſonnage.
Or, Paſſant, c'eſt aſſez, apprens à vivre ainſi :
Mais avant, pour le moins, que tu partes d'ici,
D'honorer le defunct de ces mots te ſouvienne :
Toy dont l'ame eſt aux cieux, & le corps en ce lieu,
De-Thou, Ie te ſalue, & te vien dire adieu,
Apprenant par ta vie à bien regler la mienne.

Robert Eſtienne.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἀκμάζων τὸ, τε σῶμα, καὶ εἰσέτι ὢν μελανόθριξ
Ἑπτὰ ἐτῶν δεκάδας θνῆσκε Θυᾶνος ἰδών·
Μῶν τόδ' ἀεὶ καθαρῶς ζήσαντα Θυᾶνον ἐλέγχει,
Μηδέ οἱ ἐν τῷ ζῆν αἶσχος ἀναπτόμενον;
Καὶ μάλ'. ἐπεὶ τήκειν νεότης εἴωθεν ἀσελγὴς
Σώματα, καὶ πολιὴν θεῖξι πρόωρον ἄγειν·
Εἰ μὲν χρηστὸς ἔοις, ἀρετῆς ξένε τῆς σῆς ὄναιο,
Εὐφήμοις τ' ἀγαθοῦ ἀνδρὸς ὕπερθε τάφου·
Εἰ δὲ κακὸς, χρηστοῖο μαθὼν βίου ἐνθάδ' ὄνειαρ,
Ἔνθα διορθῶσαι μάνθανε σεῖο τρόπους.

Ῥόβερτος Στέφανος.

E Græco expreſſum.

Viribus indomitis & adhuc nigrante capillo
Ter quina interiit luſtra Thuanus agens.
Fallor an hinc caſtè ſemper vixiſſe Thanum
Conſtet, & in vità non habuiſſe notam ?
Sic eſt, nam turpis vires abolere juventus,
Et capiti canos accelerare ſolet.

At

At tu, ſi bonus es, virtutis macte, Viator,]
  Inque boni buſto dic bona verba viri.
Sin malus, hîc vitæ ſinceræ commoda diſcens,
  Quo melius vivas, hîc quoque diſce modum.

Ad Galliam.

GAllia ne doleas: HARLÆUS quippe THUANO
  Succeſſit, ſocero par probitate gener.

Rob. Stephanus.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Οὗτος Ἀριστείδης Κελτῶν τε κριτῶν τε Θυανεὺς
  Πᾶσι θεμιστεύσας αἰὲν ἀδωρότατος·
Ὥς ἀνόμους τε νόμους καὶ ἀθεσμοβίους ἅμα πάντας,
  Καὶ Θέμιν ἐς μακάρων οἶδεν ἀποπλαμβάνειν.
Οὐκ ἔτλη ζῶσαι χρονιώτερον, ὅσσε δ' ἀείρας
  Εὔξατο, κἀπέθανεν, κόσμον ἀπειπάμενος.

Ῥόβερτος Στέφανος.

In Ren. Biragum.

Quærebant veteres, & erat dubitabile quondam,
  Armorum atque togæ gloria párne foret:
Iam ſed utrâque potens ita claruit arte Biragus,
  Fiat ut armorum par decus atque togæ.

Rob. Stephanus.

In Petrum etiam Ronſardum anno 1585. 27. Dec. ſuæ vitæ 61°. mortuum Gallicè ſcripſit epitaphia, quæ in Ronſardi operum calce inter alia multa à multis doctiſſimis viris compoſita habentur.

In

In editionibus librorum nullam ultra ann. 1588. adhuc inveni mentionem Roberti hujus Stephani, quem eo itaque anno obiiſſe conjicio, certè [a] ante fratrem Henricum anno 1598 defunctum. Robertum in Sabaudiâ mortuum ſcribit Petrus de Romuald. in ſuo Theſauro Chronologico-Hiſtorico. [b] Almeloveenius in ſuâ diſſertatione ex La Croix du Maine affert de illo, quæ ſequuntur.

Robert Eſtienne Pariſien, frere de *François Eſtienne*, enfans de *Robert Eſtienne* 2 du nom, (tous deux neveux de *Henry*) &c. jennes hommes fort doctes en Grec & en Latin.

Il a composé pluſieurs poëmes es langues ſuſdites, & encores s'en voit-il pluſieurs imprimez dans les oeuvres de *Philippes des Portes*, & ſur la mort de Meſſire *Chriſtofle de Thou*, premier Preſident de Paris, & ſur autres perſonnes de qualité.

Il a traduit pluſieurs Autheurs Grecs en Latin & Latins en François, mais ils ne ſont encores en lumiere.

Il eſt de fort grande eſperance, pour eſtre ſi docte & ſçavant es langues en un ſi bas âge, (ce qui eſt une choſe commune a tous ceux de ſa maiſon:)car Il y en a eu ſept ou huict tous de ce nom, qui ont mis leurs eſcrits en lumiere, tant hommes que femmes, tant ils ſont nez aux lettres, & deſireux d'apprendre de pere en fils.

Il floriſt à Paris cette année 1584. & fait ſe demeure ordinaire chez Monſieur des Portes, *Abbé de Tyron* & de *Joſaphat* pres Chartres, lequel l'a fort recommandé pour l'excellence de ſon eſprit.

[a] Sammarthan. Elog. [b] Pag. 39.

Ex

Ex libro vocato, l'hiſtoire de l'imprimerie &c. par Mr. la Caille.

ROBert Eſtienne frere de Henry [1] commença d'imprimer Dictionarium propriorum nominum &c. 1560. 4°. Nov. Teſt. Gr. ex Bibl. R. eg. 2. Vol. 1568. 12. Biblia ſacra cum notis Vatabli & Pagnini 2. Vol. 1577. fol. & pluſieurs autres livres, qu'il imprima en leur perfection. Sa Marque 'eſtoit un Olivier avec ces mots, *noli altum ſapere ſed time*. Son pere, Robert Eſtienne premier le desherita par ſon Teſtament, pour ne l'avoir pas ſuivy à Geneve. Mais il fut recompenſé de la perte de cette ſucceſſion par la garde & direction, qu'on luy donna des Caracteres & poincons du Roy, & par la commiſſion, qu'il eut du Roy Charles IX d'aller en Italie & autres lieux pour chercher des Manuſcrits & livres rares, comme il paroit par une lettre patente de ce Prince en date du 3me de Juin 1569. portant ſauvegarde pour toute la famille de ce Robert Eſtienne pendant ſa commiſſion. Il mourut enfin à Paris en 1588, & laiſſa pluſieurs enfans, ſcavoir Robert troiſiéme: [2] Henry Treſorier des Baſtimens du Roy, Interprete du Roy es Langues Grecque & Latine, & pere de [3] Henry Eſtienne eſcuier Sieur des Foſſez, qui compoſa l'Art de faire des deviſes in 8° imprimé à Paris ches Jean Paſlé en 1645. de Robert Avocat & Baillif de Saint Marcel, & de Renée, qui fût marriée aut Sieur de Fougerolles, Notaire au Chaſtelet de Paris.

[1] Is tamen (niſi fallor) ab anno 1556 excudendi initium ſumpſit. [2] Ei ſuas in Dionem Chryſoſtomum à Cl. Morello 1604, excuſum diatribas inſcripſit If. Caſaubonus, ex cujus epiſtolâ ea, quæ ad hunc Henricum ſpectant, excerpam. [3] De Henrico illo poſtea dicetur.

Henrico Stephano Arcæ Quæſtori, operum Dominicorum. I S. Caſaubonus. S. D.

NIhil poterat opportuniùs, Henrice Stephane, vir amiciſſime, quàm cum ſuperioribus diebus Dionem Chryſoſtomum pari fide & diligentiâ recens à ſe editum Claudius Morellus mihi legendum obtulit. Eram tunc temporis τῆς αὐτίας ὕλης, de morbo uxoris, patruelis ſororis tuæ, longè periculoſiſſimo, ſupra modum anxius: eóque nomine quotidianæ vitæ officia intermiſeram———Tibi, Henrice Stephane vir integerrime, ut hoc quicquid eſt ὑπογύῳ lucubratiunculæ inſcriberem, graves multáſque cauſas habui. Sive enim amicitiæ ratio fuit habenda: tu mihi amiciſſimus: nec magìs propter arctiſſimam neceſſitudinem, quà jungimur invicem, charus unicè: quàm propter ſingularem naturæ bonitatem, fidem, comitatem, & πατρίαν ἀρετὴν, quam boni omnes in te amant; nos, qui propiùs novimus, etiam miramur.. Sive aliquid etiam in hòc verſatur officii, feci lubens, ut tua in me beneficia in primâ animi mei parte eſſe poſita, hoc teſtimonio tibi probarem. Quòd ſi patronus innocenti ſcripto, οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν, erat mihi quærendus: cui potiùs quàm tibi eas partes deferrem? qui etſi in eligendo vitæ genere majorum tuorum ſectam non es ſecutus: in amore tamen literarùm ità veſtigia eorum preſſiſti, ut Stephanicæ genti, tot in Remp. literariam meritis nobiliſſimæ, non mediocre acceſſurum ſit decus, ſi quæ adoleſcens ad poetarum Græcorum lucem orſus es, detexere in animum aliquando induxeris. Vale. Lutetiæ Pariſiorum. a. d. iv. Eid. Martias. CIↃIↃCIV.

Ex libro, les eloges des hommes illuſtres &c. par A. Teiſſier. 3 Tom. p. 116.

La Laboureur dit auſſi que Jeanne d' Albret, Reyne de Navarre alla voir l'imprimerie de Robert Eſtienne le 2 May. 1566. & qu'elle y fit ſur le champ ce quatrain.

Art

Art ſingulier d'ici aux derniers ans,
Repreſentez aux enfans de ma race,
Que j'ay ſuivi des craignans dieu la trace,
A fin qu'ils ſoient les mêmes pas ſuivans.

Alium fuiſſe Robertum Stephanum à duobus patre & filio jam memoratis diverſum mihi conſtat ex libro vocato *Paraphraſe du droict des diſmes Eccleſiaſtiques &c.* 1571 & 1574. Illius enim libri excuſioni privilegium conceſſum eſt his verbis, " Par lettres " patentes du Roy données à Blois, l'unziéme " jour de Septembre mil cinq cens ſoixante & unze, " il eſt permis à Deniſe Barbé veuve du feu Robert " Eſtienne en ſon vivant imprimeur du dict Sei-" gneur &c. Is Robertus non fuit Robertus primus, qui, cum ante Carolum IX mortuus fuerit, ejus typographus eſſe non potuit; neque Robertus (de quo priùs) ſecundus, quem multis annis ſupervixiſſe plùs ſatis certum eſt. Hic verò; qui Dionyſiam Barbé duxerat, Robertus quem patrem habuerit, mihi nil certi ſuppetit: Vix Robertum primum, quem filiis duobus idem nomen impoſuiſſe minùs veriſimile eſt: Forſan Franciſcum primum[1]; aut potiùs Carolum, cui in Regii Typographi munere potuit ſuccedere. Liber ille ab ejus viduâ impreſſus præ ſe fert olivam & viri adſtantis iconem cum epigraphâ *Noli altum ſapere, ſed time*: non tamen viduæ nomen (uti Mamerti Patiſſonii

[1] Thuan. Hiſtor. 1604.

& [1] Gulielmi Morelii viduis mos) ſed hæc verba, *De l'imprimerie de Robert Eſtienne*; quæ quoties initio præmittuntur, crediderim his typographum mortuum ſignificari, niſi eadem animadvertiſſem Roberti primi [2] libris aliquando, dum adhuc vivebat, præfigi. Cæterùm quis ſit is Robertus Stephanus, quo parente ortus, quo gradu Roberto ſecundo affinis, utri duorum libri Roberti nomen gerentes uſque ad ann. 1571. adjudicandi ſint, ſagacioribus remitto decernendum.

[1] Ariſtotel. de Morib. Latin 1565. [2] Le Nouveau Teſtament. 1552.

VITA

VITA

Franciſci Stephani Secundi.

FRanciſcus Stephanus ſecundus [1] Roberti Stephani ſecundi filius fuit, [2] Græcæ & Latinæ linguæ peritiſſimus, [3] Reformatam religionem amplexus, & [4] igitur paternæ hæreditatis cum Henrico fratre particeps. [5] Nonnulli tamen eum Franciſco primo natum putaverunt. Genevæ typographiam [6] ab anno 1562 ad 1582 exercens operam ſuam aliquando aliis, [7] Stephano Anaſtaſio, [7] Bertrando Bodino, [9] Emerano le Melaîs ac [10] Antonio Chuppino commodavit. Aut [10] nullo, aut [11] eodem plerumque ſymbolo, quo Henricus in Platone, uſus eſt; icone viri aliquando [12] genua flectentis, aliquando [13] ſtantis; at nubem addidit olivæ ſuperimpendentem; ex quâ duæ manus, dextera falcem quaſi ad ramos amputandos, ſiniſtra ſurculum in am-

[1] Vide ſupra pag. 89. & pag. 107. [2] P. 512. [3] Quod ſatis liquet, ex loco, ubi; & libris, quos excudit, [4] Almeloveen. p. 49. [5] La Caille. [6] Lege Indic. libror. [7] Sermons de Calvin ſur le 119 Pſ. [8] Hiſtoire de Portugal. [9] Sermons de Calvin ſur les commandemens. [10] Nouveau Teſtament 1567. [11] Calvin ſur le Pentateuque 1564. [12] Nov. Teſt. Lat. 1567.

puta-

putatorum locum inſerendum tenens, videntur prodire. [1] Nonnunquam circulo ovali olivam ſubjecit, cum ramis quibuſdam fractis & utrinque deciduis, ſed ſinè ullâ viri icone & inſcriptione. Eum & Franciſcum Perrin in ſuâ arte ſocios fuiſſe ex magnâ in [2] libris ab utroque excuſis typorum ſimilitudine conjicio. Inter paucos, qui ab hoc Franc. Stephano editi mihi adhuc innotuerunt, libros plurimi fuerunt tractatus [3] Johannis Calvini, ac [4] Lamberti Danæi, [4] qui Annæ à Burgo pro Religione Pariſiis cremati conſtantiâ motus, Aureliâ Genevam, ab eccleſiâ Romanâ ad Reformatam, à Juriſprudentiâ ad Theologiam tranſivit.

Ex libro vocato *l'hiſtoire de l'imprimerie &c. par la Caille.*

FRançois Eſtienne ſecond du Nom, fils de François, habile en ſon art, imprima les ſermons de Jean Calvin en 1562. La Ste Bible, 1567. 8. [5] la Grammaire Grecque & Latine compoſée par Robert Eſtienne. 1569. 8. Hiſtoire de Portugal traduite d'Oſorius in folio, pour Antoine Chuppin libraire à Geneve,

[1] Nouv. Teſtam. 1568. [2] Comparentur inter ſe Calvini Commentarius in Geneſin, & Comment. in Joſuam, Gallicè uterque, ille à Franc. Stephano 1564, hic à Franc. Perrin 1565. excuſus. [3] Lege Indic. libror. [4] Traité des dances. lege *les eloges par Teiſſier*, 1696. 2. Tom. p. 251. 252. [5] Grammaticam Græcam & Latinam à Rob. Stephano ſcriptam nondum vidi. Gallicam quidem tradidit Gallico & Latino ſermone, quam Robertus filius denuo excudit anno 1569, imò etiam Franciſcus, niſi fallatur Dom. la Croix du Maine, cujus mentio ſuprà p. 107. & apud Almeloveen. p. 30.

&

& pluſieurs autres. [1] Sa marque eſtoit un Arbre de Pin, avec ces mots, *finè te nihil*. Il ſe retira quelque temps à Geneve à cauſe de la Religion, ou il imprima beaucoup de livres ; & il revint en ſuite en Normandie, ou il epouſa Marguerite Cave, dont il eut pluſieurs enfans, entr'autres, Gervais Eſtienne, qui naquit à Donville la bien trouvée pres S[te] Barbe en Auche, Adrien & Adrienne.

Ce Gervais fût libraire à Paris vers l'an 1616. ou il epouſa le 24. Oct. 1610. Deniſe Pailleaux, dont il eut Marie Eſtienne, née le 2[me] de Nov. 1619.

Adrien fût auſſy libraire à Paris l'an 1616. qui epouſa Marie Chaſtellain 10[me] de Juillet 1617. dont il eut Pierre Eſtienne né le 21[me] d'Aouſt 1618. Adrienne née le 16[me] de Dec. 1626. & Jeroſme né le 10[me] de Sept. 1630. receu libraire à Paris [2] en 1657.

Adrienne Eſtienne fut marriée le 4[me] de Fev. 1635. à Jaques Palfart receu libraire en 1636. dont eſt ſortie Marie Palfart née le 24[me] de Mars. 1636. laquelle epouſa Denis Crevié receu auſſy libraire à Paris en 1658.

De toute cette famille cy deſſus, je n'ay point trouvé de livres imprimes à leur noms, quoy qu'ils ayent eſté libraires à Paris.

[1] Luſitaniæ Hiſtoriæ pro Antonio Chuppin à Franc. Stephano excuſæ præfigitur illud ſymbolum, quod non Franc. Stephani fuiſſe puto, ſed Antonii Chuppin, qui id aſſumpſit, ad poſteriorem forſan ſui nomini ſyllabam alludens. Sæpe enim ſolebant Typographi ſymbola ſibi à ſuorum nominum etymologiis derivare. [2] Idem la Caille in ſui libri calce notat illum admiſſum fuiſſe Bibliopolam 1647. 29. Nov.

V I T A
Mamerti Patiſſonii.

MAmertus [1]Patiſſonius, doctus & celebris typographus, Stephanorum officinâ familiâque digniſſimus, poſtquam de illâ aliquandiu (ut puto) optimè meruiſſet, in hanc per nuptias adſcitus eſt. Primus, qui mihi ab eo excuſus occurrit, liber anno [2] 1568, nec alter deinde ante [2] 1575 prodiit. Roberti Stephani [3] viduam anno forſan [3] 1575 duxit; & ſe exercens in defuncti officinâ, luce donavit nonnulla [4] veterum authorum opera, multa [5] recentium & ævi illius doctiſſimorum, in-

[1] Ipſe ſe vocat *Patiſſonium.* Aliis verò quibuſdam ſcribitur *Patiſſo*, Scævolæ Sammarthano, & Joſepho Scaligero. [2] Lege Indic. libr. [3] Eam conjicio fuiſſe Dionyſiam Barbé, viduam Roberti Stephani, quæ Mamerto Patiſſonio nupſit anno 1575°. nam anno 1574° liber [Paraphraſe du Droict des dixmes Eccleſiaſtiques &c.] cui Vidua anno 1571. in ſexennium privilegium impetraverat, iterum recuſus eſt in Officinâ R. S. ſed nomine Mam. Patiſſonii non addito. At Patiſſonius anno 1576 (lege Indic. libr) libros excudit in officinâ Rob. Stephani (cujus viduam tunc duxerat) ſuo etiam nomine abjecto. [4] Lege Indic. libr. [5] Joſ. Scalig. in Verr. Flacc. & Catull. Tib. Prop. & Manil. &c. de quibus conſule Indicem. Notarum in Petron. Arbitri Satyricon Author ei brevem hanc ſcripſit epiſtolam. PATISSONIO S. "Petronii Arbitri ſatyricon, ſanè eruditiſſimum, relegi: ac tuæ in primis voluntati ſatisfacere dum cupio, nonnulla obiter adnotavi, quæ, ſi tibi digna prelo tuo videbuntur, excudes. Memineris tamen, me conjecturis ejuſmodi non plus tribuere quàm ſomniis quæ neque naturâ ſuâ neque conjectoris ingenio, ſed caſu, aliquando vera ſolent evadere. Vale. Cal. Decemb. In hâc vides Patiſſonium eligi non tantùm ut Typographum, ſed ut judicem.

ter-

ter quos Joſephus Scaliger epiſtolâ, Scævola Sammarthanus aliíque carminibus encomiaſticis eum dignati ſunt. Hujus induſtriam Henricus Stephanus affinis ſuus adeo probavit, ut ei ſuum de Linguæ Gallicæ [1] præſtantiâ librum commiſerit excudendum. Patiſſonius (uti & ipſius poſt mortem vidua) in ſuis [2] penè omnibus libris ſymbolum Stephanorum typographicum [cum lemmate [3] *Noli altum ſapere ſed time* aut aliquando [4] *noli altum ſapere*] adhibuit, tantúmque honoris ex eâ, quam cum Stephanis junxerat, affinitate ſibi accreviſſe exiſtimavit, ut, quaſi in inſigne grati animi indicium, ea in librorum titulis, [5] *in aut* [6] *ex officinâ Roberti Stephani*, [7] rarò omiſerit. Typographi Regii titulo, quem non niſi poſt annum [8] 1577. Feb. 19. obtinuit, ſuas [9] ferè ſemper deinceps ornavit editioues: annóque 1599. April. 4. Rex Henricus Federico Morello, Jameto Metayer, Petro Luillier, & Mamerto Patiſſonio ſuis Typographis ſpeciale privilegium imprimendi Regium edictum & declarationem in edicta pacificationis indulſit. Publicorum hujuſmodi [10] edictorum declarationúmque

[1] Ann. 1579. [2] Nullum ſymbolum Petronio 1587. & Yvonis libro contra Titium 1586 affixit. [3] Verr. Flacc. 1576. [4] Tumulus Remig. Bellaquei. 1577. [5] Verr. Flac. 1576. [6] P. Pith. elog. 1597. [7] Omiſit tamen in Petron. 1587. [8] Diploma Catulli editioni 1577. 19. Febr. conceſſum Typographi Regii titulum ei non tribuit: & libri anno 1578 excuſi hunc titulum præ ſe gerunt. [9] Sed non habetur in Cicer. epiſtol. 1578. at forſan hic liber excuſus eſt, antequam illud munus adeptus eſſet. [10] Apud Ant. Steph. 1644. & Mam. Patiſſ. 1599.

editionibus

editionibus ſæpius (uti & [1] libris è Typographiâ Regiâ prodeuntibus) Regia Franciæ Navarræque aut [1] Franciæ ſolius inſignia, quàm [2] Typographi ſymbolum, præfigi ſolebant. Non diu poſt annum 1599 Mamertus Patiſſonius vitam duxit, mortuus certè ante 1602m. [3] quo ejus uxor libros excudere incipiens per biennium [4] vidua artem illam coluit.

De Mamerto Patiſſonio hæc refert Dom. la Croix du Maine. Bibliothec. p. 304.

« Mamert Patiſſon Imprimeur & libraire à Paris homme fort « docte en Grec & en Latin & en François auſſy. Je « n'ay encores point veu de ſes eſcrits mis en lumiere, ſi « peux je bien aſſeurer que quand il voudra il en pourra faire im- « primer de ſon invention, d'auſſi beaux & doctes, comme « ceux qu'il imprime d'ordinaire : en quoy il eſt à loüer gran- « dement pour le profit qu'il fait au public, touchant les beaux « livres qu'il imprime tous les jours : car il ne choiſiſt que de « bonnes copies, & compoſées par hommes doctes, leſquelles « il imprime fort correcks, de beaux caracteres, ſur bon papier « & de belle marge, qui ſont toutes les perfections de l'Imprime- « rie : en quoy il ne degenere de Meſſieurs les Eſtiennes, en « la maiſon deſquels il à pris alliance, ayant eſpousè la veuve « du fils de Robert Eſtienne, pere de Henry &c.

De Patiſſonio ſic Vir Clariſſ. Menagius in ſuo Anti-Bailler. Tom. 1. p. 368.

Patiſſon étoit d'Orleans, & ſcavoit quelque choſe. Ce ſont les termes du Thuana. François Pithou dans ſon Pithœna Ma-

[1] Bibl. Lat. 1652. Theoph. Inſt. Reg. 1651. Themiſt. 1684.
[2] Lettres patentes. R. S. 1567. [3] Lege indic. libr. [4] Nam Thuan. Hiſtor. 1604. viduæ Mam. Patiſſon. nomen gerit.

nuſcrit,

nuſcrit, qui eſt dans la Bibliothéque de Mr. Peletier Controleur General des Finances, à auſſi remarqué, que Mamert Patiſſon etoit d'Orleans. Le Poete Renier, dans ſa quatriéme ſatire, adreſſée au Poete Motin, a fait mention de luy en ces termes.

Or que des ta jeuneſſe Apollon t'ait appris ;
Que Calliope méme ait tracé tes écrits ;
Que le neveu d'Atlas, les ait mis ſous ſa lyre ;
Qu'en l'antre Theſpéan on ait daigné les lire ;
Qu'ils tiennent du ſavoir de l'antique leçon ;
Et qu'ils ſoient imprimés des mains de Patiſſon ;
Si quelqu'un les regarde & ne leur ſert d'obſtacle,
Eſtime, mon ami, que c'eſt un grand miracle.

[a] Scevole de S[te] Marthe lui a adreſſé des vers Latins, par leſquels il lui recommande l'edition de ſes Ouvrages.

Mamerto Patiſſoni.

Mamerte optime, qui ſactos inerti
A caligine vindicas Poetas,
Doctorúmque vetas perire luſus,
Hunc incultum etiam tibi libellum
Commendo auſpiciis tuis in auras
Deſerto cupidum evolare nido.
Quanquam non equidem mihi ipſe tantum
Aſſumo, ut merear virûm per ora
Vagari, ſed enim meas camœnas
Cum laudent Puteanus & Pithœi,
Probent Pibracius, Valens, Thuanus
Docti omnes adeo viri ſagaces,
Nonne & ſim ſcopulis, & inquieti

[a] Epigram. lib. 2.

Longé

Longè durior Hadriæ procellis,
Si non has ego amem, deoſculérque
Meas utpote, quas mihi canenti
Tot curæ peperere, tot labores?
Debebunt tibi plus tamen, Patiſſo,
Tuo munere ſi licebit illis
Longa vincere ſæcula & perenne
Vatis ferre ſui ſub aſtra nomen.

Joſeph Scaliger lui a écrit la troiſiéme de ſes lettres Latines Latines, ou il le traite d'homme ſcavant. Cette lettre de Scaliger, pour le marquer en paſſant, eſt écrite, ce qui eſt remarquable, contre un certain François de l'Iſle, Procureur du Parlement de Paris, lequel avoit écrit en vers Latins, contre Joſeph Scaliger au ſujet des endroits de Lucain, qui regardent l'Aſtronomie; & lequel au jugement des connoiſſeurs lui avoit porté des bottes franches. Voies Mornac dans ſon *Feriæ Forenſes*, à l'article de *Franciſcus Inſulanus* page 75.

Joſ. Scaliger Mamerto Patiſſoni.

Ecce iterum urges me, & libros meos ſeptem de Emendatione temporum flagitas; quod opus jam affectum propediem diligentiam tuam exſpectat. Itaque adeo totus nunc ſum in deſcribendo. Sed impetum meum ſeſquihorâ repreſſit Apologia homuncionis neſcio cujus, quem ad me miſiſti &c. Vale, mi Patiſſo. Datum prid. id, April. raptim & extemplo.

Mamert Patiſſon mourut avant l'année [1] 1606. Car en cette année-là Philippe Patiſſon, qui apparamment étoit ſon fils, imprima le [2] Recueil des vers d'Amour de Bertaud; & le Privilége pour l'edition de ce Recueil eſt obtenu par la veuve Mamert Patiſſon.

Ex libro, l'hiſtoire de l'Imprimerie &c.

MAmmert Patiſſon d'Orleans, homme tres docte en Grec, en Latin, & en François, épouſa la veuve de Robert Eſtienne, pere de [3] Henry, en 1580. Et imprima dans la maiſon de cet Eſtienne, dont il avoit l'imprimerie & la marque, Les 4 livres de la Venerie d'Oppian. 1575. 4. Diſcours ſur les medailles &c. 1579. 4. ce livre eſt tres curieux pour l'hiſtoire, & aſſes rare. Les œuvres de Scævole de Ste Marthe. 1579. 4. Michaelis Hoſpitalii ſermones 1583. & 1585. Joſ. Scalig. de Emend. Temp. 1583. fol. De Canonicâ abſolutione Henr. IV. 1594. 8. Jac. Aug. Thauani Hiſtor. pars. 12. [4] 1604. fol. Cette hiſtoire eſt recommendable en ce

[1] Imò ante 1602. ut priùs obſervatum eſt. [2] Hic liber ab Almeloveenio refertur ad ann. 1602. at la Caille, l'hiſtoire de l'imprimerie. p. 202. Philippes Patiſſon fils de Mamert imprima Recueil de quelques vers amoureux par Bertault. 1606. 8. [3] Non Henrici ſecundi, cujus pater Robertus obiit Genevæ. Neque viduam Roberti ſecundi, qui obiit 1588. Præterea viduam illam, cujuſcunque fuerit, duxiſſe mihi videtur ante ann. 1580. uti priùs obſervatum eſt. [4] Per viduam Mamerti Patiſſonii.

qu'elle

qu'elle contient des particularitez, qui ne ſe trouvent point dans les autres editions ; & pour en donner une preuve, c'eſt que Mr. de-Thou y faiſant l'eloge de D. Iſidore Clarius, Eveſque de Foligni, qui mourut en odeur de ſainteté, dit ces paroles : * *Ut totis* XL *horis ad deoſculationem, quod minimè voluiſſet, patuerit*— leſquelles paroles auſſi bien que beaucoup d'autres, ne ſe trouvent point dans les editions poſterieures. Ce qui fut cauſe, que celle-cy ne fut pas bien receüe à Rome. Ainſi pour avoir cette hiſtoire complete, il y faut joindre cette partie. Mammert Patiſſon eſtoit tres habile imprimeur, comme il paroit par les Ouvrages qu'il à imprimes en tres beaux caracteres, en bon papier, & belle marge. Il eut un fils * Philippes Patiſſon.

* P. 429. * Bibliotheca Cordeſiana (lege Indic. libr.) mentionem facit Roberti Patiſſonii (niſi forſan error typographicus) anno 1600; qui, quis fuerit, & quâ affinitate Mamertum contingat, neſcio.

VITA

VITA
Pauli Stephani.

PAulus Stephanus [1] Henrici ſecundi filius [2] non multis annis ante 1566m. natus fuiſſe mihi videtur. [1] Ejus mater in illo uno nutricationis officio functa eſt, functura certè & in aliis liberis, niſi Henricus uxoris majorem, quàm ipſamet ſui, rationem habuiſſet. [2] Illa enim marito ſæpe dicebat, " cur tu, mî vir, non me paſſus es in aliis " quoque liberis matris officium præſtare, quum " Paulum ex omnibus ſolum videret eſſe tam vegeto " & robuſto corpore.' Henricus vires illius laboribus " ejuſmodi eſſe impares reſpondebat; impares " ſanè (aiebat ea) illis & in nutriendo Paulo erant, " ſed quod ultra vires meas in illius nutricatione " præſtiti, viribus illius, miro Dei beneficio accre- " vit. [2] Paulus à matre non nutricationem tantùm, ſed totius pueritiæ ſuæ educationem habuit. [1] Non quidem abs re eſſet mnltis nunc temporis delicatulis matribus ſuadere, (quod olim Phavorinus apnd Gellii l. 12. c. 1. quem Gellii locum primùm à Paulo ſuo legi Henricus voluit & juſſit) " ut totæ

[1] Epiſtol. præfix. Gell. [2] Lege priùs in Vit. Henr.

" integræ

" integræ ſint liberorum ſuorum matres, minimè-
" que nutricationis munus, tanquam nimis labo-
" rioſum, reformident ac refugiant: Illas enim
" alioqui futuras eſſe, contra naturam, imperfect-
" um atque dimidiatum matrum genus, ſi, quod
" pepererint, ſtatim à ſe abjecerint; ſi in utero
" quidem aluerint ſanguine ſuo neſcio quid, quod
" non videret: poſtea autem alere ſuo lacte no-
" lint, quod videat, quod vivat, quod jam homo
" vocari poſſit, quod jam matris officia imploret.
" Ea verò compluribus plerumque mulieribus ig-
" navis & à labore alienis inſidet opinio, id eſſe
" inter plebeiam generoſámque matrem diſcriminis,
" quòd illa ſuæ, hæc alienæ curæ ſnos, quum ma-
" ximè indigeant, fœtus committant. Sed re-
deo ad Paulnm, qui prima ſtudiorum fundamenta
[1] Genevæ (& forſan ſub Patre in ipſius ædibus)
poſuit. " [2] Neque tantùm domeſtica exempla &
" cætera, quæ optima ad eruditionem tendentibus
" ἐφόδια ſunt, ſed etiam aderat valetudo (quam
" parentes liberis ſubminiſtrare nequeunt) imò &
" ſupererat, quum non ſolùm valere ſed prope-
" modum athleticè valere (Plautinè loquendo)
" dici poſſet. Alii igitur patri, quod valetudini
" filii deeſt, metum incutit; Henricum, quod
" ſupereſſet, ſecurum eſſe non ſinebat. [2] Nec verò
" unicus, ſed duplex ei timor ſuboriebatur, quum

[1] Almel. p. 120. [2] Epiſtol. præfix. Gell.

" Paulum

" Paulum ſuum non ſolùm εὐσωματεῖν ſed etiam
" σφριγᾶν conſideraret: unus, ne mutatâ ſubitò voluntate
" à Muſarnm Caſtris ad Martia aut etiam
" athletica (contrà quàm feciſſe Euripidem Gellius
" narrat l. 15. c. 20.) transfugeret; alter, ne
" hæc εἰν ἄκρῳ εὐεξία, ipſi etiam Hippocrati (Aphoriſm.
" 3. l. 1.) ſuſpecta, in malum aliquod erumperet.
" [1] Et igitur mandavit, ut " diætâ, quam
" λεπτὴν Græci vocant, uteretur; quo illa εὐσαρκία
" & πολυσαρκία incrementnm ſaltem non caperet:
" ſi enim eo utatur victu, qui ipſum magis ac
" poſſet κατασαρκεῖν, meritò illi Pythagoræ verbis dictum
" iri, Non deſines moleſtiorem tibi carcerem
" efficere? Nam hoc dictum in enm præſertim
" jactari poteſt, qui excolendo ingenio ſimúlque
" ſaginando corpus dare vult operam.
" Siquidem quum omnibus hominibus corpus
" ſit animi quidam carcer, iis certè eſt peſſimùm,
" qui animum ad ſtudia literarum
" appellunt. Sed plerique tamen tantam hujus
" carceris curam gerunt, ut interim incluſum
" eo animum negligant; idémque, quod illi, qui
" de inſtrumentis alicujus artis valde ſunt ſolliciti,
" ipſam autem aſpernantur. Ea erat Henrici
in Pauli filii educatione cura ac ſollicitudo, quam
pluribus & ipſius verbis deſcripſi, ut indè Parentes
in liberis, quos ſtudio Literarum deſtinant, eru-

[1] Epiſtol. præfix. Gell.

diendis ſumant exemplum. Siquando aberat domi, per literas ſibi mitti poſtulabat rationem ſtudiorum, ut conſtat ex Epiſtolâ Gellio, quem Pariſiis ei anno 1585. 10. Cal. Apr. dono miſit, præfixâ; in eâ monet, ut infortunia (nam ſuam villam terræ-motu concuſſam ex filii literis audiverat) mente impavidâ ſuſtineat; ejus interim ætati id condonat, quòd minùs Stoicus fuerit. ¹ Aliud autem erat, quod " ei attulit ægritudinem; Pauli venam in
" Pauli verſibus deſiderabat; illam nempe, quæ ple-
" roſque aliquando coegerat ſuſpicari, patris aut
" præceptoris verſus nomen ejus mentiri: Venam
" etiam arefactam putat mœrore, quem Patris
" afferebat abſentia. ¹ Henricus tamen filii par-
" vum & non patre ſolùm ſed & nato etiam in-
" dignum munus magno remuneratus eſt, Atticis
" ſcilicet Auli Gellii noctibus; quum vix ſit ſcri-
" ptor Latinus, è cujus non majorem paginarum
" numerum habente libro plus ad literarium vari-
" úmque animi cultum adjumenti redundet; &
" Henrico Gellius eò magìs placuit, quòd vir qui-
" dem probus ſed ethnicus de (l. 20. c. 10. in fine)
" procurando liberorum ſuorum cultu adeo ſolli-
" citus fuerit. ¹ Henricus præterea Paulum mo-
" net, ut poculis ingenium non ingurgitet; jubét-
" que non minùs ſomni (qui ſolet ſaginare) quàm
" cibi parcum eſſe, licèt illud ejus ætati multò
" hoc eſſet difficilius; & proximis ejus literis novi

¹ Epiſtol. ante Gell.

" ex

" ex Macrobii & Gellii potiſſimùm lectione pro-
" fectûs inſigne aliquod ἄγγμα expectat. Paulus, cùm domi ſtudiorum rudimenta abſolviſſet, [1] juvenis admodum exiſtens, parentis ſui premens veſtigia, orbis terrarum partem nobiliorem pervolitavit, ubique locorum inviſens viros doctiſſimos atque clariſſimos. Apud Lipſium fuiſſe comperio ex ipſius [2] epiſtolâ Id. Sext. 1587. Lugd. Batav. datâ, in quâ eum mitis animi adoleſcentem vocat; [3] cujus fortè præſidio per aliquot menſes ſtudiis operam dedit; conferens ſeſe deinde domum Typographei Patris ſui curas ſuſtenturus: interdum tamen permittentibus id vel exigentibus rebus ac negotiis huc illuc iter direxit. Ille ex Græcorum Anthologiâ Epigrammata Latino carmine reddidit, quæ cum ejuſdem juvenilibus Genevæ apud Franc. le Preux. 1593. (& Lugduni 1593. Draud. Bibl.) Almeloveenius ſcribit ejus juvenilia apud eundem in octavo Genevæ 1593 excuſa. [4] Heidelbergæ cum Commelino anno 1595. Lugduni cum Tornæſio juſſu parentis ſui, deinde anno 1596. Francofurti cum Dionyſio Gothofredo fuiſſe auctor eſt Caſaubonus; qui Genevâ diſcedens Athenæum ſuum cum MSS. collatum & locis infinitis emendatum reliquit penè ad umbilicum perductum, quem curæ fratris ſui Pauli Stephani commiſit. Anno 1598° quo ſuum apud Wecheli hæredes edidit Dioſcoridem Janus

[1] Almelov. p. 120. [2] 37. Miſcellan. centur. ſecund. [3] Cordes. p. 510. [4] Almelov. p. 120. 421.

Antonius Saracenus, ejus effigiem in libri initio delineatam Latino Epigrammate ornavit. Paulum [1] Londini aliquando degiſſe certum eſt; ante annum (utì conjicio) 1594, [2] ubi inter alios plures amiciſſimum ſibi devinxit Joannem Caſtolium; qui, cum ad eum Concordantias Græcas Teſtamenti novi recens ex Parentis officinâ (1594.) prodeuntes miſiſſet, reſpondit plenas & integras deſiderari; quarum defectum ſupplere Parenti conſtitutum erat; ſed variis hinc indè diſtractum negotiit mors peragere, quod ſtatuerat, vetuit. Anno poſt Patris obitum incepit Typographico muneri operam dare; Libros à Patre priùs vulgatos, Virgilium, Horatium, Plinii epiſtolas cum Panegyricis, ter Pindarum & Lyricos, biſque Novum Teſtamentum, ad prelnm revocavit; alios minore quàm Pater formâ, utì [3] Iſocratem (ſed ſinè diatribis), aut majore, utì Plinii epiſtolas Mariæ Catanæi commentariis illuſtratas & Panegyricos; alios eâdem formâ, at auctiores, Homeri opera cum Coluthi & Tryphiodori Poematiis (ſed abſque verſibus proverbialibus); Sophoclem adjectis Latinâ Viti Winſemii interpretatione & patris ſeorſim olim ab ipſo editis annotationibus ac ſententiarum indice, verſionibus Camerarii omiſſis; Concordantias N. T. cum omnium, quæ hactenus deſideraban-

[1] Almelov. P. 120. 121. [2] Præf. Concord. [3] (Biblioth. Albert. Fabric.) Hal'ervordius in Bibliothecâ curioſâ & Thomas Popeblount affirmant hanc editionem eſſe optimam, quam nondum vidi.

tur,

tur, ſupplemento; Herodotum (de quo mox plura:) alios nunquam à Patre editos, Photium; Pindarum, Lycophronem ac Euripidem Græcis ſcholiis inſtructos, Eunapium & Ariſtidem emiſit. Adjunxit paucis Genevæ urbis nomen, ac menſis diéique notam; omnibus ſymbolum domeſticum, Olivam cum viro adſtante & epigraphâ, *noli altum ſapere*; aut [1] geniculante & epigraphâ, *rami, ut ego infererer, defracti ſunt*; aut [2] eandem, quâ Franciſcus 2us ejus avunculus uſus eſt: imo (quaſi ſymboli varietas eum delectaret) nonnunquam [3] editionis tomo priori familiæ commune, poſteriori avunculi proprium adjecit. Denique ut ſibi aliquod proprium novúmque excogitaret, Photium & Plinii epiſtol. 1599. & Homerum ornavit olivâ cum viro adſtante, & epigraphâ *Defracti ſunt rami, ut ego infererer*; nube deſuper olivam obumbrante, manibúſque binis prominentibus, dexterâ falcem, ſiniſtrâ ſurculum tenente. [4] Anno 1599. Paulus (Henrici, ut ſcribit Hœſchelius, Stephani τοῦ μακαρίτου F.) Photii Myriobiblum, magnam partem manu parentis ſcriptum, ad antiquius notæ optimæ Iſaaci exemplar itidem comparatum, lectiſſimi affinis ſui Caſauboni hortatu cum Davide Hœſchelio communicavit. [5] Hôc anno cum Juſto Rubero in idem hoſpitium Argentinæ illi contigit divertere; ubi ſuavi ejus alloquio frui & benignitatis ple-

[1] Eunap. [2] Pindar. Plin. [3] Pind. edit. IIII. [4] Hœſchel. Not. ad Phot. [5] Epiſt. ante Plin.

 nos

nos in pectore generoſo vultus intueri licuit. Id cum Patre habuit commune, ut illas, quas peregrinans comparaverat, amicitias epiſtolis coleret librorum editionibus præmiſſis. Bongarſio inſcripſit ſuum Pindarum Latinâ interpretatione, ſcholiis, & authorum in iis citatorum indice (ſed, uti Alb. Fabricius notat, valde mahco) illuſtratum, [a] de cujus emendatione cum affini conjunctiſſimo If. Caſaubono nuper egerat; Ei Caſaubonus ſuarum obſervationum ſpem fecerat, quarum fruitionem lectori, ubi primùm daret, promiſit. Caſtolio ſuas cum epitaphio in defunctum Patrem carmine miſit concordantias, rogavítque Londini quod ſupererat amicorum ſalutet. [a] Rubero Henricum olim amicitiâ complexo 1600. 15. Cal. Sept. nuncupavit Plinianas epiſtolas Mariæ Catanæi notis elucidatas, [a] quarum jam ante aliquot annos editionem aggredi, ſi Baſilienſe exemplar non defuiſſet, animo ſtabat; Baſilienſem ut cæteris recentiorem, ita à mendis repurgatiorem, Aſcenſianam & alteram vetuſtiſſimam collatas inter ſe nihil differentes comperit. Lycophronem cum Iſacii Tzetzis ſcholiis & Gul. Canteri verſione notis ac Græcolatinâ Caſſandræ Anacreonticâ epitome, commentarios Joannis Meurſii elegantiſſimos variaſque lectiones circa textum & ſcholia in parentis M S. codice aut alibi occurrentes in proximas nundinas neque ulteriùs (at promiſſis non ſtetit) differre

[a] Epiſt. ante Pind. [a] Epiſtol. ad Ruber. & Lector.

coactus,

coactus, anno 1601. Cal. Mart. dedicavit. Dionyſio Gothofredo, & jam promiſſum Euripidem anno 1602. Id. Mart. Antonio Fayo, Latinâ verſione Gul Canteri & ejuſdem Brodæíque ac Stiblini necnon Æm. Porti notis, veterúmque ſcholiis & indice decoratum: cui ann. 1603. Id. Mart. ſucceſſit Sophocles Conſulibus Senatuíque Francfordiæ oblatus, [1] cujus urbis reviſendæ amor tenuit; nec tantùm voluit nundinis aliquid novi exhibere, ſed & gratum erga eos, quorum favor ipſi & antea parenti innotuerat, animum teſtari. Eodem anni inſequentis die Homerum donavit Joanni Gualthero viro Patritio,[2] quò eum inter curas recrearet. An. 1612. prodiit Photii Bibliotheca ab Hœſchelio antea Græcè edita & notis illuſtrata, ab And. Schotto Latinè verſa; nunc recuſa & Danieli de Slachmulder dicata cum epiſtolâ ei Aurel. Allobr. Cal. Mai. 1611. datâ. Anno 1617. Samuele Criſpino ſumptus ſuppeditante editio N. T. poſtrema lucem aſpexit. Anno 1618. Herodoti editionem curavit & adornavit Gothofredus Jungermanus, qui utramque Henrici Stephani editionem ſecutus ſuas etiam (de quibus in epiſt. ad lectorem) ſymbolas, Herodotearum vocum ex MS. codice Melchioris Haiminsfeldii Goldaſti lexicon, & veterum de Herodoto teſtimonia Sylburgiíque ſpicilegium adjecit unà cum collectâ ex diverſis authoribus de Nili incremento appendice,[3] quæ

[1] Ea optima cenſetur editio in Hallervordii Bibliothecâ. [2] Epiſtol. [3] Præf. ad lector.

veterum ſententias inter ſe diſſentientes & partim Herodoti opinionem refutantes continet. [1] Inde quædam Herodoti loca emendari & illuſtrari poſſent; quam operam Jungermanus optavit ut nobis dediſſet, qui omnium potuiſſet optime, Henricus Stephanus, ſuáſque illas promiſſas adnotationes emiſiſſet, quas unquam emerſuras ſperare mors doctiſſimi hominis vetuit. Alios, qui ex Pauli officinâ exiverunt libros ex indice ſatis, Lector, intelliges; nec eſt, quòd te hîc morer. [2] Paulus, cum Londini eſſet, ſuum ſymbolum dedit Joanni Norton Regio in Latinis Græcis & Hebraicis Typographo, qui id præfixit libro, cui titulus, *Effigiatio veri ſabbatiſmi &c.* apud eum Londini ann. 1605. in 4. excuſo. Libros, qui Pauli Stephani nomen gerant, ultra annum 1626. non inveni; eum itaque non diu poſtea vitam traxiſſe conjicio, annóſque ſupra ſexaginta non multos impleviſſe.

Ex libro, *l'Hiſtoire de l'Imprimerie* &c. *par la Caille.*

PAul Eſtienne fils de Henry ſecond eſtoit un des habiles imprimeurs de ſon temps, & de plus tres-docte & tres-ſcavant dans les langues Grecque & Latine. Il nous a laiſſé pluſieurs traductions & ouvrages conſiderables, entr'autres *Pauli Stephani verſiones epigrammatum Græcorum Anthologiæ Latinis*

[1] Præf. ad lector. [2] Almelov. p. 121. 122.

verſibus,

verſibus, ejuſdem Juvenilia. 1593. 8. Il à auſſi imprimé *Sophoclis tragœdiæ cum Gr. Sch.* &c. 1603. 4. Ce livre eſt autant conſiderable par ſa matiere que par ſon impreſſion, qui eſt tres belle. Il avoit la meſme marque que ſon pere, & il quitta cette ville de Paris à cauſe de la Religion, pour s'aller etablir à Geneve, ou il imprima pluſieurs livres tres correctement, comme [1] les grands Poetes Grecs in 4°. avec les anciens Scholiaſtes, & [1] les meſmes in 8°. ſans Scholiaſtes, qui ſont aſſes rares & recherchés des ſcavans. Il eut quelques enfans, entr'autres Antoine Eſtienne, & Joſeph, qui par lettres patentes du 5me Juin 1629. fut choiſi pour eſtre ſeul imprimeur & libraire du Roy à la Rochelle, & qui ne profita pas long temps de cet avantage, eſtant mort de la peſte à la Rochelle au mois d'Octobre ſuivant.

[1] Quinam hi fuerint, nondum ſcio; quos eoſdem in 4° cum ſcholiis, & in 8° ſine ſcholiis excudit: Nec enim alii, niſi quos in Indice librorum recenſui, ad meam notitiam pervenerunt.

DE

DE
FLORENTIA
Pauli Stephani Sorore.

FLorentia Iſaaco Caſaubono nupſit ante 1587. Id. Sext. quod (licèt [1] Almeloveenius anno 1591° id peractum conjiciat) conſtat ex [2] Lipſii epiſtolâ ad Dionyſium Gothofredum tunc datâ, in quâ Caſaubonum ſalutat Henrici Stephani generum. Illa huic peperit filios Joannem (ad quem [3] ſex epiſtolæ extant à Patre miſſæ) & Mericum (de quo Iſaacus in [4] Epiſtolis ad Dan. Heinſium), filias Abigail anno [5] 1596 mortuam, alteram Mompelii [6] 1597. Prid. Cal. Apr. natam. Florentia anno [5] 1596 unà & maritus non ſinè cruciatu & hujus pericnlo decubuerunt. Ea [7] omnes omnium, qui ipſius conjugem affligebant, conatus fortiter contempſit ſemper conſors ipſius ærumnarum fideliſſima. [8] Ab octavâ anni 1604. die periculoſiſſimè & graviſſimè ægrotavit, adeo ut maritus eam non ſemel habuerit pro conclamatâ ; ſed 15. Cal. Mart.

[1] Pag. 108. 109. [2] Cent. 2. Epiſt. 37. [3] Epiſt. Caſaub. 597. 598. 599.606. 645.649. [4] 799.780. [5] 88. [6] 134. [7] 737. [8] 328.

meliuſculè

meliuſculè ſe habere cœpit. [1] Anno 1613. 5. Cal. Nov. è Galliâ, [2] quò mariti Bibliothecam accerſendi ſtipendiúmque nondum perſolutum conſequendi gratiâ profecta erat, infectis rebus reverſa languere cœpit, & graviùs ægrotare. [3] Eo morbo liberata idem iter de novo 1614[t]. menſe Martio ſuſcepit: Quo etiam anno Kal. Jul. obiit Iſaacus Caſaubonus. Anno 1617. ejus gener *J. de Gravelle Du Pin.* I. C. ſuæ [4] ſocrûs nomine Jacobo Angliæ Regi notas ſoceri in primum Polybii librum poſthumas dicavit, Antonii Stephani typis excuſas; quibus à Galliarum Rege 1616. 22. Dec. Pariſiis in Florentiæ Stephani filiæ Caſauboni viduæ gratiam privilegium conceſſum eſt.

De Dionyſiâ Henrici Stephani filiâ, Florentiæ Sorore.

PAuca ſunt, quæ de illâ ſcribenda habeo, ex Iſaaci Caſauboni epiſtolis excerpta.

Epiſt. 13. Richardo Thomſoni. Genevæ. a. d. 7. Mal. Cal. 1594. Ante alios ſalutat te frater Paulus Stephanus. Dionyſia, cum iſta maximè ſcriberem, ſic ægrotabat, ut de ejus ſalute medici inciperent dubitare.

Epiſt. 133. Theodoro Bezæ. Sorores noſtras, meam, quæ olim Johanni Rigoto nupſerat, &

[1] Epiſt. Caſaub. 770. [2] Almelov. p. 109. [3] Lege Epiſtol. præfixam. uxoris

uxoris Dionyſiam Stephani filiam, tibi cupimus, Pater Venerande, eſſe commendatas. Momp. a. d. Kal. Apr. 1597.

Dionyſiam Virginem è vitâ deceſſiſſe conjectatur Almeloveenius pag. 111.

Plura, quæ de Iſaaco Caſaubono ſuæ diſſertationi (p. 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110) inſeruit Almeloveenius ex ejus epiſtolis collecta, hic adjecturus eram, niſi ipſum & has & illius vitam jam prelo committere intellexiſſem; ac in id opus Manuſcripta quædam a defuncto nuper Archidiacono Cantuarienſi viro doctiſſimo noſtræque Eccleſiæ fidiſſimo accepiſſe.

VITA

VITA
Roberti Stephani Tertii.

ROBERTUS Stephanus à primo tertius, Roberti ſecundi filius, primi nepos; ['R. F.R. N.] typographus [2] inſignis, quamvis non Regius; [3] in ſymbolis excogitandis ingenioſus; Latinæ ac Græcæ linguarum peritus; anno 1598. Lutetiæ cœpit inclareſcere.

[1] Hæ quatuor literæ majuſculæ conſpiciuntur in titulo aut privilegiis quorundum librorum ab eo excuſorum: uti, Crambe Ion. 1609. epigr. Flor. Chriſt. 1608. [2] Epiſtol. Joſ. Scalig. ad Carolum Labbæum. 1607. 4. Cal. Mart. "Non poſſum narrare tibi, quantâ cum voluptate Martialis mei folia acceperim, "tum quia editionem deſperaveram, tum propter characterum "elegantiam; ac denique, qui eſt deliciarum cumulus, propter "typographum, quem cur amem, multæ cauſæ concurrunt, "quarum quælibet argumentum magnæ epiſtolæ expleverit. Certè "ſi hôc modo pergat, diligentiam patrui, famam avi, utriuſ-"que in excudendo vincet elegantiam. Epiſtol. Nancel. 55. anno 1982. 8. Cal. Mai. "Ad decimum Cal. Maias cum Turoni "eſſem, acceſſit ad me honeſtus adoleſcens natione Gallus, no-"mine Stephanus, Roberti illius Stephani Architypogra-"phi nepos, cum literis ſuaviſs. & blandiſs. à Franc. Raphelen-"gio Lugd. Bat. datis ——— Idem epiſt. 59. anno 1593. Id. Sept.——"remiſi ἀντίγραφον, quod mihi præſenti tradidit "Theodorus Rinſſart comitatus altero inſigni Stephano quodam "Roberti Stephani nepote ———." [3] De quo dicetur deinceps. [4] Compoſuit enim Latina & Græca epigrammata. In Jac. Aug. Thuan. Cramb. 1609.

Δὶς κεράμβη τὸ πάλαι μὲν ἀπήχθετο· νῦν δὲ θυράνε
  Μηδὲν διςκεράμβης ἐςὶ ποθεινότερον.

Ῥόβερτος Στέφανος.

In violam & lilium.

Quid mirum Aonios gelidæ ſub tempora brumæ
  Per campos violas liliáque alba ſegi?
Hoc nempe aſpirans, ceu Chloridos ore, Mareia
  Delphini & Zephyro blandior aura facit.

Robertus Stephanus, R. F. R. N.

In Cl. Puteani anno 1594 mortui obitum. Lege Vit. Putean. per Rigalt.

Εὐμαθέες τόδε σῆμα φίλῳ πατρὶ παῖδες ἔθηκαν,
  Τῆς σφετέρας γενεᾶς μισθὸν ἀμειβόμενοι.
Ὡς πότε τὸν γενετῆρα κατωμάδιον βάρος αἴρων
  Ἐκ πυρὸς Αἰνείας ἥρπασεν Ἰλιακοῦ,
Αὐτὰρ ὁ μὲν γενετῆρι βραχὺν βίον, οἱ δὲ βροτοῖο
  Ἄμβροτον ἀντὶ βίου πατρὶ ἀπέδωσι κλέος.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίων ἄξιος ἦν ὁ πατὴρ, παῖδες ἄξιοι υἱεῖς,
  Τοῦτο καὶ εὐτεκνίης μνῆμα καὶ εὐσεβίης.

Epigramma Flor. Chriſtiani Græco Juliani (Anthol. lib. 1. cap. 14.) ἀντιῤῥητικὸν Latinè vertit Rob. Stephanus. [Lege epigr. Flor. Chriſt. 1608.]

Ἰουλιανοῦ.

Ἥδεα πάντα κέλευθα λάχεν βίος· ἄστεϊ μίσγῃ,
  Εὔχος, ἐπαυρέσαι· κεινὰ δόμοισιν ἄκη.

Αγρὸς

Ἀγροὶ τέρψιν ἄγει, κέρδος πλόος, ἀλλοδαπὴ χθὼν
  Γνώσιας· ἐν δ' ᾗ γάμων οἶκος ὁμοφρονέει.
Τοῖς δ' ἀγάμοις ἄφροντις ἀεὶ βίος· ἔρκος ἐπίχθω
  Πατρὶ τέκος· φροῦδος τοῖς ἀγόνοισι φόβος.
Ἠνορέην νεότης, πολιὴ φρένας εἰδὲν ὀπάζει·
  Ἔνθεν θάρσος ἔχων, ζῶε, φύτευε γένος.

Verſio Flor. Chriſtiani.

Dulcis ad omnigenam vitam eſt via : Laudem & amicos
  Dant urbes : domibus clauſa medela mali eſt :
Blanditias dat ager, lucrum mare, barbara tellus
  Notitias ; animos unanimes thalamus :
Tum cœlebs vita eſt ſinè curis, robora patrum
  Sunt nati ; curis vir ſinè prole caret ;
Robuſti juvenes, ſapiens eſt cana ſenectus :
  Ergo audax meritò, vive, genúſque fove.

Ἀντιῤῥητικὸν Flor. Chriſtiani.

Ἠλεὰ πάντα κέλευθα λάχων βίος· ἄστυ μέριμνα.
  Νεῖκος, ἐπήρειαι· λυγρὰ δόμοισιν ἄχη·
Ἀγροὶ θλῖψιν ἄγει, τάρβος πλόος, ἀλλοδαπὴ χθὼν
  Μέμψιας· ἐν δὲ γάμων πολλὰ διχοστασίη·
Τοῖς ἀγάμοισιν ἄτακτος ἀεὶ βίος· ἔργον ἐπίχθη
  Πατρὶ τέκος· φροῦδος τοῖς ἀγόνοισι πόθος.
Ἡ νεότης ἄφρων· πολιῇ σθένος οὐδὲν ἀπάσῃ·
  Ἔνθεν θάμβος ἔχων, φεῦγε, μάτευε τέλος.

Idem Latinè à Rob. Stephano.

Vanas vita vias paſſim ſectatur : in urbe
  Jurgia, contemptus ; anxia cura domi ;
Ærumnas dant rura, metum mare, terra querelas
  Longinqua ; unanimes multa toros dirimunt ;
Res incompoſitæ ſinè conjuge ; prole parentes
  Solliciti ; expertes prolis, amore carent ;
Inconſulta juventa, tremit defecta ſenectus :
  Hinc metuens, finem noſce, fugámque para.

Robertus

Robertus Stephanus ſymbolo typographico uſus eſt aut [1] nullo, aut patrio, olivâ ſcilicet cum epigraphâ ſæpius [2] *Noli altum ſapere, ſed time*, aut [3] *noli altum ſapere.* & his in libri titulo verbis ; [2] *Ex typographiâ Roberti Stephani*, [3] *De l'Imprimerie de Robert Eſtienne.* aut, [4] *ex officinâ Roberti Stephani*, aut, [5] *olivâ Roberti Stephani.* In ejus Typographiâ aliquando excudebat [6] Joannes Janonus. [7] Cum eo ſynopſin Mathematicam anthore Merſennio 1626 impreſſit Noeſus Carolus. Ejus operâ uſi ſunt Bibliopolæ, [8] *Touſſainct du Bray*, [9] *Gulielmus Loyſon*, [10] *Vidua Olivarii Varennæi*, & forſan [11] *Jacobus Dugaſt*, ſi modò omnes ii libri, quorum fronti affiguntur [11] hæc verba *ad Olivam Roberti Stephani* & *a l'olivier de Robert Eſtienne*, ei adſcribendi ſint potiùs quàm [12] aliis, qui idem, ac ille, ſymbolum uſurpaverunt. Ex libris, quibus hæc verba præponuntur, Roberti tertii nomen certè, & forſan vita [13] annum 1640m attigit. [14] Ipſe quidem antè annum 1645. mortuus eſt.

[1] Apul. de Socrat. Deo. 16.5. Pſalter. David. Latin. 1623. [2] Greg. Nyſſ. epiſtol. &c. 1606. [3] Oeuvres de Balzac. 1628. [4] Apul. de Socrat. Deo 1625. [5] Phædrus. 1617. [6] Florileg. Mart. 1607. [7] La Caille, hiſtoire de l'imprimerie. p. 257. [8] L'empire de la fortune. 1619. Oeuvres de Balzac. 1627. [9] Pſalter. Latin. 1623. [10] Tertullian. 1628. [11] Accroiſſement des Sciences, &c. 1634. De ſtatu eccleſiæ &c. 1634. Theorie des Planetes. 1637. Eſſais des Merveilles de Nature &c. 1638. [12] Gregor. Turon. Oper. 1640. Hi tres poſtremi libri eâ non videntur eſſe typorum elegantiâ, quæ typographum Stephanum deceat. [13] La Caille. Hiſtoire de l'Imprim. p. 257. Jacques Dugaſt fût receu Imprimeur & libraire 20. Juill. 1626. Il étoit Imprimeur du Roy.--Il avoit pour marque l'Oliver. [14] Lege deinceps, ubi Henricus ejus fratris filius illius defuncti mentionem facit in libro excuſo 1645.

Ex

Ex l'Hiſtoire de l'Imprimerie.

ROBERT Eſtienne troiſiéme du nom fils de Robert ſecond, étoit Poete & Interpreté du Roy pour les Langues Grecqué & Latine. [1] Il a traduit de Grec en François les deux premiers livres de la Rhetorique d'Ariſtote, qui à été continuée de traduire par ſon Neveu Robert quatriéme du nom en 1630. Ce Robert troiſiéme a commencé d'imprimer des l'année [2] 1588 pluſieurs ouvrages conſiderables, & en 1598. Mercerus in Geneſim in folio. Jac. Aug. Thuan. Hiſtor. ſui temp. 1619. fol: Moyens legitimes pour traduire d'Eſpagnol en François. 1613. 8. Galand contre le Franc-Aleu. 1629. 8. (il y en à une autre edition 1637. 4.) & beaucoup d'autres livres en leur perfection, à la premiere page deſquels il mettoit ordinairement ces lettres, R.F. R. N. pour ſe diſtinguer d'avec ſon pere. Il avoit pour marque l'Olivier, qui étoit celle de ſes Anceſtres. Il eut un frere nommé Henry, qui fût [3] Treſorier de France.

[1] Albert. Fabricius in ſuæ Græcæ Bibliothecæ libro 3. affert Ariſtotelis Rhetoricam Gallicè interprete Roberto Stephano ejuſdem typis. Paris. 1529. 8. Hujus authoritate ductus eum librum Roberto Stephano primo in Indice adſcripſi, eundémque ex Cordeſianâ Bibliothecâ ſub Roberto tertio repoſui, 1624. Forſan in Fabricii Bibliothecâ error eſt in numero 5 pro 6. At in re mihi adhuc ignotâ nil audeo decernere. [2] Hinc videtur Typographiam exercuiſſe per annos circiter 50, vitæque ferè Septuageſimum attigiſſe. [3] Aut forſan *Treſorier des Baſtimens du Roy.* pag.

DE
Henrici Stephani Theſaurarii
FILIIS.

RObert Eſtienne fils d'Henry, fût Avocat en Parlement ; & comme il étoit ſcavant & bon traducteur, il traduiſit le 3me livre de la Rhetorique d'Ariſtote, dont les deux premiers l'avoient eſté par ſon Oncle Robert 3me & il les imprima 1630. 8. Il fut enſuite Baillif de St Marcel, & eut quelques enfans de Magdelaine Limouſin ſon epouſe, entr'autres Marie née 14. Nov. 1629. & Jean François 12 Juil. 1631. Il eut un frere nommé Henry ſieur des Foſſez, qui étoit bon poete, & Interprete des langues Greçque & Latine. (La Caille. in Vit. Ant. Stephan.) Henry ſieur des Foſſez compoſa les eloges de Louis le Juſte, dont les triomphes furent imprimé par Ant. Eſtienne. 1645. [Ati n Catalogo P. Varennii 1649]

Hic Henricus librum Gallicè ſcipſit vocatum, " l'art de faire des deviſes (cujus mentio ſupra p. " ou il eſt traité des Hieroglyphiques, Symboles, " Emblemes, Ænigmes, Sentences, Paraboles, " Revers de Medailles, Armes, Blaſons, Cimiers, " Chiffres,

" Chiffres, & Rebus, à Paris, 1645. 8. quem Thomas Gore Armiger ſuo de re Heraldicâ Catalogo Oxon. 1674. excuſo inſeruit, uti & Anglicam ejuſdem verſionem Authore Thomâ Blount Armig. Londini 1646. & 1650. 4° editam; ex quâ (nam Gallicam videre mihi nondum contigit) excerpam, quæcumque ad Stephanorum familiam ſpectant. Ex Authoris præfatione.) " I confeſs, that being " moved unto and inſtructed by my late Uncle " *Robert Eſtienne* in making Deviſes, 28 Years " ago, I made a greater quantity then, and found " it a leſs labour, than now, that I know the ex- " cellency and ſubtility of the Art; wherein ve- " rily I have taken ſo great delight, that the ex- " erciſe of Arms could never divert me from ſo " noble an Employment, which has always been " to me a well pleaſing Recreation amidſt the fa- " tigues of War. And as I endeavour'd (as near " as poſſible) to read the Greek, Latine, Italian, " & French Authors, who have treated of Hie- " roglyphicks &c----I hope to gain ſome favour-- " ſince I am the firſt, that hath treated of this " ſubject in our Mother-Tongue.---*A Paris, Achevé d'imprimer pour la premiere fois le* 10. *Mars.* 1645.

Ex Chap. 7.) " The great King *Francis* I. who (beſides the glorious title of Conquerour) deſerved " that of Learning's Reſtaurator; and to whom " the Family of the *Eſtiennes* hath ſuch particular

" Obligations; became Author of his own deviſe; " where he cauſed a Salamander to be put into " a fire with this motto, *nutriſco & extinguo.* As *Paulus Jovius* " doth aſſure us.

Ex Chap. 8.) " *Charles*, Brother to *Lotharius* " King of *France*, the firſt Duke of *Lorrain*, that " enjoyed that Dukedom independant, took for " Deviſe an Arm armed, iſſuing out of a Cloud, " in the Year 983. as *Charles Eſtienne* reciteth in " his Hiſtory of *Lorrain*.

Ex Chap. 10. & 13.) " My late Uncle *Robert* " *Eſtienne* did invent in honour of the Duke of " *Roſny*, ſince Duke of *Suilly*, grand Maſter of " the Artillery, by whom he had the honour to be " beloved, this Deviſe, an Eagle holding a " Thunderbolt with theſe words, *Quo juſſa Jovis.* " Which was received then with ſo general Ap- " plauſe, that it was ſtamped upon all the Ord- " nance, that were caſt at that time in the Arce- " nal, embroydred upon the Officers Caſſocks, and " upon the Ornaments of the Shops of Artillery.

Ex Chap. 15.) " The Duke of *Savoy* (who " thought he had laid hold of good Opportunity " to quarrel with the late King *Henry* the Great of " *France*, during the Troubles of *France*, thereby " to poſſeſs himſelf of the Marquiſate of *Saluſſes*) " cauſed

" cauſed Coins or Money to be ſtamped; where
" there was a Centaure trampling a Crown Royal
" under his feet, with this word, *Opportuné*: but
" ſoon after, that invincible Monarque, forcing
" all his Towns, conſtrained the Duke to have
" recourſe to his mercy. After that glorious Vi-
" ctory, my deceaſed Uncle *Robert Eſtienne* (who
" in his time was much eſteemed for the inventi-
" of Deviſes), to counterballance the Deviſe of
" the Duke, invented this for the Stamps of the
" King about the Year 1601. Whereon we might
" ſee a Hercules ſubduing a Centaure, with this
" word, *Opportuniùs*.

Cernimus itaque Henricum hunc Stephanum in linguarum cognitione bene verſatum & ſub avunculo Roberto tertio illam ſymbolorum artem edoctum fuiſſe, ejus regulas ſuis popularibus ſermone vernaculo primum tradidiſſe; eâque ſæpe animum refeciſſe inter labores bellicos: eos nempe illuſtris illa familia produxit viros, qui non unâ tantùm ſed variis artibus ſuam patriam adjuvarent, & arma Palladis utriuſque ſcirent tractare.

VITA
Antonii Stephani.

ANtonius Stephanus [1] Pauli filius artem typographicam ab anno 1605 (ſi Biblioth. Teller. Catalogo ſit fides) ad 1664. coluit. [2] Authore Joanne *de la Caille* natus eſt ann. 1594: Quod ſi verum ſit, aut errat Tellerian. Catalogus, cum excudere decennis non potuerit; aut Antonii nomine duo fuerunt cognomines Stephani. Antonii Typographi Regii nomen certè gerunt Chryſoſtomi Homiliæ 1614. & Petri Valentis liber *Le Mercure des Arts* &c. 1615. & *l'Areſt du Conſeil d'eſtat* &c. 1664. Qui ſi idem fuerit Antonius, juvenis admodum, vicennium vix tranſgreſſus, meruit Regii Typographi titulum. [1] At Joannes *de la Caille* Antonium Pauli filium ſcribit annumeratum Typographis Pariſienſibus non fuiſſe ante 26. Oct. 1618. Nec Regiis ante Decemb. 1623. Cui nodo expediendo me prorſus imparem fateor. Interim autem, quiquid de Antonio Stephano (ſive unus tan-

[1] Almeloveen. p. 122. In Chryſoſtomi Homiliarum Gr. Lat. formâ magnâ Pariſiis editarum fronte legitur, *Lutetiæ Pariſiorum Typis Regiis apud Antonium Stephanum Pauli F. Henrici N. Typographum Regium.* MDCXIV. [2] Lege poſtea.

tùm

tum ſeu plures fuerint) aſſequi licuit, ordine, ut potero, diſponam.

Antonius Stephanus in gratiâ erat apud [1] Cardinalem Perronium, qui poſt [2] Mam. Patiſſonii mortem ei, quicquid edebat, [3] committebat excudendum; cujúſque opera poſt ejus obitum imprimendi ann. [4] 1620 & [5] 1623. privilegium obtinuit.

Habitabat in [6] viâ Jacobæâ, libróſque ex ſuâ officinâ prodeuntes familiæ ſymbolo ſolebat inſignire, olivâ ſcilicet, cum lemmatibus, [7] "noli altum "ſapere; [8] noli altum ſapere, ſed time; [9] defra"cti ſunt rami, ut ego insererer; aut (ſi Typis Regiis uteretur, vel Regia quæpiam edicta vulgaret) [10] ſcuto Regio; [11] aliquando nullo; [12] nonnun-

[1] Nouveauté du Papiſme. par P. du Moulin. Preface. "Moy "eſtant lors à Paris eſtois adverti par perſonnes, qui voyoyent "ſouvent Mr. le Cardinal, & par ceux qui hantoient ches An"toine Eſtienne ſon imprimeur, que l'Autheur par pluſieurs "fois avoit deſchiré ſon ouvrage.--Scil. Replique à la Reſponſe du Roy Jacques. [2] Is enim quoſdam Perronii tractatus excudit. lege Ind. libr. [3] Perronius cum anno 1613. 3. Jan. regias literas impetrâſſet, quibus ſua opera cuilibet Typographo in quodlibet temporis ſpatium committendi ipſi fieret copia, Antonium Stephanum Typogr. Reg. elegit. Vide *Divers Trattez* &c. 1617. [4] Replique à la reſponſe &c. [5] Les Ambaſſades &c. [6] Homil. Chryſoſt. 1621. *& rue St. Jaques pres St. Yves.* Replique &c. 1620. *rue St. Jaques devant le College du Pleſſis.* Brief diſcours &c. 1615. *rue St. Jaques a l'image de S. Martin pres le College de Marmoutier.* Divers traittés &c. 1617. [7] Caſaub. ad Polyb. 1617. [8] Replique à la reſponſe &c. 1620. [9] Divers traittés &c. 1617. [10] Franciæ & Navarræ. Strabo. 1610. Edits &c. 1644. & 1645. Declaration du Roy &c. 1649. ad cujus calcem olivæ etiam ſymbolum affigitur. Aut Franciæ ſolius. Traitté de paix &c. 1660. 12. [11] Edits &c. 1644. [12] Plutarch. 1624. Ariſtotel. 1629.

quam Authoris, cujus opera excuduntur, capite; [1] aut Typographi, quîcum in libro imprimendo ſocietatem inierat, ſymbolo ad ſuam olivam initialibus ſui nominis literis A. E. ſubtus notatam adjuncto. In librorum titulis ſe nuncupabat, [2] "Typographum Regium, [3] Architypographum Regium, [4] Imprimeur du Roy, [5] Imprimeur Ordinaire du Roy, [6] Imprimeur & libraire Ordinaire du Roy, [7] Premier Imprimeur & libraire ordinaire du Roy. Addebat ſæpe, [8] " ad inſigne olivæ Roberti Stephani, [9] à l'olivier de Robert Eſtienne.

Anno circiter 1620.[10] Morellus, Sonnius, Cramoiſy & Buon fuerunt in libris excudendis ſocii, eorúmque titulis adjecerunt hæc verba, " Lut. Paris. Typis Regiis apud ſocietatem Græcarum editionum. In edendis [11] Strabone, Plutarcho, Xenophonte, Ariſtotele uſi ſunt operâ Antonii Stephani, qui [12] plerumque ſuum nomen, initio aliquando olivam affigebat; necnon [13] ſuo & ſocietatis nomine epiſtolas dedicatorias conſcribebat.

[1] Seb. Cramoiſy. Homil. Chryſoſt. 1621. [2] Caſaub. Polyb. 1617. [3] Dionys. Areopag. 1644. epiſtol. Dedicat. [4] Brief diſcours &c. 1615. [5] Replique à la reſponſe &c. 1620. [6] Catechiſme &c. 1639. inter libros H. S. ultim. [7] Recueil des edits &c. 1659. Arreſt du conſeil &c. 1664. [8] Lachrym. Heracl. &c. 1623. [9] Les Ambaſſades &c. 1623. [10] Lege la Caille pag. 249. [11] Straboni affiguntur tantùm hæc verba *Lutetiæ Pariſiorum, Typis Regiis.* Et Merico de Vique, dedicatur à Bibliopolis Pariſienſibus. [12] Straboni autem non adjecit; quod mihi injecit ſcrupulum, niſi Joannis de la Caille authoritas hunc exemiſſet. [13] Xenoph. 1625. [14] Plutarch. 1624. ad Ludovic. XIII. & Dionyſ. Areop. 1644. ad Nicolaum de Bailleul.

Anto-

Antonius Stephanus excudit cum Claudio Morello S.ti Chryſoſtomi opera varia anno 1614; cnm Dionyſio Moreau ſuo [1] affini *Le Marriage de la vertu avec la religion* 1622; [2] cum Nicolao Buon, Sebaſtiano Ghappelet, & Claudio Sonnio, Biblia LXX & Nov. Teſt. Gr. Lat. 1628; [3] cum Claudio Prevoſt & Petro Mettayer Regiis itidem typographis, "Les Ordonnances du Roy Louis XIII. "faites par les Deputes des eſtats tenus à Paris en "1614, à Rouen en 1617, & à Paris en 1626, an. 1629. 8°; [4] cum Dionyſio Bechet, Dionyſii Areo-

[1] Hiſtoire de l'Imprim. p. 200. David le Clerc maria une de ſes filles a Antoine Eſtienne, & une autre à Denis Moreau. [2] Tomo uni Nicolai Buon, reliquis Claudii Sonnii inſigne præfigitur Typographicum. Illi adduntur hæc verba, "ſub ſignis "S. Claudii & hominis Sylveſtris; His, ſub ſcuto Baſilienſi & "Navi aureâ. At la Caille Hiſt. de l'imprim. p. 192. 141. 104. ſcribit Nicolai Buon & Gabrielis ejus patris & Mauricii de la Porte ſymbolum fuiſſe Biantem philoſophum cum his verbis *omnia mea mecum porto*. Idem p. 116. 151. Michaelis Fezendat & Sonnii ſymbol. Vipera Pauli cum hôc lemmate, *Si Deus pro nobis, quis contra nos* ? Hanc Bibliorum editionem Nic. Buon. Seb. Chappelet, Ant. Stephanum & Claud. Sonnius Mathæo Mole dedicaverunt. In iis, quæ vide, exemplaribus obſervavi in tomorum unius fronte nomen Petri Baillet (quaſi illorum ſocius fuiſſet) excuſum quidem fuiſſe, at calamo obliteratum. [3] Hiſt. de l'Impr. p. 270. [4] Aut pro Dionyſio Bechet, nam in quibuſd. exemplar. præfigitur ſcutum ſolare cum his verbis, "Apud Dionyſium Bechet viâ Jacobæâ, ſub ſcuto ſolari. In Ant. Stephani Epiſtolâ ad Nic. de Bailleul, hæc leguntur; "erit hic novus ad accuratam quà licebit, & gnavam ac ſtre-"nuam operam ſtimulus, quem paterna jam ipſa [i. e. Pauli patris] "& avita meorum recordatio, Roberti ac Henrici Ste-"phani, tam acrem ſubjicit utilitatis publicæ ſtudioſo; ut "quantùm ad id urgeri me ſentio, ne utriuſque memoriâ indignus ac degener——exiſtimer.

pagitæ

pagitæ opera ſtudio Corderii illuſtrata, 1644; cum Petro Rocolet & Jacobo Dugaſt Regis typographis & librariis ordinariis, " Declaration du Roy portant que tous Actes, contracts & Teſtaments portant donations ſeront inſinues &c. & edit du " Roy portant creation des offices quatriennaux &c. 1645; [1] cum Sebaſtiano Cramoiſy, Petro Rocolet, Antonio Vitré, Jacobo Dugaſt, & Petro le Petit, Regiis Typographis Ordinariis, " [2] Declaration du Roy pour faire ceſſer les mouvemens " & reſtablir le repos & la tranquillité en ſon " Royaume, 1649; [1] cum Seb. Cramoiſy, Pet. Rocolet, Pet. le Petit, & Jacobo Langlois, ſolis Reg. Typogr. Ordinar. " Traitté de Paix entre " les couronnes de France & d'eſpagne &c. 1660. in [1] 4 & [1] 12.

Edicta, Declarationes, aliáque hujuſmodi ab Antonio Stephano excuſa 1659. & 1664. apud Olivarium de Varennes juniorem venalia proſtabant. De Antonio Stephano ſcribit Almeloveenius (p. 122.), " quòd mortuus fuerit Pariſiis in Noſoco- " mio, ad paupertatem redactus, relinquens, cum " ultimum diem clauderet, filiam, quæ hôc tem- " pore (1683) Pariſiis manibus victum & ami- " ctum ſibi quæritat; ut ipſi à D. Bourdot Biblio-

[1] His privilegium datum erat 1648. 24. Oct. Suíſque, quos imprimebant, libellis ſolebant plerumque hæc præponere, " [2] Par les Imprimeurs & Libraires Ordinaires du Roy vel " [3] Par les Imprimeurs & Libraires du Roy.

" polâ

" polâ Pariſienſi relatum eſt; qui ſubjungebat ſe " ſæpius cum illâ cœnâſſe. Ad hunc plures Almeloveenius dedit literas, quibus ipſum perquam " obnixe rogabat, ut vellet ipſius nomine ex illâ " honeſtiſſimâ virgine quærere, quæ ipſi nota eſſent de Stemmate Stephaneo: Verùm nihil ab " eo reſponſi Almeloveenius recepit.

Ex Hiſtoire de l'Imprim. par la Caille.

Antoine Eſtienne fils de Paul, natif de Genéve, vint à Lyon, ou il commenca ſes etudes, & enſuite à Paris, ou il les acheva. Il obtint des lettres de Naturalité en datte du 20. Sept. 1612. & pour avoir fait abjuration de l'hereſie de Calvin entre les mains du Cardinal du Perron, il eut une penſion du Clergé de 500 livres, & la charge d' Huiſſier de l'Aſſemblée du Clergé, qu'il conſerva juſqu'en 1635. de laquelle Antoine Vitré Imprimeur & libraire fût pourveu. Cet Eſtienne fût receu Imprimeur & Libraire à Paris 26. Oct. 1618. & fut honoré de la charge d'Imprimeur du Roy au mois de Decembre * 1623. avec 600 livres d'appointemens aſſignés ſur l'eparge, par Brevet du 30me dumeſme mois & an. Il fut auſſy pourveu de celle d'Imprimeur &Libraire du Roy a laRochelle, vaçante par la mort de ſon frereJoſeph, 13 Feb. 1630. Il commenca d'imprimer des l'année 1614. S. Chryſoſt. Homiliæ inGe-

* Hic tamen titulus in quibuſdam libris ante illum annum excuſis habetur. Lege Indic. Libr,

nes,

nes. fol. Les Oeuvres du Card'. du Perron, [1] quatre volumes, 1620. fol. Teſtam. Vet. & Nov. &c. Gr. Lat. 1628. fol. Les Triomphes de Loüis le Juſte &c. dont les eloges furent compoſés par [2] Henry Eſtienne Sr des Foſſez, 1645. fol. enrichis de pluſieurs figures de Valdore. Il imprima auſſy pour la compagnie des Libraires aſſociez pour l'impreſſion des Auteurs Grecs, Plutarch. Gr. Lat. 1624. Xenoph. Gr. Lat. 1625. Ariſtot. Gr. Lat. cum notis Duval. 1629. [3] Strabonis opera Gr. Lat. & autres ouvrages conſiderables, ou il mettoit pour marque l'Olivier, qui eſtoit celle de ſes Anceſtres.

Il eſtoit fort ſcavant, grand Orateur, & bon poete tout enſemble. Nous avons pluſieurs Ouvrages de ſa compoſition, entr' autres [4] le Supplement au nouveau Theatre du monde de Davity in folio, imprimé auſſy par luy-meſme. Il fût Adjoint de ſa communauté en 1626. & eut quelques enfans de [5] Jeanne le Clerc ſon eſpouſe, ſcavoir Jeanne née 15. Oct. 1623. Jeanne née 1. Apr. 1625. Jean Jacques né 6. Juill. 1622. Marie née 2. Juil. 1626. François né 11. Juill. 1627. & Henry né 9. Fev. 1631. qui fut receu Imprimeur & Libraire en 1646. Et eut la ſurvivance de la charge d'imprimeur du Roy par Brevet du 28. Avr. 1652. regiſtré

[1] Opera quidem Cardinalis Perronii continentur quatuor voluminibus, ſed (niſi fallar) non eodem anno impreſſis. [2] lege priùs p. [3] Cum annus non adjiciatur, puto intelligi Strabonis editionem ann. 1620. [4] Quod nondum vidi. [5] lege priùs p. 551.

en

en Parlement 24. Mars. 1653. laquelle charge fut vendue apres ſa mort, qui arriva le 6. Octob.1661. à Sebaſtien Huré fils, Libraire, 5 Aouſt, 1662. Cet Henry Eſtienne ſoutenoit toute cette famille, parce que ſon pere eſtoit déja fort infirme, & meſme devenu aveugle, ce qui fit qu'il mourut aſſez pauvre, agé de 80 ans, en 1674. Mais les belles impreſſions, qui nous reſtent de luy, le rendront d'ailleurs eternel, & auſſi recommendable à la poſterité, que le font ſes Anceſtres, dont la race eſt finie en la perſonne de cet Henry Eſtienne, qui eut quelques enfans d'AnnePapillon ſon épouſe, mais qui ne vécurent pas longtemps, comme Henry né en 1658, & mort en 1660. Anne née en 1660. & morte en 1661.& Angelique née en 1659. qui eſt encore (1689) en vie.

DE
Henrico Stephano Tertio.

HEnrici Stephani cujuſdam mentio incidit ann. 1639. qui fuit Franciſci Rothomagenſis Archiepiſcopis typographus, ejúſque [1] Catechiſmum Controverſiarum excudit. Henricus ille non potuit eſſe Antonii filius, qui ann. [2] 1631° na-

[1] Lege Indiç. Lib. [2] Lege priùs p. 554.

tus eſt; nec (ut puto) Roberti ſecundi filius aut nepos, quorum [1] neuter ad rem typographicam animum appulit: Neſcio, an unus ex Pauli filiis fuerit, nam Paulo plures duobus Antonio & Joſepho fuiſſe [1] innuit Joannes de la Caille.

Præterea Henrico Stephano cuidam à Rege conceſſum eſt ann. 1651. 3. Maii [2] Privilegium excudendi hos libros [*Eſſais de Montaigne, Hiſtoire Romaine de Coeffeteau, Eſtats & Empires*], quo pulchras Roberti Caroli Henricíque majorum ſuorum impreſſiones imitaretur. In primâ libri prioris editione cum Bibliopolis Pariſienſibus *le Petit & Huré* ſuum privilegium participavit: [2] in ſecundâ, quæ 1657. Oct. 1. finita eſt, videtur cum [3] JacoboLanglois Regio typograpo ejúſque [4] fratre Emmanuele communicâſſe. [5] Henricus ille Stephanus ſe vocat typographum Regium, ac Lectorem monet, ſe hanc editionem non ſolùm multis, quibus ſcatebant præcedentes, mendis purgâſſe, ſed etiam Gallicâ Græcorum, Latinorum Italorúmque locorum verſione ornâſſe: Unde eum Græcæ Latinæ Italæque Linguarum peritum fuiſſe conſtat.

In hiſce libris duobus ſymbolum typographicum eſt Oliva cum icone viri adſtantis & epigraphâ *Noli altum ſapere.*

[1] Lege priùs. [2] Lege in calce *dés eſſais de Montaigne.* [3] ibid. in titulo libri. [4] Hiſt. de l'imprim. p. 278. [5] *Eſſais de Montaigne. l'Imprimeur au Lecteur.*

gio

Denique an idem fuerit Henricus, qui utrumque excudit librum, incertus ſum. At ſi idem non fuerit, priorem Antonii fratrem, poſteriorem filium eſſe conjicio.

De aliis, qui Stephani nomen gerentes occurrunt.

IN Draudii Bibliothecâ Claſſicâ, inter libros Gallicos Theologorum Papiſticorum, leguntur hi.

Ant. Eſtienne. Devot diſcours ſur la paſſion de noſtre ſeigneur Jeſus Chriſt, à Paris. Thom. Brumen. 1582. 16. Le Dialogue de Conſolation, entre l'Ame & Raiſon, à Paris. Mich. de Roigny. 1582. 16.

Almeloveenius (p. 122.) credit " hunc Antonium Henrici vel Roberti 2i filium fuiſſe, quanquam hactenus id probare nequeat, nec adſtruere niſi ſolâ ex temporis conjectatione. Idem (p. 123.) affert Pſalmos quoſdam & cantus ſelectiores Lutheranos (ut conjicit), à Clemente quodam Stephano Norībergæ 1568. 4. Germanico ſermone editos. " Verùm hunc de noſtrorum genere minimè affirmaverit, quanquam quibuſdam ità videri poſſet; ſiquidem propter religionis diſcrimen & bella inteſtina liberi tam Roberti Stephani primi quàm Henrici Stephani 2i. vel Franciſci 1i, quos majore numero habuiſſe multi erditi uno ore teſtantur, huc illuc fuerint diſperſi, quorum nomina ignorantur. Quod quare minùs fieri

Almelo-

" potuerit, cum non videat, iſtam quidem ſenten-
" tiam non habet. Imò hunc Clementem alióſque
" non agnoſcet Stephanos, quin clariſſimè illud
" demonſtretur.

Vidi les Pſeaumes de David en ryme. A Diepe. chez Thomas Eſtienne. 1606. 12.

Invenio in Catalogo Philemonis, Hiſtor. N° 301. & 322.

Matth. Stephanus de nobilitate civili. Franc. 1617. 8.

Joach. Steph. demonſtrationes Politicæ. Franc. 1615. 8.

Primum hujus libri Tomum jam penè ad exitum perduxi; cujus utraque pars ut ſibi conſtet, idémque ordo, qualis ab incœpto proceſſit, ad imum ſervetur: partem priorem inchoavit [1] Henricus primus, poſteriorem [2] ſecundus illius nepos; illam ſcripta ad illum à Fabro [3] epiſtola, hanc ſcriptum ad hunc à Scævolâ Sammarthano epigramma claudet.

In Gellii noctes Atticas, ad H. Stephanum.
Quis Stephanum eſſe neget: Phœbi de ſanguine cretum?
Obſcuris affert noctibus ille diem.

Denique ut [4] illi, ſic & [5] huic brevem Appendicem ſubjicere viſum eſt de aliis quibuſdam partim Stephanorum affinibus partim coævis Typographis; quorum notitiam, ſi labor nunc meus non diſplicuerit, aliquando forſan ſcribere conabor.

[1] Pag. 5. [2] 195. [3] 185. [4] 187. [5] 559.

APPEN-

APPENDIX BREVIS

De quibuſdam Typographis inſignibus, quorum notitiam aliquam habuiſſe Stephanorum ſtudioſos minimè pœnitebit.

Ex *Hiſtoire de l'Imprimerie par Mr. la Caille*, & *Anti-baillet de Mr. Menage.*

ADrian Turnebe ou Turne-beuf, en Latin *Turnebus*, natif d'Andely prés Roüen en Normandie, Profeſſeur du Roy en langue Grecque & Latine & Philoſophie en la place de Tuſan, Imprimeur ordinaire du Roy, imprima in 1552. Philonis opera Gr. in fol. &c. Il mettoit ordinairement en la premiere page ce [1] Dicton d'Homere, Βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ κρατερῷ τ' αἰχμητῇ. Il fût des plus ſçavans hommes de ſon temps. Il nous a laiſſé une grande quantité d'Ouvrages conſiderables, qui ont fait dire à Henry Eſtienne, ſon intime amy, [2] *Hic placuit cunctis, quòd ſibi non placuit.* Il mourut à Paris 12. Juin. 1565. agé de 53 ans. Entr'autres, Alphonce d'Elbene, qui fût depuis Eveſque d'Alby, fit un poeme François ſur ſa mort, imprimé par Fr. Morel. 1565.

Il laiſſa trois Enfans ; Adrien, qui fit des vers Latins & François imprimez chez Patiſſon. 1582. ſur la mort d'Odet ſon frere aiſné, qui mourut en 1581. agé de 28 ans 9 mois, & qui avoit eſté premier Preſident de la cour des Monnoyes à Paris ; & Eſtienne qui fût Conſeiller au Parlement.

Adrian Turnebe [3] nomma Guillaume Morel natif de Teilleul en Normandie, pour remplir ſa place, & luy ceda ſon Imprimerie, eſtant reçeu Profeſſeur Royal. Guil. Morel prit la qualité d'Imprimeur Royal pour le Grec. En 1544 il étoit correcteur d'Imprimerie chez Loüis Tiletan imprimeur habile & ſçavant dans les Langues Grec. & Lat. Ce qu'on apprend de ſa lettre Latine, par laquelle il dedie ſon Commentaire ſur *Cicer. de finib.* à Jàque Spiſame, qui fût imprimé à Paris en 4. 1545. chez Loüis Tiletan.

[1] Lege priùs p. 44. [2] p. 114. [3] anno forſan 1556. nondum enim vidi libros excuſos à Turnebo poſt ann. 1555. nec à Morelio ante 1556. qui Regii Typographi titulum gerant.

Morel commença d'imprimer en 1548. avec Jacques Bogard, *Quintil. Inſtitut. Orat.* in 4°. avec des notes de ce Morel. Il étoit docte & habile en ſon Art ; & n'imprimoit pas moins bien en Grec & en Latin, ni moins correctement, que Robert Eſtienne, le plus excellent & le plus ſçavant Imprimeur de France. Il ſe ſervoit du Dicton d'Homere, Βασιλεύς τ' ἀγαθῷ κρατερῷ τ' αἰχμητῇ. Mais ſa marque étoit un Θ ſymbole de la mort, avec deux ſerpens entrelaſſés autour de ce Θ, repreſentant l'immortalité, avec ce [a] vers : *Victurus genium debet habere liber.* Il mourut à Paris en 1564. ſur qui Henry Eſtienne compoſa ces vers.

Γυλιέλμου Μορελλίου Ἐπιτάφιον.

Εὔμουσος καὶ ὅπως ἀνήρ. ᾧ κρείττων ἄμετρος,
Ἔσχε τυπογραφικῆς εὐκάματος κάματος.
Ἔργατα δ' πρώτοις παρόμοια οὐ πλέον ἔργα,
Ἀλλ' εὐτεχνίῃ ἦν πάμ-πολυ λειπόμενα.
Ἐξ οὗ γὰρ Χριστῷ κοινὸς ἀναπιστὸς ἐτύχθη,
Οὐκέτι ἡ τέχνη περὶ αὐτῷ ἔλω.

Gulielmi Morelii Epitaphium.

Doctus & hic quondam, magni patienſque laboris.
(Auxilia hæc artis magna typographicæ)
Sed quòd non hujus reſpondent ultima primis,
Ars bene fida priùs, nec bene fida manet.
Ne mirare, fidem quòd & ars ſua fregerit illi :
Namque datam Chriſto fregerat ille fidem.

Ex his carminibus conjicio Gulielmum Morellum à religione Reformatâ ad Papiſticam tranſiviſſe.

Il avoit un frere Jean Morel, qui compoſa un livre de la Diſcipline & Police Chreſtienne, & qui fût brûlé à Paris pour le fait de la Religion.

Guillaume Morel mourût ruiné ; comme nous l'apprenons de Turnebe dans ſon Epître Dedicatoire de S Cyprien à Charle IX. imprimé à Paris par Guillaume Des Bois in folio en 1564. & de Lambin dans ſa Preface ſur Demoſthene, [a] achevé d'imprimer à Paris in folio en 1570. par Jean Bienné.

[a] Ad calcem libri leguntur hæc, *Lutetiæ Pariſiorum, Kal. Feb.* 1570. *Joannes Benenatus abſolvebat.*

Lorſqu'il mourût, ſon Edition de Demoſthene en étoit à l'oraiſon *de malè obitâ legatione* : Jean Bienné *totius inſtrumenti typographici,*

n ij.

ſucceſſor

ſucceſſor, matrimonio cum viduâ contracto entreprit d'achever l'ouvrage, priant Lambin de luy aider ; Lambin luy aida, & il l'acheva.

Jean Bienné imprima *Luciferi Epiſcopi Calaritani opera*.1569.8.&c. *Nov. Teſtam. Syr. Gr. cum verſ. Lat.* 1584. 4. Sa marque étoit celle de Guilaume Morel. L'Epitaphe de ce Bienné eſt dans l'Egliſe de St Hilaire, où il a eſté enterré. Et on luy a fait apposer une Inſcription 1598. 28. Avr.

Inter Sc. Sammarthani Epigrammata lib. 2. legitur Joannis Benenati Tumulus.

Per vim, pérque dolos fatali conditus urnâ
Mortuus hic malè ſum, qui Bene-natus eram.
Mortis cauſa Venus : nam cœco armavit ab æſtu
In me rivalis corda manúſque feri.
O Fati ambiguas leges ! quæ cuncta propagans
Vitæ aliis cauſa eſt, fit mihi cauſa necis.

Frederic Morel, Champenois, Imprimeur du Roy, & ſon Interprete és Langues, [1] gendre de Vaſcoſan, & ſon heritier, homme docte en Grec & Latin, [2] imprima Hymnes à la loüange de Mr. le Duc de Guiſe par Jean Amelin, en 1558. &c. Il fût pourvû de la charge d'Imprimeur ordinaire du Roy, vacante par la mort de Robert Eſtienne ſon [3] Oncle, le 4^{m} de Mars 1571. Pour faire alluſion à ſon Nom de Morel, il avoit pour marque un franc Meurier, avec ces paroles, *πᾶν δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖ*. Il mourût à Paris 17. Juil. 1583. agé de 60 ans. Il a laiſſé pluſieurs enſans, entr'autres Michel né le 4me Sept. 1555. Frederic & Claude.

Frederic Morel fils, Pariſien, Profeſſeur & Interprete du Roy, fût receu Imprimeur ordinaire du Roy pour l'Hebreu, le Grec, le Latin, & le François, par la reſignation qu'en avoit fait ſon pere entre les mains du Roy, le 2 .. Nov. 1581. Sa marque étoit une fontaine, avec ces mots, Ἡ *σοφίας πηγὴ ἐν βιβλίοισι ῥεῖ*. Il deceda le 27me Juin 1630. & laiſſa entr'autres enfans Claude.

[1] Legè priùs p. 190. [2] Excudit ann. 1557. *Car. Bovilli Geometricum opus* in 8. [3] At Robertus Stephanus primus hujus Frederici avunculus multis antè annis Pariſiis & Regii Typographi munere ceſſerat, & Genevæ obierat. In eo munere patri ſucceſſit Robertus ſecundus, qui Frederici Morelli non avunculus fuit, ſed cognatus.

Charle

Claude Morel fils de Frederic, tres-docte dans les langues Grecque & Latine, fût pourvû de la charge d'Imprimeur du Roy par la reſignation de ſon pere le 5me Fev. 1602. Il mourût le 16me Nov. 1626. Et laiſſa pluſieurs Enfans, Charles né le 6. Jan. 1612. Claude né 14me Jan. 1615. & Gilles.

MArtin le jeune eût l'imprimerie de Robert Eſtienne lorſqu'il ſe retira à Geneve, & imprima en langues Orientales pluſieurs ouvrages, entr'autres quelques livres de la Sainte Ecriture, imprimez en Hebreu en 1555. & 1569.

ANtoine Vitré fut reçu imprimeur du Clergé en 1635. en la place d'Antoine Eſtienne, comme on le voit par l'extrait du Procéz verbal du 5m Juin en ces termes: " Le Sieur Abbé de " Paimpont a remontré, qu'il étoit neceſſaire, de pourvoir d'un " Imprimeur, & d'un Huiſſier, qui prit auſſi le ſoin de la dépenſe " de la beuvette, & que diverſes perſonnes s'offroient, & entr'au- " tres Antoine Vitré, qui avoit deja ſervi le clergé, les ſieurs A- " gents l'ayant employé (en l'abſence dudit Eſtienne, qui avoit " eſté cy-devant) à l'impreſſion des choſes, qui s'eſtoient preſen- " tées: ſur quoy deliberation priſe par Provinces, il a été ordon- " né que le dit Vitré ſeroit employé, tant en l'impreſſion de tout " ce qui regarde les affaires du Clergé, qu'à la porte & beuvette, " & ledit Eſtienne maintenu & conſerué en ſa penſion.

Tomi primi FINIS.

VA1
1506893